10
4 C
3

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

9 - B 12

7 F 2

78
E
61

78-5-38

Collegii Rom. Soc. Ies.

DE ANTIQVO ET NOVO ITALIAE STATV LIBRI QVATVOR.

ADVERSVS MACCHIAVELLVM

AVCTORE

THOMA BOZIO EVGVBINO
Presbytero Congregationis Oratorij.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

VITTORIO EMANUELE BIBLIOTECA ROMA

ROMAE,

Apud Guglielmum Facciottum. M. D. XCIV.

Ad Inſtantiam Bartholomæi Graſſi.

Superiorum Permiſſu.

ad P. Gioseppe Bo...

10. 4. e. 3

DE ANTIQVO ET NOVO ITALIAE STATV LIBRI QVATVOR.

ADVERSVS MACCHIAVELLVM

AVCTORE

THOMA BOZIO EVGVBINO

Presbytero Congregationis Oratorij.

ROMAE,

Apud Gulielmum Facciottum. M. D. [illegible].

Ad Instantiam Bartholomaei Grassi.

Superiorum Permiſſu.

SANCTISSIMO
AC BEATISSIMO
PATRI, ET D. N.
CLEMENTI VIII.
PONT. MAX.

Thomas Bozius Presbyter Congregationis Oratorij perpetuam felicitatem.

CONSTITVTVM mihi erat, Beatiſsime Pater, a principio, quidquid Pontificio iuſſu elaborateram contra peſtilentia Macchiauelli ſcripta, id integro volumine ad pedes Tuæ Sanctitatis ſemel offerre, ſed efflagitantibus idemtidem multis, coactus ſum membra totius operis abiuncta dare in lucem, ſeparatimque tenuiſsima huiuſmodi tantæ Sedi, a cuius imperio

prodibant, exhibere. Quin hæc ipſa, quæ modo poſtrema ſunt, locum primum tenebant, ſpeciatim namque attingunt Apoſtolicam dignitatem, ſed impedimentis aliquot interuenientibus in vltimum locum reiecta fuerunt. illorum vero eſt hoc argumentum. Nam cum ſcriptum fuerit à ſapientibus, parum eſſe ciuitatibus leges eſſe, niſi adſint, qui curent eas obſeruari; idque calleret impius Dæmon, poſtquam Macchiauello immiſit hanc mentem, vt aduerſus Chriſtum, Chriſtianamque religionem ſtylum exacueret, amplius autem radicitus tolleret omne genuinæ Virtutis officium, laruaſque induceret, & immaniſsimos impoſtores, eò denique miſerum perpulit, vt Pontificiam ſedem cunctis exoſam redderet, ac funditus exſcindendam proponeret, atque ſuaderet. cùm tamen hactenus nemo potuerit in ea præſidere per annos quingentos, & amplius, qui valuerit excutere vllo peccato admiſſo hoc diuinum priuilegium, quo non niſi ſanctiſsimas leges, veritatique æternæ conſonas ab omnibus Chriſtianis obſeruandas, ac tenendas editis vniuerſalibus decretis promulgaret, ac ſanciret. Quin ſanctiſsimis viris, & qui vitam pro religione ponerent, ſic abundauit, vt nulla par illi inueniatur, quoad numerum Præſulum florentium ſanctimonia vitæ inſigni. Quocirca nunquam defuere aduerſus eam potentiſsimi & acerrimi hoſtes, neque fuit aliquando

vllus

vllus ſcelere excellens, qui non aduerſus illam vel ſuæ malæ mentis, vel impotentis dominatus virus effuderit. Et quod mirandum ſit ex omnibus ipſa tempeſtatibus, ac veluti caſibus fortior, & ſpecioſior euadens Imperatoribus, Regibus, Principibus, atque omni denique contaminatorum colluuioni maximum terrorem ſemper incuſsit, & imperia ſumma, contrariaſque inimicorum copias, cum ſupremum tenere felicitatis culmen viderentur, proſtrauit, ac ſtirpitus omnino diuini roboris potentia ſubuertit. Per ſuos autem ſtudioſos innumeras nationes ſupra Rhœnum, Danubiumque poſitas, & in vltimis Britannijs conſidentes ab altiſsimis ignorantiæ tenebris, omniumque liberalium diſciplinarum ſumma imperitia, a belluinis quinetiam moribus, & effero viuendi ſtatu ad humanitatem præcipuam, doctrinarumque cultum ſingularem reuocauit. quod factitari adhuc in ampliſsimis Indiarum ſiue Occidentalium, ſiue Orientalium regionibus videmus. Cum tamen ex aduerſo lugeamus intimo noſtro dolore Græciam potiſsimum, ac tot Orientis, & Africæ regiones in lugubrem ſquallorem, barbariemque fœdam, poſtquam ſedi huic aduerſari coeperunt, miſerrime corruiſſe.

Igitur Macchiauellus pro bonitate ſibi a Dæmone inſerta, vt odium ſummum pareret huic Sedi, & quantum poſſet Italos in illam, ideſt in ſuam

ipſorum

ipſorum perniciem commoueret, atque armaret ita ſcriptum reliquit, culpa Romani Pontificis effectum, vt Italia in magnas calamitates inciderit, ex quo ille nactus eſt in ea maiorem poteſtatem; quod contigit poſt imperium Conſtantini, adiecitque nonnulla in eundem conficta, quæ vino impietatis ebrius, ac Tartareę caliginis nocte circumfuſus, mendaciorumque ſomnijs infœlix eluſus, & vndique ſcatens effudit. quæ ſigillatim, quam ſint falſa, quatuor libris aperuimus, quos accipere Beatitudo Tua, nobis autem Deus cœleſtem gratiam dignabitur elargiri.

ILLVSTRISSIMO,
AC REVERENDISS.
CARDINALI
PETRO ALDOBRANDINO

Thomas Bozius omnem Fœlicitatem.

DIVINITVS ita conſtitutum fuiſſe, Ampliſsime Cardinalis, intuemur in quouis rerum genere, ſed omnium maxime in humanis, ac terrenis, vt nihil ſit omnino beatum, ſuperis exceptis, ſed ſiquid eſt alicui fœlicitatis, id totum ſit quadam miſeriarum parte commixtum. ſcilicet id voluit docere nos Deus, in hiſce fluxis haud conſiſtendum, ſed inprimis cæleſtia atque æterna ſemper animo ſpectanda. En tibi ante oculos Italia, quæ plurimis, ac maxi-

mis

mis eſt a Diuina liberalitate bonis amplificata , & cumulata , quot illa clades ante Conſtantinum perpeſſa eſt, quot afflicta, et proſtrata calamitatibus ? Nulla , inquit Aelianus, qui vixit Hadriano imperante, celebris eſt regio, quæ tot exterarum gentium paſſa fuerit irruptiones. & vero ita eſſe explicamus nos hoc opere ; enumeramuſque ordine temporum ſeruato ſexdecim nationes , quæ priores ex Italia colonos eiecerunt , bonis omnibus nudarunt , ac ſedes in ipſa fixere , cuncta flammis , ac ferro vaſtantes , atque id per ſæcula non admodum multa . Hinc illa toties nomen immutauit , vt nulla amplius , dictaque Cameſene , Saturnia , Auſonia , Oenotria , Italia , Heſperia , & quandoque Tyrrhenia , parumque abfuit, quin Græcia , & Gallia ; quando Græci , & Galli miſeram ſcindentes latioribus eius terris nomen dederunt Magnæ Græciæ , & Galliæ Ciſalpinæ. Atque hi quidem cuncta trans Apenninum vſque ad Aeſim dirutis Vrbibus nobiliſsimis in vicos redegerunt , illi mutuis conciſi diſsidijs , & potentiſsimis Ciuitatibus , quas condiderant, euerſis deleti ad extremum fuere a Lucanis . Quietem forſan accepiſſe credetur cum Romani ſe ſe extulerunt . Atqui , vbi id euenit , Annibal Poe-

nus

nus per annos ſexdecim ſic omnia cædibus, incendijs, ac ruinis repleuit, vt in vna Apulia ſubuerterit Vrbes vndecim, duæ tantum ſuperſuerint vltimo excidio; ac durabant adhuc viuente Strabone Claudij principatu tam diræ vaſtitates. Illo deinde expulſo ſocialia bella exorta cunctas in Samnitibus finitimisque populis Vrbes diruerunt, & in formam viculorum perduxerunt. His ſucceſſere ciuilia Carbonis, & Pompei; Marij, & Syllæ; Cæſaris, & Pompei, Triumuirum denique ipſorum, quæ tot, ac tantas Italiæ clades attulerunt, vt imperante Nerone Lucanus conqueratur adhuc extaſſe ætate ſua ſemirutas Vrbes, agros inaratos, & ſquallentes, horrentia cuncta; teſteturque Ælianus multo pauciores, quàm prius illas fuiſſe, & ſane ita eſſe certiſſimo deprahendimus ex eo, quod Ptolomæus minuta quæque perſecutus, cum poſtremus omnium deſcribat Italiam, non niſi ducenta, ac ſeptuaginta octo oppida recenſet, annumeratis ijs, quæ paruula, ac prope euerſa omnino erant. Quamobrem in multo maiores ærumnas incidit infelix, cum fuit adducta in poteſtatem Imperatorum modis omnibus miſerrimam dilaniantium, ac diſcerpentium. Nam praeter alia, cum iam ſæpius agri Italici

 fuiſ-

fuiſſent dominis prioribus adempti per exteros, per Romanos, per Syllam denique, Auguſtus nihilnon abſtulit ſuperioribus, vt elargiretur militibus ſuis Italos prope cunctos in remotiſſima amandans, quod apud vatem conqueritur ille Paſtor lugubri cantilena.

At nos hinc alij ſitientes ibimus agros
Pars Scythiã, & rapidũ Cretæ veniemus Oaxim
Et penitus toto diuiſos Orbe Britannos.

Ac mox irarum ſimul, ac dolorum pleniſsimus

Impius hæc tam culta noualia miles habebit?
Barbarus has ſegetes?

In tantum porrò ſquallorem deuenit Italia ſæuiſſimo eam dominatu per omnia prementibus Auguſtis, vt imperio Neronis amæniſsima omnium regio Tarentina in ſolitudinem redacta fuerit, eoque mitti oportuerit colonos, ſicuti in alias etiam terras; neque tamen ijs miſſis ea repleta eſt, inquit illorum temporum ſcriptor Tacitus. & quidni ita foret, regnantibus tot monſtris, ad quorum nomen, ac facta ſceleſtiſsima nemo non cordatus exhorreſcit Tiberio, Caligula, Claudio ac peſte illa diriſſima Nerone, cui fuit oblectamento ipſam Romam cum tot præclariſsimis, atque e toto Orbe ob hæc ſpoliato conquiſitis monumentis incendiſſe?

ſe? Mittamus poſt iſta Veſpaſiani incredibiles, ſed aſtutiſſimas rapinas, quid nobis dicendum videbitur de Domitiano? An vnquam tales Italia nacta eſt Imperatores, tam diros, tam flagitijs omnibus coopertos, poſt imperium Conſtantini, ac dilatatam magis Romani Pontificis poteſtatem? dices iſtos ferendos, quod Romani, & Italici ſanguinis erant. Illud intolerabile Italiam patuiſſe barbaris, cum nondum poſt Conſtantinum duo ſæcula tranſacta eſſent. O ingenia ſtupida, ac totius antiquitatis vel ignara, vel oblita, cum tranſuerſa inpietatis æſtu, ac turbine agimini. Non ne poſt Neruam fuere imperatores e duodecim nationibus exteris, quas barbaras vocat Macchiauellus? At forſan erant moribus adeo ciuilibus, & vrbanis, vt exuerint illi omnem barbariem. Credo ita aſſeuerabit aliquis optimus æſtimator veritatis, beneque animatus in Pontifices Romanos, in quos omnem odiorum torrentem contendit auertere. niſi dicamus adeo placidam fuiſſe mentem iſti, vt præ ipſo fuerint manſuetiſſimi, & optimi Hadrianus Hiſpanienſis, Septimius Seuerus Lybicus, Caracalla huius filius, Macrinus Maurus, Heliogabalus Syrus, Maximinus Thrax, Philippus Arabs, Decius Pannonius, Gallus

 Afer,

Afer. Æmilianus Maurus, Aurelianus Dacus, Carus Illyricus cum ſuo Carino, Diocletianus Dalmata, Maximianus Pannonius cum filio Maxentio ſinguli portenta humani generis efferatiſsima & exitialiſsima. ſed iſtis, inquies, erant Italici milites valentiſsimi, quibus Italicæ gloriae columen bellicum ſtabat. Erant Prætoriani inprimis, deinde alij ex omnium gentium fæce, & colluuione atrociſsima collecti; qui ſæpe Italiam Romamque diripuerunt, cædibus, ac flammis vaſtarunt, ita vt Vopiſco teſte ab Aurelia porta vſque ad Ligures perpetuæ ſyluæ eſſent, in Placentino territorio denſiſsimae. Boreales autem populi primum regnante Antonino Philoſopho vſque ad Venetos, deinde Gallieno vſque ad Rauennam, demum Aureliano vſque ad Fanum progreſsi diruerunt Vrbes, ac vaſtitatibus omnia faedarunt, ita vt Ambroſij, Hieronymique aetate adhuc ruinae permanerent. Ac talis fuit Italiae ſtatus ante Conſtantinum, vt quae poſt illum ſaecula fuerint, vocanda ſint felicia; ac ſanè feliciſsima extitiſſent, niſi Romani Pontificis poteſtatem, à qua omne ipſius bonum pendet, aliquando opprimere aliqui contendiſſent. Nam plereque omnes ipſius aerumnae contigerunt, quoties eſt

id.

id tentatum, quandoq; ipſo in remota extra Italiam pulſo, & abducto; quae tamen qualeſcunque fuerint, haud aequarunt priſcas. vt clariſsimum ſit, quàm falsè, ac peruersè dictum ſit ab impio felicius Italiae fuiſſe, aut futurum, ſine Pontificiae poteſtatis amplitudine, ac Maieſtate.

Cum verò nos initium ſcribendi in Macchiauellum fuerimus auſpicati à Celſitudine Tua, decebat ſimul, vt illi finis reſponderet, quod facimus eidem quatuor hos libros nunc offerentes. Deus autem tibi, quod precamur, benigniſsime bona cuncta cœlitus donet.

ARGVMENTA CAPITVM TOTIVS OPERIS.

Praefatio ad Lectorem.

Impudentiſſima mendacia Macchiauelli in omnes Præſules Chriſtianos, in Moyſem, Dauidem, Gallos, Germanos, Venetos, & in hiſtorijs antiquorum plurimis narrandis.

Liber Primus.

Cap. I.

V*RBES imperiorum potentium ſedes euerſæ regiones florentiſſimæ olim, poſitæ ad Auſtrum, & Ortum ad vaſtitatem, ex quo deſciuerunt à Pontifice Romano, redactæ: ad Boream verò, & occaſum ſitæ, cum iacerent maximum decus nactæ, ex quo Papam ſequuntur. Roma ſola ſtat; Italia cunctis regionibus præcellit.*

Cap. II.

Saturni ſæcula diritatis plena, homines quotannis demorſi in Tyberim, Sacrificati Saturno, & Ioui, & quidem nobiliſſimi. Auſonum, Sicanorumque irruptio, terræmotus horrendi.

Cap.

Cap. III.

Diluuium Deucalionis, Phaetontis incendium, Liburnorum, Arcadum, Pelaſgorum, Lydorum, Cretenſiumque irruptiones, clades Pelaſgorum, Feritas Laeſtrigonum, Herculis Argonautarumque aduentus, Sirenum crudelitas.

Cap. IV.

Irruptiones Græcorum, Troianorum: clades Pelaſgorum. euerſæ plurimæ Vrbes: mores efferi: Ciuitates hiatibus hauſtæ, à ſerpentibus deletæ: Rex maxime impius cum ſua domo abſorptus: Spartanorum, Achæorum, Chalcidenſium, Meſſeniorum, Illyriorumque irruptiones.

Cap. V.

Romuli, Tarquinijque Tyrannis: Regum Romanorum cædes: Vrbes plurimæ exciſæ: irruptio Gallorum: Tyrrheni expulſi e circumpadanis oris: Vrbes ab eis vndecim dirutæ: Ariſtodemi Tyrannis: peſtis horrenda: Sybaritarum, Sybariſque miſerabilis euerſio; mores diri eorum: Crotoniatarum magna clades: Lex atrox: Veiorum maxima ciuitas ſolo æquata: Cauloniæ, Hipponijque et Romæ ſubuerſio: bella perpetua.

Cap. VI.

Dionyſii Tyrrannis: Bruttiorum Factiones: Volſcorum, Auruncorum, Aequorum ciuitates, Metapontum, Pandoſia, Thæbeque euerſæ Græci Italici miſerabiliter deleti: Italicorum, Romanorum que maximæ clades: peſtis diriſſima, Vulſinium dirutum: gladiatores inſtituti: crudelitas Hannibalis: Strages Romanorum: Apulorum, Bruttiorum, Lucanorumque vrbes exciſæ, ipſi deleti: Galli Ciſalpini omnes extincti, aut expulſi.

Cap. VII.

Tercenteña Italorum millia quadriennio cæſa bello ciuili: Romanorum miſerabilis in Aſia cædes: nobilitas omnis Romana in Vrbe trucidata: Marij Sylleque inexcogitabilis crudelitas, proſcriptiones, rapinæ: Vrbes

ſamni-

ſamnitum dirutæ omnes, aut in vicos redactæ: ſpartaci gladiatorumque dira facta: Catilinæ coniuratio, bella ciuilia Pompeij & Cæſaris: Trium virum dire proſcriptiones: bella eorundem ſæuiſſima cum Bruto, & Caſſio: latrocinia in Italia: prelia inter Octauianum, Lepidum, Sex. Pompeium L. & M. Antonios: incendia multa Romæ: Piſaurum hiatu hauſtum: Draco horribilis, & ingens: Italicorum bona omnia ſæpius militibus diuiſa: Itali extra Italiam amandati in Varias oras.

Cap. VIII.

Octauiani adulteria, rapinæ, crudelitas, peſtis, fames, inundatio Tiberis, incendia, terræmotus eo regnante: Tiberij ſæuities, libido, rapacitas, incendia, inundatio Tiberis fames: Caligulæ dritas, rapinæ, auaritia, libido: Claudij atrocitas, luxuries, fames, terræmotus eo regnante: Neronis crudelitas, rapacitas: Roma incenſa, libido, terremotus, Italiæ ſolitudo; Galbæ, Othonis, Vitellijque bella ciuilia, Italia directa. Tiberis inundatio: bellum ciuile Vitellij, & Veſpaſiani: Italicorum magne ſtrages, Cremona incenſa: Veſpaſiani rapinæ: incendia Romæ Tito regnante, Veſuuijque eruptiones: Pompeij, & Herculanum Vrbes obrutæ: Domitiani crudelitas, libido. omnium ſuperiorum facta atrocia in propinquos.

Liber Secundus.

Cap. I.

Atrociſſima facta Imperatorum, qui e duodecim barbaris nationibus Italiæ ſunt dominati: clades horrendæ, terræmotus, inundationes, ſterilitates, peſtilentiæ, incendia, dirutæ Vrbes, irruptiones barbarorum.

Cap. II.

Oſtenditur, ſuperioribus Imperatoribus illud inprimis fuiſſe in animo, vt omnes bonos, omnem virtutem tollerent e terris: ipſos autem plerumque occiſos.

Cap. III.

Tributa inmenſa, quibus Itali, ac Romani opprimebantur ante ætatem Conſtantini.

Cap. IV.

Diræ & infandæ leges, mores ve vſu recepti & comprobati in Vrbe & Italia.

Cap. V.

Clades maximæ e terra, aquis, ignique abortæ, in Italia, & Romæ, ante tempora Conſtantini.

Cap. VI.

De incendio, euerſione, & direptionibus Vrbis, perpetuiſque ac diuturnis Italiæ Vaſtitatibus ante Conſtautinum.

Liber Tertius.

Cap. I.

De maiori fæcunditate Italicæ telluris, optimis eius arboribus, & fructibus, qui olim non erant, ea magis habitata; pluribuſque illius Vrbibus, poſt Romani Pontificis auctoritatem ſtabilitam, quam prius.

Cap. II.

De diuturniori libertate, ac potentiæ communione, paceque Italicarum ciuitatuw poſt imperium Conſtantini, ſiue poſt Romani Pontificis auctoritatem magis florentem quam prius.

Cap. III.

De latiſſima Pontificis poteſtate, & eius diuturnitate.

Cap. IV.

Singularia maximæ fælicitatis bona à Pontifice Romano & Italis profecta in exteras nationes poſt Pontificiam poteſtatem magis in Italia auctam Conſtantino imperante.

Li-

Cap. I.

Italis multo preſtantiores viri fuere in omni genere diſciplinarum poſt ætatem Conſtantini quam prius ante autoritatem Pontificis Romani conſtitutam.

Cap. II.

Recenſentur homines vtriuſque ſexus, cuiuſuis ætatis, & conditionis Itali ſanctitudine admiranda, vitaque cæleſti.

Cap. III.

Oſtenditur, calamitates omnes acerbiſſimas, quæ contigerunt Italiæ poſt ætatem Conſtantini accidiſſe, cum Pontificis Romani auctoritas eſt oppreſſa, & ipſe iniurioſe tractatus.

Cap. IV.

Redarguitur falſum quod impius ſcripſit, Italiam fore inexpugnabilem, ſi vni pareret, ac per Pontificem fieri, ne vni obediat; cum ſæpius occupata quamuis vni ſubiecta eſſet, oſtendatur, Pontificemque contendiſſe, vt Rex vnus eius, aut Imperator foret, ſed id non feliciter Italiæ Romæque accidiſſe.

Cap. V.

De communi maximorum Theologorum ſententia concluditur, Papam non modo eſſe in ſpiritualibus Pontificem ſummum, ſed & omnium temporalium in terris Regem ſuprenum, idque iure diuino atque hoc poſito, vt vult S. Thomas, & alij, iure naturali.

Caput vltimum.

Concluditur, apud ſapientiſſimas quaſlibet gentes, earum Pontificem, Summum, fuiſſe etiam vel Regem ſummum, vel penes Sacerdotes omnem profanorum poteſtatem, & ab Imperatoribus atque à Regibus maximis Pontifici Romano imperia, & Regna maxima fuiſſe ſubiecta, atque illi in temporalibus ob legitimas cauſas omnino paruiſſe.

ERRATA.

15	a.	Saturnij. repone, Saturnus
17	c.	loco E.I. reppne. loco eu.1.et loco.b.ii.
19	b.	quingenteſimum. quinquageſimum
20	c.	alpes. appenninum
25	b.	tales. talis
28	a.	ircs. res
41	d.	ditiſſimis. diriſſimis
49	b.	hunc ſub. ſub hunc
53	c.	cæteris. reliquis
61	d.	centum. ducentæ
63	b.	audiet. audeat
65		atntam. tantam
67	d.	aniaduerſum. animaduerſum
76	a.	tantũ incenderit. tantum combuſſerit.
84	c.	octuaginta. vigintiduos
97	a.	voluit. potuit
107	b.	ducis. duces
112	d.	ac tot. atque a tot
120	a.	quod Galba. cum Galba
145	b	quadragintaqninque. quadragintaocto
160	a.	ſeptuaginta. ſeptuagintaocto
	c.	reliqui. reliquis
169	a.	locis cum. dele iſtud, cum
	a.	445. 448
	b.	tres. duas
		magnam. magna
		regionus. regionum
170	a.	ſe. ſi
	b.	ædibun. ædibus
175	a.	teſtatur. teſtetur
179	a.	mortalium. hominũ
185	c.	ſeriaque ſerioque
194	c.	ſcriptores. ſcriptores tradunt
197	c.	poſſidebit poſſedeſſit
203	b.	ad laudem. ad gloriam
210	a.	cum in. cum ſe in
	d.	electionis. electioni
224	a.	ſcientiores. ſcientiores aliarum
240	c.	potinus. protinus
242	b.	qua in. quam. minora ſunt omiſſa. nam lector prudens, ea cognoſcet.

AD

AD LECTOREM
PRAEFATIO EIVSDEM AVTHORIS.

Impudentia mẽdacia Macchiauelli in Præſules Chriſtianos, in Moyſem, in Dauidem, in Gallos, Germanos, Venetos, aliaque in hiſtorijs narrandis.

NATVRA comparatum videmus, vt quæ-
cunque præſtantiora ſunt, illa ſi conuertan-
A tur in malū, ſint alijs longe deteriora, quod
adeo verum eſt, vt hæ Angelicæ quidem
mẽtes tanti ordinis vim potuerint effugere,
& quæ illarum ſe abalienauerunt a ſummo
bono, et Fonte Beatitudinis, & luminis
Deo corruerint in profundiſſimas tenebras, & omnium ma-
ximas ærumnas: Neque tamen harum rebellio quidquam
nocumenti, aut indignitatis attulit cælitibus alijs, qui in fi-
B de perſiſtentes ſupremę veritati adhæſerunt: vt iam miran-
dum non ſit extitiſſe Italicum Macchiauellum, qui mendacia
portentoſa, ac monſtroſiſſimas opiniones memoriæ prodide-
rit, quamuis pugnent contra omne honeſtum, commodum-
que ſiue publicum, ſiue priuatum, ſpecie lucri præſentis ob-
tegens eas, quod è manibus illico euolans infixa moriferi ve-
neni ſpicula venis, & cordi relinquat. Neque vero gentilibus

eius

eius id quidquam nocumenti debet afferre; animum nam- A
quam ſortimur a Deo, non ab hominibus, ab his ſolum cor-
pus habemus; atque illum Chriſtus abluit, & ab omni labe
expiat cæleſtibus lauacris ex intimo ſui pectoris altè deprom-
ptis. Chriſtus ortum ducit a Raab meretrice, ab impijs Re-
gibus Ochozia, Ioas, Amaſia, Achaz, e quibus Ochozias
gentibus eſt ex Athalia filia turpiſſimæ Iezebalis, neque ta-
men ſupremæ illius vel Diuinitati, vel humanitati quidquam
potuerunt iſta officere. Quin id euenire cernimus in rebus,
quæ generantur, vt ab omni rerum natura ſecernatur quid-
quid eſt virulentum, ac fœtidum ex vna parte, vt ex alia, B
quod producitur ſit præſtantius, ac fructuoſius. ſic vepres
hinc acutiſſimas ſpinas emittunt, vt inde odoratiſſimas, ac
ſuauiſsimo fructu excellentes roſas educant; ſimiliter e fœti-
do caule, & frutice inamœni aſpectus exoriuntur Lilia for-
moſiſſima, ac iucundiſſimè olentia. Quamobrem ſiquid fuit
in Macchiauelli ſtemmate abominandum & viroſum, id abijt,
ac ſe contraxit in eum ſolum, vt alia deinde germina ſe pro-
fundant in lucem pleniſſima decoris, & cuiſlibet bonitatis.
Et quidem vix credi poteſt, quanta ille maledicta congeſſerit
in ipſum Chriſtum, Chriſtique religionem, quanta in omne C
ſincerę Virtutis officium, quanta in Præſules Chriſtianos, quan
ta in ſanctiſſimos viros, quanta in laudatiſsimas nationes,
Audite ipſius verba, nequis impudentiſſimus audeat aſſerere
aliquid amplius nobis excidiſſe. quando occorre, che gl' or-
dinatori della noua ſetta ſiano di lingua diuerſa la ſpengono
facilmente, la qual coſa ſi cognoſce conſiderando i modi,
c'ha tenuti la religion Chriſtiana contra alla ſetta gentile, la
quale ha cancellati tutti gl'ordini; tutte le ceremonie di quel-
la e ſpenta ogni memoria di quella anticha Theologia. Vero
è, che non gli è riuſcito ſpegnere in tutto la notitia delle coſe D
da gl' huomini Eccellenti di quella. il che è nato per hauer
quella mantenuta la lingua latina, il che feciono forzatamen-
te hauendo a ſcriuere queſta lege noua con eſſa, perche ſe
l'haueſsimo potuta ſcriuere con noua lingua conſiderate l'al-
tre perſecutioni, ch'eſſi feciono, non ci ſarebbe ricordo al-
cuno delle coſe paſſate. e chi legge i modi tenuti da S. Gre-
gorio e dalli altri capi della religion Chriſtiana, e vedra con
quanta oſtinatione è perſeguitauano tutte le memorie anti-

che

A che ardendo l'opre de poeti, e delli hiſtorici, ruinando l'imagini, e guaſtando ogni altra coſa, che rendeſſe alcuu ſegno dell'antichita, talche ſe a queſta perſecutione eſsi haueſsino aggiunta vna nuoua lingua, ſi ſarebbe veduto in breuiſsimo tempo ogni coſa dimenticata. è da credere per tanto che quello, c'ha voluto fare la religion Chriſtiana contra la ſetta gentile, la gentile habbi fatto contra quella, ch'era inanzi a lei; e perche le ſette in vn cinque, o in vn ſei anni variano due o tre volte ſi perde la memoria delle coſe fatte inanzi a quel tempo.

B. Bone Deus, quid vini biberat hic homo, vt tot mendacia tam paucis verbis emoueret? clariſsimè dignoſcamus ipſam veritatem, ſingillatimque enumeremus, & confutemus illa. ac primum, quod ait vires defuiſſe Præſulibus Chriſtianæ religionis, non mentem cupientibus linguam latinam prorſus extinctam, id adeo falſum conſtat, vt nihil æque contra Dei conſilium, contra omnes Pontificum Romanorum conatus fuerit, quam vt lingua latina in ſanctiſsimo crucis ligno conſecrata tolleretur. Annon inter alias linguas, quarum ſcientiam diuini ſpiritus illapſu mirabiliter Apoſtoli perceperunt, præcipua *1. mendacium Macchiauelli*

C fuit latina? Et quomodo vel hanc, vel vllam linguarum celebrium voluerunt noſtræ Religionis primi antiſtites abolitam? In more poſitum volunt fuiſſe, vt Miſſa, quam vocamus in publico conuētu Chriſtianorum celebraretur quolibet die feſto. Atque hæc perſcripta fuit latinè Grecè, Hebraicè, Syriacè, Chaldaice, Aethiopicè, vt aliqui collegerunt, & in his Pamelius. Et qui fieri potuit, vt vellent ex his vllam deletam? Romani Pontifices in conſilijs ſuis neminē tempore vllo loqui permiſerunt, vel ex quo pulſa eſt ex Italiæ finibus a barbarorum furore lingua latina, niſi latinè. Quin Regum re-

D motiſsimorum ex vltimo Oriente, Occidente, Indij ipſis legati nō audiuntur, niſi latine loquantur, aut adhibeant interpretē latinum. Rurſus iidem Præſules linguæ eiuſdem dignitatem tutati ſunt aduerſus garrulos quoſdam Græcos, quod liquet e litteris Leonis IX. aduerſus Michaelem Patriarcham. Quamobrem videmus illius vſum magis religioſorum noſtrorum ſtudio dilatatum, dilatata ſcilicet per ipſos Chriſtiana religione, quam per Imperatores Romanos. Hinc omnes auctores bonos linguæ Grecæ, Hebraicæ, & nonnullos Arabicæ in linguam latinam tranſlatos videmus, quod olim non ita erat, cum

Chri-

Chriſtianæ religionis inimici imperiturent? Nos propterea con- A
tendimus ex antiquo tempore aduerſus hæreticos myſteria
noſtra non eſſe vulgaribus verbis explicanda, ſed latinæ lin-
guæ omnino relinquenda; quomodo igitur noſtri cogitarunt
vnquam linguam latinam perdere; quomodo non omnibus
modis retinere, & amplificare? En quot modis eam dilata-
runt? & quando illam vel vno coangustarunt? Atque vt
agnoſcamus quàm ſit verax homo iſte, aſſerimus æternum
Dei fuiſſe decretum, vt latino ſermone diuina cuncta perſcri-
berentur. Audi Iſaiam, in loquela enim labij, & lingua al-
cap. 28. tera loquetur (Deus) ad populum iſtum. En vt diuinæ vo- B
luntatis haud fuerit aboleri linguam latinam; ſed conſerua-
ri, eamque eſſe, per quam populo ſuo Deus loqueretur, &
iſte vult non animum, ſed vires noſtris defuiſſe ad illam ex-
2. terminandam, cum neſcientibus, illam Deus infuderit, no-
menda- ſtri noluerint niſi eadem loqui? Quid autem garrit noſtros
cium. vi adactos eam non extirpaſſe, quod cogerentur illa chriſtia-
nam legem perſcribere? Videte impia, & ebrioſa ſomnia.
& cur latinè compellebantur, non Hebraicè, aut Grecè? &
cur non poterant Hebraicè, aut Grecè duntaxat ſcribere, ac
latina verba contemnere? quid omnino ipſos compellebat? C
Atque, vt videas quàm deliret iſte? Matthæus euangelium
ſcripſit Hebraicè, SS Ioannes, & Lucas Græcè, vnus Mar-
cus Latinè, ſed Acta Apoſtolorum, Apocalypſis, epiſtolæ ple-
reque omnes excepta vna vel altera quæ Hebraicè, reliquæ
omnes Græco ſermone ſunt conſcriptę. Sic igitur omnes li-
bri, qui nouo teſtamento attribuuntur, ſunt alijs, quam la-
tinis vocabulis exarati. Et quid ſomniatur iſte legem nouam,
quæ vocatur Euangelium, neceſſario Latinè a noſtris tradi-
tam? Nihil minus, niſi quantum fuit obtemperandum cæle-
ſti decreto, cuius potentiæ ſic omnia ſubiiciuntur, vt facilli- D
mum ſit illi, ſi voluiſſet, ſtirpitus exſcindere omnem latinæ
linguæ memoriam. ſed contrarium iam ſtatuerat, vt proba-
3. uimus ex Iſaia, ac linguarum miſſionibus. Sed illud quo-
modo ferendum? a Pręſulibus ſummis Chriſtianæ religionis
opera poetarum latinorum combuſta. Videte aſſeueranter di-
ctum ſimul, atque impudenter. Et quænam? proferatur vel
vnum flammis traditum. Non poterit. quin antiquorum va-
tum, quos Græci celebrant, carmina magis extant apud no-
ſtros Theologos eorum voluminibus intexta, quàm apud
quoſuis

A quoſuis a nobis alienos ſcriptores, quod liquet e libris Clementis Alexandrini, & Iuſtini martyris, neque piguit aliquando ipſum Apoſtolum Paulum citare Arati, & Epimenidis verſus. illud namque eſt Epimenidis, quod ad Titum ſcripſit.

κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται, κακὰ θηρία, γαστέρες ἀργαί

Cretenſes ſemper mendaces, malæ beſtiæ, ventres pigri.

Alind vero Arati

αὐτοῦ γὰρ γένος ἐσμέν.

ipſius enim genus ſumus.

B Clemens Alexandrinus refert eiuſdem Pauli verba hortantis, vt legerentur poemata Hyſtaſpis, & Sybillarum. Iulianus Imperator; cum videret noſtros e lectione antiquorum ſcriptorum ſumere argumenta, e quibus impietas eorum clariſſimè redargui poſſet, vetuit a noſtris ea legi, & haberi. Extat oratio S. Baſilij, qui multo ante S. Gregorium fuit, explicantis rationes, quibus multo cum fructu legi alienorum a nobis ſcripta poſſent. Extant multa noſtrorum carmina e Vergilij carminibus ipſis compoſita; vt Probæ Falconiæ, & ſiqua ſunt aliorum, qui vixerunt ante ſæcula S. Gregorij, &

C quâ fronte aſſeuerat iſte poetas a noſtris vllos antiquorum crematos? haud ita pridem Concilium Tridentinum in ignem proiici mandauit e Chriſtianis aliquot poemata. ſpeciatim permittit antiquos latinorum retineri, quamuis obſcœnos modo ne prælegantur pueris. Atque ita tantum abeſt, vt priſcos iubeat abijci, vt potius noſtros in cinerem redigi, conſeruari illos velit. Quamobrem magis illud eſt falſum fuiſſe hiſtoricorum volumen vllum iuſſu Pontificum noſtrorum crematum. Nam quod quæſo per ipſum Deum, quo ſanctius nil fingi poteſt? Atqui luce meridiana clarius eſt, cuncta an-

D tiquorum ſcripta a noſtris, præſertim vero monachis aſſeruata in monaſteriorum bibliothecis, ne ab irruptionibus, ac direptionibus barbaricarum gentium prorſus exterminarētur. Quomodo autem multa perierint altius principiū repetentes explicabimus. Cæſar vſus eſt maximè aduerſus Pompeium Gallorum copijs auxiliaribus, vt eſt in commentarijs Hircij, deinde ipſius nepos Auguſtus eoſdem duxit in Antoniū; quod ille verſibus mandauit.

A

Ad hunc frementes verterunt bis mille equos
Galli canentes Cæſarem.

Imperatores poſt hæc alij ſucceſſores iſtorum non amplius Romanos, & Italos ad bella exercuere, & eduxerunt, ſed exteros. demum vero delecti Imperatores exterarum nationum, vt Traianus, & Hadrianus Hiſpanienſes, Antoninus Pius Nemauſenſis, Septimius Seuerus Lybicus, Maximinus Maurus, Heliogabalus Syrus, Maximinus Thrax, alijque barbarici ſanguinis, atque a Senatoria dignitate & ordine alieni, literarumque expertes. Romæ porrò erant Prętoriani milites equarumuis gentium colluuione commixti, qui pleroſque Imperatores pro libidine occiderunt, alios ipſi ſubſtituerunt, diuina, humanaque omnia proculcantes. Ex hoc latinæ linguę ſcriptores euanuerunt: neque poſt Traiani obitum fuit vllus prope, cui gradus aliquis nobilior inter latinos debeatur, quod ſcilicet honor nullus haberetur artium liberalium profeſſoribus, ſed militiæ ſoli: Romanique & Itali ab hac abeſſent, & otio ſummo marcerent. Quid? teſtis eſt Dion a Domitiano philoſophos eſſe vel occiſos, vel ad necem quæſitos; ab Hadriano autem preſtantiſſimos quoslibet in ſingulis artibus interfectos, eorūque ſectatores oppreſſos. Eadem ferè Heliogabalus, quod refert Herodianus. At multo truculentior Caligula, qui ſtatuas omnes illuſtrium virorum, quæ in campum Martium tranſlatæ fuerant, latè diſiecit, ac vetuit necui viuenti imago poneretur abſque ipſius conſenſu; Homeri poemata cogitarit abolere, Vergilij, ac Titi Liuij ſcripta, & imagines parum abfuit, quin ex omnibus bibliothecis amoueret: quæ Suetonius teſtatur. Hæc eſt igitur cauſa, cur vſus Latinæ linguæ, omniumque ingenuarum diſciplinarum iacuerit. Edat Macchiauellus, ſi quidem potuerit, aliquem noſtrorum Pontificum, qui talia cogitauerit, nedum perpetrarit; nominet vnum. Sed enim cum poſt Cæſarem, & Octauium milites externi bella tractarint, Italique, & Romani luxui ſe dediderint, hinc factum, vt Odoacer Herulus, qui Imperatoribus militabat, Italiam occuparit, ac mox Oſtrogothorum Rex Theodoricus a Zenone Imperatore hæretico, & hoſte pontificij nominis immiſſus eandem ſibi vindicauerit, quod Iornandes, Paulus Diaconus, ac Zona-

B C D

cap. 34.

A Zonaras Teſtantur. Inde a Narſete euocati Longobardi, ob-
ſiſtente iamdiu Ioanne Pontifice Romano, eandem diu tenue-
runt, ac vexarunt. Ob has igitur cauſas artium liberalium
ſtudia ſorduerunt, ac libri plurimi amiſſi. qui vero ſuperfue-
runt a viris Chriſtianæ religioni potiſſimum deditis conſer-
uati ſunt. Illud certum libros Ciceronis de finibus, ac de le-
gibus in Germania repertos a Poggio Florentino in quodam
monaſterij bibliotheca. Sed illuſtriora fient hæc, ſi conſidera-
uerimus aliud iſtius inpium mendacium. A noſtris imagines *ſ.*
antiquorum contritas. Quaſnam? Non enim de idolis agit,
B ſed imaginibus alijs hominū, rerumque antiquarum; verùm
quod attribuit Pontificibus Romanis A Caligula id factum ſu-
pra e Suetonio docuimus. A Pontificibus noſtris ecquando vn-
quam quæſo? Atqui longè contrariū doceamus, & quomodo
illæ perierint, explicemus. Valentinianus. ij. Pontificiæ pote-
ſtatis, vt infra aperietur, violator, occiſus eſt Romæ Maxi-
mi dolis. hic arripiens imperium coniugem ſibi illius Eudo-
xiam adiunxit, cui facinus in virum priorem commiſſum pa-
lam fecit. Impotens animi mulier, ac vindictę cupida acer-
ſiuit ex Africa Genſericum Vandalorum Regem, qui Maxi-
C mum deijceret imperio, & necaret. Is maxima comparata
claſſe Romam venit cuncta euerſurus, ſed occurſu (verba ſunt
hæc Pauli Diaconi lib. xv) Leonis Papæ mitigatus ab incen-
dio, cædibus, atque ſupplicijs Vrbem immunem ſeruauit,
omnibus tamen opibus ablatis. Hæc Paulus. Addit Proco-
pius lib. 1. belli Vandalici ſtatuas ab eodem Rege abſtractas,
nauique inpoſitas, & coorta tempeſtate in mari ſubmerſas.
Non itaque noſtri Præſules eas demoliti ſunt. longè ſecus.
Peiora namque egiſſet Genſericus, niſi Leo Papa ipſum flexiſ-
ſet. & quid putamus acturum fuiſſe Attilam, qui diruerat *Idē Pro-*
D Aquileiam, Romamque properabat infanda quęque minitans, *cop. lib.*
niſi idem Leo peruiciſſet, vt iam iam Padum traiecturus ille *Iornande*
ab incepto deſiſteret, atque in Pannoniam rediret? Tantum *lib. 6. d.*
abeſt igitur, vt noſtri Antiſtites huiuſmodi ruinas ediderint, *reb. Get.*
vt per eos factum ſit, nequando ederentur. Teſtis eſt inter *Zoz. li. 1*
alios Zozimus Innocentium Papam ſe ſe Rauēnam contuliſſe,
vbi tunc Honorius Imperator morabatur, contendentem, vt
pax inita à Romano Senatu cum Alarico Rege Gothorum
ab eo confirmaretur. Verum dum rem protrahit ille, & Inno-
centij conſilia non admittit, nouis bellorum cauſis obortis,

Pro. lib. de bell. 4. Got.

Alaricus Vrbem cœpit, ac diripuit, non direpturus, ſi Romano Pontifici paritum fuiſſet. Teſtatur Procopius Pelagium Romanum Diaconum, qui poſtea Pontifex fuit, effeciſſe precibus ſuis, ne Totilas Vrbe capta magis in eam ſæuiret. Nemonon ſcriptor aſſerit euocatos a Narſete in Italiam Longobardos, ac precibus Ioannis Papę impetratum, ne multo ante ſe ſe effunderent in eam, retardatoſque Pontificis Romani ſtudio non modo tunc, ſed etiam poſtea ſępius impetus illorum, ne atrocius in Italos, eorum res, Italiamque totam vaſtandam ferrentur. Illud certum, ſicut abſente Innocentio, eiuſque monitis reiectis Romã direptam ab Alarico, ſic expulſo Silue- B
rio Papa, Vigilioque ipſius ſucceſſore in carcerem Conſtantinopoli coniecto Romæ tertiam partem dirutam a Totila, Italiam vaſtitatibus deturpatam, quaſi pręclara Vrbis monumenta, & vlla ipſius pars euerti haud potuerit; niſi abducto ab ipſo Pontifice Romano, quod e Procopij ſcriptis apparet. Quin tunc deleti omnes Gothi, ac finis eſt factus cladibus per eos inferendis, cum Romam rediji Pontifex, & ab Imperatore e vinculis, quibus Conſtantinopoli detinebatur, eſt abſolutus. Quod igitur blaterat iſte homo monumenta antiquitatis C
euerſa a Pręſulibus noſtris, imagines confractas? Idolorum forſan, ac Dæmonum? Num vult iſtas integras, ac ſtantes & Euangelij doctrinam iacere, & intermori? Sed neque illas omnes, vt aliquas demus, contritas fuiſſe a noſtris Antiſtitibus liquet e libro Zoſimi quinto. De reliquis nihil minus dici poteſt. Atque illud prorſus impudentiſſimè affirmatur, cona-
6. tos illos abradere omne vetuſtatis indicium. Profer bone homo vel vnius teſtimonium, niſi afferas tui ſimilium recentiorum forſan aliquorum, quos vel imperitia, vel odium religionis agit tranſuerſos, ac percipites. Nos contrarium feci- D
mus illuſtriſſimum, quod pertinet ad imagines, & cętera huiuſmodi. Certe antiquæ ſuperſtitionis ritus, ceremonias, opiniones varias Deorum, & quodcunque ad iſta pertinet (quamuis omnia radicitus fuerint exſtirpata, quoad inpietatis cultum) quantum ad memoriam tamen clarius, fuſius, ac diſtinctius diſcimus ex Apologia Theophili Antiocheni, Iuſtini Martyris, Arnobij libris aduerſus gentes, Tertulliani, Nazianzeni orationibus in Iulianum, Ambroſij, ac Prudentij aduerſus Symmachum, qui ſcriptores fuere e noſtris omnes, quam e quouis antiquo, atque a religione noſtra alieno. Enimuero

ro

A ro noſtri haud curarunt quedam ſimulacra tolli, potius id ſtuduerunt, vt aliqua permanerent ad redarguendam gentium ſtoliditatem, quæ talia monſtra diuinis honoribus proſequi non ſtomacharentur, quod habet Euſebius in vita Conſtantini & Socrates in hiſtoria ſua, qui narrat Ammonium Gramaticum ſæpius indoluiſſe, quod ſimulacrum quoddam ad ſtupiditatem gentium nimium ridicula colentium detegendam, non fuerit a Chriſtianis contritum, cum reliqua ad nihilum redacta fuiſſent, vel conflata in nummos pauperibus erogandos. In vniuerſum porro, quod ſpectat ad mores, & ordines priſcorum, quod aſſerit, deleta cuncta a Præſulibus noſtris, 7.
B id vniuerſaliter dictum conſtat eſſe mendacium. Deleta ſunt illa tantum, quibus impietas conſeruabatur, ac falſorum numinum cultus. At illa, quibus vera pietas non imminui, ſed augeri poterat, vel in Deum verum quoquo modo referri, ac per ſe non erant impia, non curarunt aboleri. non enim tollit naturam gratia diuina, ſed perficit. ac ſiquid eſt naturali conſonum lumini, non extinguit illud, verum maiori Diuinitatis ſplendore facit illuſtrius, ac fulgentius. Generatimque prçcipitur illud, quod Apoſtolus de ſe ipſo aſſeuerat omni
C bus omnia factus ſum, vt omnes Chriſto lucrifaciam. Vt Igitur Chriſtianus Præſul alliciat homines ad pietatem, illis, quantum veritas æternæ iuſtitię permittit, ſe ſe aſſimilat, amorem ſibi concilians, cum ſcriptum ſit, omne ſimile appetit ſuum ſimile, vt ex hoc amore facilius eos perducat ad bonum, quod ipſis exoptat. Apoſtoli prius non veſcebantur cum gentibus alijs, id vetitum Iudæis erat, neque immundorum, ſicuti vocabant, animalium, quidquam guſtabant, Gentes aliæ contra, paſſim comedebant. An hunc Apoſtoli, ac Romani Antiſtites gentium morē ſuſtulere, contrariumque adduxere?
D Quid? nonne illis templa erant, conuentus in templis, preces multi geſtus ſupplices, ſupplicationes ipſæ, ieiunia quædam, feſti dies, ornamenta feſtorum, plurimaque huiuſmodi, quæ idcirco mala erant, quod Idolis exhiberentur, aut falſo exiſtimatis Deis, ſed bona fiebant, vbi vero Deo reddebantur, quod ipſi debita forent. collegit horum multa Baronius noſter primo annalium tomo, ac Stephanus Durandus libro de ritibus. Apparet itaque falſum, quod iſte vniuerſaliter dixit Chriſtianæ religionis Moderatoribus hunc animum fuiſſe, hunc conatum, vt omnes ordines, ac mores gentium delerentur,

Euſeb. li. 3. c. 52.
Socr. lib. 5. c. 16.

tur,

tur. Quod vero adijcit magna obſtinatione Pontifices no- A
ſtros omnia vetuſtatis monumenta inſectatos, hæc certe vitu-
8. perantium vocabula ſunt, & crimini dantium id quod fieri
poterat, ac factum ſomniatur. Quid ita? An quod affirma-
uit initio libelli ſui, nullum Principatum poſſe excitari, aut
contineri abſque religione? dein vero improbans Chriſtianá
religionem, quod imbelles homines faciat, & ineptos impe-
rijs tuendis, addit eum, qui religione preuia vult aliquod re-
gnum ſtatuere imprimis debere opinionem Diuinitatis ſibi, ac
rebus ſuis, legibuſque comparare, ſed armis vti in aduerſan-
tes, & obedientiam refugientes. Cum vero Chriſtiana religio B
nulla vi bellica, ſibi fidē veræ Diuinitatis a Deo communica-
te, & emanantis conciliarit, incredibilemque patientiam exhi
buerit in abominandis gentium ſuperſtitionibus, ac tuendo
Dei vero cultu, imperia maxima ſuis hac via pepererit, nun-
quid hæc iſte obſtinationi aſcribit? Audite mendacia concin-
nantē & cognoſcite eum qui Præſuli Romano detrahit, a reli-
quis non aſtinere. In vn altro modo ſi ſpegne l'inuidia quando
o per uiolenza, o per ordine naturale muoiono coloro, che ſo-
no ſtati tuoi concorrenti, nel venire a qualche riputatione, &
a qnalche grandezza, i quali veggendoti riputato piu di loro C
è impoſſibile, che mai s'acquetiuo, e ſtiano patienti, e quan-
do ſono huomini, che ſiano vſi a viuere in vna citta corrotta,
doue l'educatione non habbia fatto in loro alcuna bonta, è
impoſſibile, che per accidente alcuno mai ſi ridichino, & per
ottener la vogla loro, e per ſatisfare alla loro peruerſità d'
animo ſarebbono contenti veder la rouina della lor patria, a
vitar queſta inuidia non ci e altro rimedio, che la morte di
coloro, che l'hanno, e quando la fortuna è tanto propitia a
quell' huomo Virtuoſo, chè ſi moiano ordinariamente diuen-
ta ſenza ſcandalo glorioſo, quando ſenza oſtaculo, e ſenza oſ- D
feſa ei puo moſtrare la ſua Virtu. ma quando ei non habbi que
ſta ventura, gli conuiene penſare per ogni via a torſeli dinan-
zi prima, ch'ei facci coſa alcuna, gli biſogna tener modo, ch'
ei vinca queſta difficolta, e chi legge la Bibbia ſenſatamente
vedra Moiſe eſſer ſtato sforzato ad ammazzare infiniti huo-
mini, che ſi opponeuano à diſegni ſuoi. Quis hic non obſtu-
peſcat ad mendacia tam portentoſa? Nam quos Moyſes ipſe
occidit aduerſantes imperio ſuo e ſuis æmulis? Bella nunquam
mouit, niſi aduerſus hoſtes populi Hebrei. Ex Hæbreis, qui
impe-

A imperio ipſius refragarentur, æmulum neminem prorſus ipſe
occidit. qui mandata diuina violarent hos necundos legibus
cauit. At qui parere ipſi recurſabant, eum Principem nole-
bant agnoſcere, mirabiliter a Deo ſublati ſunt, Core, Datha *9.*
& Abiron ſeceſſione multorum facta, & ſeditione commota
abſorpi ſunt inſpectante omni populo, a terra dehiſcente cum
plurimis ſuorum. Rurſus paulo poſt irruens in eum, cogna- *Num.16*
toſque ipſius populus bis igne cælitus miſſo eſt abſumptus, ac
niſi precibus ipſe, thuribuloque admoto frater ipſius Aaron
ipſo Moyſe mandante flammas extinxiſſet multo plures in-
B cendio fuiſſent enecti. Tantum igitur abeſt, vt Moyſes ad obe-
dientiam ſibi ab alijs preſtandam gladio ſit vſus, vitamque æ-
mulis aliquibus abſtulerit, vt potius auerterit ab eis mortem
diuinitus inflictam. Quamobrem ſic de illo in Numeris, erat
enim Moyſes vir mitiſſimus ſuper omnes homines, qui mora- *Cap. 12.*
bantur in terra. & ſanè ita fuiſſe conſtat ex iis omnibus, quæ
cum Pharaone egit, omnia patientiſſime tolerans, quamuis
ab ipſo Deo Deus Pharaonis conſtitutus fuiſſet. Quot igitur
hic mendacia coaceruauit Macchiauellus, innumeros enim di- *10.*
xit interfectos à Moyſe æmulos, & inuidentes ei Principatum.
C Atqui, neque vnus eſt peremptus. Innumera igitur menda- *11.*
cia euomuit. atque eo magis quod plurimos ex æmulis, &
contumacibus a morte ſeruauit animi placiditate. quod ita a
bonis Regibus, & Imperatoribus factitatum declarauimus
libro de imperio Virtutis aduerſus hanc peſtilentē doctrinam.
Quid miramur autem tam fœde mentitum Macchiauellum
aduerſus Moyſem legiſlatorem, quando multo turpiora, ac
falſiſſima in Dauidem ſcripſerit? ſic enim de illo Alterando le *li. 1.c.25*
coſe noue le menti de gl'huomini, ti debbi ingegnare, che *26.*
D quelle alterationi ritenghino piu dell' anticho che ſia poſſibi-
le, e ſe i magiſtrati variano e di numero, e d'autorita, e di
tempo dagl'antichi, che almeno ritenghino il nome, e que-
ſto, come ho detto, debba oſſeruare colui che vuole ordinare
vna potenza aſſoluta, la quale dalli authori è chiamata Tyran-
nide, perche debbe rinouare ogni coſa, come nel ſeguente ca-
pitolo ſi dirà. Qualunque diuenta Prencipe o d'vna Citta, o
d'vn ſtato, e tanto piu, quando i fondamenti ſuoi fuſſino de-
bili, e non ſi volga o per via di regno, o di Rep alla via ciuile,
il miglior rimedio, ch'egli habbi a tener quel Principato, è, eſ-
ſendo egli nuouo Prencipe, fare ogni coſa di nuouo in quello

ſtata

ſtata, come è nella Citta fare nuoui goueṙni con nuoni nomi, A
con nuoue authorita, con nuoui huomini, fare i poueri ricchi,
come fece Dauid, quando ei diuentò Re. qui eſurientes impleuit bouis, & diuites dimiſit inanes. edificare oltre di queſto nuoue Citta, disfare delle fatte, cambiare gl' habitatori da vn lnogho ad vn'altro, & in ſomma non laſciar coſa niuna intatta in quella prouincia, e che non vi ſia ne grado, ne ordine, ne ſtato, ne ricchezze, che, chi le tiene, non la ricognoſca da te. e pigliar per tua mira Filippo Re di Macedonia. Padre d'Aleſſandro, il qual con queſti modi di picciolo Re diuento prencipe di Grecia, e chi ſcriue de lui dice, che trammu- B
tò gl'huomini di prouincia in prouincia, come i mandriani tramutano le mandrie loro. ſon queſti modi crudeliſſimi, e nemici d'ogni viuere non ſolamente Chriſtiano, ma humano, e debbeli qualunque huomo fuggire, e voler piu toſto viuer priuato, che Re con tanta rouina de gl'huomini. nondimeno colui, che non vuole pigliare quella prima via del bene. quando ſi uoglia mantenere, conuiene, ch'entri in queſto male. ma gl'huomini pigliano certe vie del mezzo, che ſono dannoſiſsime, perche non ſanno eſſer ne tutti buoni, ne tutti cattiui, come nel ſeguente capitolo per eſſempio ſi moſtrera. C

Quis audiuit vmquam tam crudelia, tum prodigioſa? nos illa confutauimus abunde omni argumentorum genere libris de imperio Virtutis. Verum, quod pertinet ad rem propoſi-
12. tam, quis hic non abominetur impudentiſsima mendacia aduerſus ſanctiſsimum Dauidem? Imprimis ne exhorreſcamus Tyranni moreſ induere adducit Dauidis exemplum quaſi Tyranni, cum nemo fuerit illo humanior, nemo manſuetior, ita vt ſriptum ſit, memento Domine Dauid & omnis manſuetudinis eius. idque palam fit ex iis, quæ cum Saule innimiciſsimo Rege egit, a quo toties contra omne fas ad mortem D
petitus & quæſitus, cum poſſet eum tuto non ſemel occidere, noluit, quamuis certiſsimò ſciret ſe vnctum Dei iuſſu Regem Hebræorum, regnumq; Sauli ablatum. quin iuſsit occidi eum, qui mortem Sauli iam animam agenti, cum proprio ſe gladio transfixiſſet, ipſo iubente Saule acceleraſſet, & alios ſimiliter interfici mandauit, qui Saulis filium Miſphoſet peremiſſent, licet cum Dauide qui de voluntate Dei iam regnabat, bella adminiſtraret. At quomodo in Dauidem conuenit illud, eſurientes impleuit bonis, & diuites dimiſit inanes, eo, quo

fingit

A fing'tiſte modo? Haud poterat è tota antiquitate Hebręorum proferri exemplum magis diſſonum, magis contrarium Tartareæ, quam ſcripſit, doctrinæ. quibus enim ſuorum populis abſtulit bona Dauid? quos ex vno in alium locum tranſtulit? Atqui ſcimus imperante Deo diſtributam fuiſſe inter Hebręos Paleſtinam, ſingulis tribubus aſsignata loca, ſingulis contribulibus attributos fundos, qui nullo modo poſteris eorum poſſent auferri, quod ſi venditi, & obligati fuiſſent, quinquageſimo quolibet anno (iubileum vocabant) redibant ad antiquos dominos omni vinculo exſoluti. quod adeo ſeruabatur, vt
B neque potuerit Rex Achabus auferre a Nabotho vineam, niſi per ſummum ſcelus. Et Macchiauellus tamen eſt auſus tam prodigioſa, tam falſa in Dauidem cominiſci? atque vt perniciosiſsimum venenum credulis, & impiis facile propinaret melle e ſacris hiſtorijs deſumpto poculi lęthalis ora mendaciſsimè aſperſit, & ante exemplum Philippi Macedonum Regis proponere per ſonam Dauidis iuxta ingenij doloſi commenta falſiſsimè depicti non dubitauit? ac deinde audet viam mediam dicere damnoſiſsimam? damnoſiſsimum vocat, non eſſe efferatiſsimum? Hic omnes omnium ſæculorum morta- 13.
C les aduoco, & rogo, an fuerit vllus vmquam ſcriptor, qui tam nefanda ſit auſus litteris mandare. Nos certe nulla non exemplorum copia, vel ab ipſo animantium ratione expertium victu petita, apertiſsimum fecimus hæc eſſe contra omnem veritatem & bonum. Inſtar omnium ſit Philippus ipſe, qui ſuæ coniugis machinationibus, atque vt aliqui volunt, Alexandri filij tacito conſenſu, miſerrimè eſt interemptus cum ſecunda coniuge, filijſque ex illa ſuſceptis. At Alexandri progenies quàm perijt infeliciter? quam miſerabiliter eſt trucidata? Sed quando iſte homo ſapiens tam falſa in Præſules Chriſtia-
D nos, in Moyſem, in Dauidem iactauit, tolerabilius exiſtimabitur, quod maledico ſtylo in Gallos, & Germanos memoriæ prodidit, haud veritus nobiliſsimas nationes conuicijs turpiſsimis onerare. ſic enim libro tertio cap. 43.

Chi leggerà le coſe paſſate della noſtra Citta di Firenze, e conſiderarà anchora quelle che ſono nè proſsimi tempi occorſe, trouera i popoli Tedeſchi, e Francioſi pieni d'auaritia, di ſuperbia, di ferocia, e d'infedelta. 14.

Leuius ducant iam tantam ſibi inuſtam notam Galli, & 15.

 Ger-

Germani, cum neque hic Chriſtianæ religioni, neque Virtutibus veris, neque Præſulibus Chriſtianis ignouit. & quoniam nemo aut Gallus, aut Germanus, quod ſciamus tam fœda mendacia in populos multis partibus laudabiles confutauit, nos hic haud grauabimur, cum pro veritate ſtemus, ea refellere. A

Illud inprimis conſtat, cū Florentia exigui nominis eſſet imperio Romano ſtante, ac Longobardis regnantibus (vix enim nominatur ab vllo latinorum ſcriptorum) fuiſſe inſtauratā poſtea, & a fundamentis penè conditam Pontifice Romano, ac Romanis adnitentibus, qui plurimos ex Vrbe colonos in eam rem miſere, per Carolum Magnum Gallorum Regem, poſteris eius inceptum nobile promouentibus, quod teſtatur latiſſimè hanc totam rem deſcribens Ioannes Villaneus Florentinus ſcriptor lib. 3. cap. 1. ex illo libertatem quandam nactas Italiæ totius Vrbes infra oſtendemus ex Othone Friſingenſi. Idem vero Villaneus refert lib. 4. cap. 1. & ſequentibus ab Othone Primo Imperatore, ac Germanorum Rege plurimis bonis, ac priuilegijs Florentiam fuiſſe amplificatam, neque ab hoc ſolum, ſed etiam ab Otthone Secundo, & Tertio vt idem ſcriptor narrat eodem lib. cap. 5. ita vt Florentiæ totius ipſa inſtauratio, & amplificatio ſecundum Romanos, Romanumque Antiſtitem debeatur Regibus Gallorum, & Germanorum. B C

Iſte autem beneficiorum memor, ac bonus veritatis arbiter, vt gratiam pro tot, ac tantis beneficijs Præſtantiſſimis nationibus aliquam referat honorifica huiuſmodi verba litteris mandauit. Dicet aliquis obſcurata antiquorum Regum beneficia malefactis poſterioribus. Atqui idem ſcriptor narrat lib. 7. & ſequentibus innumera bona collata in Florentinos a Regibus Gallici ſanguinis Carolo Primo, eiuſque liberis, qui Neapolim, Siciliamque tenuerunt per annos centum ſexaginta nouem, & amplius ſimiliter a Carolo Bohemiæ, ac deinde Germaniæ Rege, & Imperatore. Quamobrem non immerito ob hæc dicuntur Florentini inſignia lilij, ac rubeæ crucis attollere: quorum alterum ſpectat ad Gallos, alterum vero ad Germaniæ Reges. D

Leonar. li. 1 3. et 9 Illud certum Cortonam Florentinis traditam fuiſſe a Ladislao Rege, Aretiumque multo ante a Gallis, quin Buccicar-

A cicardi Galli opera Piſæ ſunt adductæ in eorum poteſtatem. Neque vero inficiamur aliquid incommodi allatum fuiſſe aliquando Florentinis ab iſtis nationibus. Sed omnia ſunt examinanda aut ex maiori, aut expotiſſima parte. Noſter autem ſcriptor, niſi a parentibus, nam tales Florentinis Antiſtites Romani, Galli, & Germani, quæcunque libitum fuerit, protinus aſſequatur, nihili faciens eorum merita, neque indignitatem propriam reſpiciens, haud curat eorum viſcera, quaſi vipera velit omnino eſſe, corrodere, ipſiſque interitum pro virili afferre. at quanto iuſtius, ac verius in elo-
B gijs Iouius alloquens Carolum Magnum. te ſiquidem auſpice Italia inprimis, quæ iampridem a Gothis, & Vandalis deformata, proſtrataque ferrei ſæculi iniurias pertulerat, ſeſe vſque adeo felici rerum omnium prouentu erexit, vt priſtinæ amplitudinis ornamenta reciperet, & religio ad firmiorem dignitatem rite inſtaurata, clariore iam nominis ſui authoritate potiretur, & ſingulæ prope Vrbes tuæ eximiæ liberalitatis, atque magnificentiæ monumenta mirarentur. Verum Hetruſci nullo vnquam æuo tuas laudes ſilebunt, quod Florentiam omnium Vrbium longe pulcherrimam ad non du-
C bium, ſi admirabile ædificiorum decus ſpectetur, totius Italiæ ornamentum in cinerem a Gothis conuerſam reſtitueris. eaedm de Roberto ſcriptor idem teſtatur, vt mox dicetur.

At credo homo bonus Italis ignoſcit. Audiamus quid de Venetis, quorum prudentiam, conſtantiamque in aduerſis admirabilem, ſingularem vero in proſperis modeſtiam, quis e toto Orbe non admiratur, non ſummis laudibus extollit? Iſte ſupra mortales cunctos ſapiens homo ſic de illis lib. 3. cap 31.

Al contrario appunto di queſto s'è veduto fare ai Venetia-
D ni, i quali nella buona fortuna (parendo loro hauerla guadagnata con quella Virtu, che non haueuano) erano venuti a tanta inſolenza, che chiamauano 'l Re di Francia figliolo di ſan Marco, non ſtimauan la Chieſa, non capiuano in modo alcuno in Italia, & haueanſi preſupoſto nell'animo d'hauere a fare vna Monarchia ſimile alla Romana. dopoi, come la buona fortuna gl'abbandonò, e c'hebbero vna mezza rotta à Vaila dal Re di Francia, perderono non ſolamente tutto lo ſtato loro per ribellione, ma buona parte ne dettero & al Papa, & al Rè d'Iſpagna per vil-

tà, & abiettione d'animo, & intanto inuilirono, che mandarono ambaſciatori all'Imperatore a farſi tributarij, ſcriſſero al Papa lettere piene di viltà, e di ſommeſſione per mouerlo à compaſſione. A

16. Hæc iſte mortalium ſapientiſſimus, quod erat moderationis, & prudentię transferens ad animi abiectionem, timiditatem, & imprudentiam. Cur autem non refert a Venetis tot Vrbes receptas armis poſt illam cladem? cur non refert imperium partum in Italia multo præſtantius, ac latius, quam tempore vllo vnqnam poſſederint? Nam quod ait Pontifici datum, Regique Hiſpaniæ, id ſpectat ad ea, quæ pertinebant reuera ad illos, eratque in ipſorum Dominio, Vrbes ſcilicet aliquas Apuliæ Venetis oppignoratas, & Aemiliæ, Flaminiaeque ad Pontificè ſpectantes. Cur etiam tacet ab eiſdem Venetis, cum fuiſſet a totius Europæ Regibus in eos coniuratum, reiecta fuiſſe auxilia Turcarum, quæ Baiazetes vltro obtulerat ad frangendas hoſtium vires? An hoc ignauiæ fuit, vel inuictæ fortitudinis, qua repulerunt barbaricos exercitus, opemque ipſis oblatam. & tamen hac in re potentiſſimi Imperatores, ac Reges peccarunt adacti nimio timore, ſuarumque rerum diffidentia. Sed iſte nimirum reſtituere aliena, agnoſcere erratum, iuſtitiamque ſuum cuique tribuentem complecti arbitratur eſſe imbellis, & abiecti. Enimuero ita fuiſſet, ſi Veneti Turcas immiſiſſent in Italiæ viſcera, veluti priſcis temporibus Hungaros nondum Chriſtianos Arnulfus Imperator admiſit in Germaniam, cæteraſque Chriſtianorum terras, vt Morauos vlciſceretur: ac noſtra ætate Ioannes Hungariæ Rex Turcas, vt de Ludouico Moro, multiſque aliis taceamus, qui ſuis Viribus diffidentes, ac ſolidæ prudentiæ decreta abijcientes ſeque, ac ſua diriſſimis hoſtibus obiecere. atque ita dum ſuccumbere Chriſtianis, eiſque cædere, vt imperteritos hac via ſe oſtendant, haud volunt, communem cauſam turpiſſimè ſimul, ac ſtultiſſimè dedecore ſempiterno perdiderunt. B C D

Erat itaque Venetis gloriæ dandum, quod iuſtitiæ ſæmitis inſiſtentes, a quibus aberaſſe videbantur, atque idcirco fuſus eorum fuerat exercitus, aliena ſuis dominis reddidere, neque amplificare imperium, vel amplificatum tueri voluerunt dolis, & iniquitate, quod iſte tum

toto

A toto libro Principis ſui, tum maximè cap. 18. late docet, non aſſerens Principi ſiquid ſceleris admittit, obtegendum, ne quis malo exemplo in idem prolabatur, quod aliqui vel impudentiſſimè, vel hac parte imperitiſſimè contendunt aſſeuerare, ſed Virtutes ait aſsimulandas, vt iis alliciantur homines in fraudem, ac proinde abiicienda officia illarum, quoties dilatandæ ditionis, ac lucri prętcr fas faciendi ſe ſe offert occaſio, quod autem ita dixerit Macchiauellus ante nos adnotarunt non modo Poſſeuinus ſcriptor catholicus, ſed ipſi hæretici, qui Antimacchiauellum in multis tamen
B Macchiauello peiorem diuulgarunt, adeo ſtomachum mouerunt omnibus illius hominis ſcripta. at illud impudentiſsimum, atque apertiſsimum mendacium, miſſos à Venetis legatos ad Imperatorem, vt efficerentur tributarij. Quis ferat hic inſolentiam tantam, ſpurciſsimùmque mendacium? igitur cum functi eſſent optimi, ac diuina mente præditi Senatores munere debito in Vrbibus reſtituendis Pontifici, ac Regi Hiſpaniæ, Deus qui cuncta iuſte moderatur, haud eos iuſtitiæ munia complexos deſtituit, ſed ita res temperauit, vt receperint, quas amiſerant,
C ac tenuerint ad hanc diem, nec fuerint vlli poſt eiectos Longobardos, qui trans Padum tot, ac tam magnas Ciuitates iurisdictione tam firma, & abſoluta gubernarint; ſicuti neque toto Orbe vlla vnquam fuit Reſp. quæ tamdiu libera fuerit, aut quæ tam latè, ac tandiu ſimul imperarit. Romana quidem latius, ſed non tandiu dominata eſt, vt aperiemus ſequentibus libris. Et hic audet Venetis obiicere inſolentiam, ignauiam, deiectionemque animi? Quod ſi Veneti haud excitarunt Principatum Romano potentiorem, multo diuturniorem conſtituerunt, ita vt Ro-
D mani tam ſtabile ſimul, ac tantis viribus non habuerint, at reliquarum gentium nulla vel tam vetuſtum, vel tantis opibus. Certe, ſi merita ſpectemus, contendunt preſtantiſſimi viri vix aliquibus in Orbe toto æque deberi Italię totius imperium poſt Romanum Pontificem, ſi vni vel Principi, vel Reip. dandum foret, ac Reip. Venetæ Italici nominis decori excellentiſſimo, & immortali. Idque eo magis, quod odio quodam ferali abreptus in Pontificem Romanum, clamat homo ſanę mentis per eum fieri,

ne

e3

ne ſit vnus Italiæ Rex , quaſi tunc Italis bene eſſet futu- **A**
rum . Atqui te ipſo teſte aduerſus tua dicta, ac tuas frau-
dulentas machinationes , oſtendemus peſſimè tunc Italis
fuiſſe , cum dominatus eſt Italiæ vnus ante Conſtantinum,
quod fuit ab oppreſſa per Cæſarem patria anno 704 vſque
ad Conſtantinum Chriſtianæ religioni fauentem 1122 per
annos tercentum ſexaginta . Afferamus verba hominis ha-
bentis dilucida interualla. lib. 1. cap. 1.

Ne ſia alcuno, che s'inganni per la gloria di Ceſare, ſenten-
dolo maſsimamente celebrare dagli ſcrittori , perche quelli ,
che lo laudano ſono corrotti dalla fortuna ſua , e ſpauentati **B**
dalla lunghezza dell'imperio, il qual reggendoſi ſotto quel no
me non permetteuono, che gli ſcrittori parlaſſero liberamen-
te de lui . ma chi vuole cognoſcere quello, che gli ſcrit-
tori liberi ne direbbono , vegga quello , che dicono di
Catilina e tanto è piu vitupereuole Ceſare , quanto piu e
da biaſimar quello , che ha fatto , che quello , che ha-
voluto fare vn male . Vegga anchora con quante laudi
celebrano Bruto . talche non potendo biaſimare quello
per la ſua potenza , e celebrarono il nimico ſuo . & po-
ſtea . tutti gl' Imperatori che ſuccederono all' Imperio per **C**
heredita furono cattiui eccetto Tito . quelli , che per adot-
tione furono tutti buoni , come furon quei cinque da
Nerua a Marco . Pongaſi adunque inanzi vn prencipe i
tempi da Nerua a Marco , e conferiſcali con quelli , ch'
erano ſtati prima , e che furono poi , elegga in quali vuo-
le eſſer propoſto , perche in quelli gouernati da buoni ve-
drà vn Prencipe ſecuro in mezzo de ſuoi , ſicuri cittadini,
ripieno di pace , e di giuſtitia il mondo , vedra il Senato
colla ſua autorita , i magiſtrati con ſuoi honori, goderſi i
Cittadini ricchi le loro richezze , la nobilta , e la Virtu **D**
eſſaltata , vedra ogni quiete , & ogni bene . e dall' altra
parte ogni rancore , ogni licenza , corruttione , & ambitio-
ne ſpenta , vedrà i tempi aurei , doue ciaſcuno puo tene-
re , e difendere quella openione , che vuole , vedra in fi-
ne trionfare il mondo , pieno di riuerenza , e gloria il Pren-
cipe , d'amore , e di ſicurta i popoli . ſe conſidera dipoi
minutamente i tempi degl' altri Imperatori gli vedra atro-
ci per le guerre , diſcordi per le ſeditioni , nella pace e nel-

A la guerra crudeli, tanti Prencipi morti col ferro, tante eſterne, l'Italia afflitta, e piena de nuoui infortunij, rouinate, e ſacheggiate le Citta de quella, Roma arſa, il Campidoglio da ſuoi cittadini disfatto, deſolati gl'antichi tempi, corrotte le ceremonie, ripiene le Citta d'adulterii, vedrà il mare pieno d'eſſilii, li ſcogli pieni di ſangue Vedra in Roma ſeguire innumerabili crudeltati, e la nobilta, le ricchezze, gl' honori, e ſopra tutto la Virtu eſſer imputata a peccato capitale. Vedra premiare gl' accuſatori, eſſer corrotti i ſerui contra al ſignore, i liberi
B contra al Padrone, e quelli, a chi fuſſero mancati i nemici, eſſere oppreſſi dagl'amici, e cognoſcera allhora beniſſimo quanti obblighi Roma, Italia, & il mondo habbia con Ceſare.

Hæc veritate cogente Macchiauellus, e quibus habetur 18.
imprimis infeliciſſimum fuiſſe Italiæ ſtatum Romano imperio Florente poſt Cęſaris dominatum per annos tercentum 19
ſexaginta vſque ad Conſtantinum, cum velit alibi ſecus fuiſſe; deinde habetur bominandas eſſe artes, quibus plerique Imperatores per ilud temporis ſpatium regebant Italiam,
C Romanumque imperium. cum tamen ipſe oblitus horum, quæ ſupra dixit, libellum ſuarum diſceptationum repleat huiuſmodi malis documentis. Deinde eſſe falſum, quod ait cap. 12. lib. 1. præſtare, vt Italiæ ſit vnus Princeps. Nam 20.
ſi id præſtat, cur imperio Romano Florente, tam male, & infeliciter Italiæ fuit? Dicet, ſi Chriſtianus Rex foret, non tam male, vt olim futurum. Atqui, cur libro 21.
ſecundo cap. ſecundo inuehitur in Chriſtianam religionem, quaſi Orbem terrarum prædandum ſceleſtis obiecerit? Vide execrabile dictum. Quid autem ſi ex ore ipſius ego ex-
D preſſero, Principatum Pontificis illius Romani, quem facit iſte fraudulentiſſimum, & omnium maxime periurum, maximo Italicæ regioni bono fuiſſe? Talem facit homo Alexandrum 6. & tamen inquit lib. 3. cap. 29. la Romagna inanzi che in quella fuſſero ſpenti da Aleſſandro 6. quelli Si- 22.
gnori, che la comandauano, erano eſſempio d'ogni ſceleratiſſima vita, perche quiui ſi vedeua per ogni leggier cagione ſeguire occiſioni e rapine grandiſſime; il che naſceua dalla triſtitia de quei Prencipi. Hæc ille. Quod ſi Alexander 6. quem

faciunt

faciunt omnino malum ſupra alios Pontifices, attulit Itali A
cæ regioni tantum boni, quomodo vituperari poterit in Ita-
lia Pontificius dominatus vel ab ipſo Macchiauello , vel a-
quouis ipſius ſimili momo ? ſed illud eſt admirabile in
hoc noſtro . non poſſe ab ipſo veri aliquid pronunciari ,
quod multis mendacijs non ſit admixtum . Videte quot
in ſuperioribus verbis . Ait omnes , qui ex adoptione ſuc-
ceſſerunt in imperio fuiſſe bonos Imperatores . Sed adeſ-
dum ſciole mi ; Nero ex adoptione Claudij ſucceſſit , te-
23. ſtatur id Suetonius cap. 7. An bonus Nero ? Tiberius ab
24. Auguſto eſt adoptatus, vt idem refert cap. 15. eique ſub- B
ſtitutus. Num vero bonus Tiberius ? negat ipſe. Mitto reli-
quos . illud non ſileo : Hadrianum fuiſſe flagitioſiſſimum
palam faciemus libro ſecundo, & tamen hic eſt a Traiano
adoptatus . Quid nonne doctiſſimus iſte bonis hunc adnu-
25. merat ? An vero hunc ſolum bonis ? Nonne & Galbam ?
26. quem fuiſſe peſſimum mox apparebit . Verum pro iure
ſuo cenſor iſte totius iuſtitiæ ac iuris Alexandrum Mammeæ,
27. Probum, Gordianum, Claudiumque bonos, ac laudatos Impe-
28. ratores peſſimis aſcribit . Et ſanè quemuis impudentem ſine
29. dubio puderet, tot mendacia paſſim chartis pauculis inſeruiſſe C
30. quot iſte , vt adſtrueret ſua commenta . Alij notarunt
alia . nos omiſſa ab his dicemus . Ait lib. 1. cap. x. a
Cæſare ad Maximinum numerari vigintiſex Imperatores,
tantummodo . Adijcit interfectos decem. Non tot eſſe ibidem
liquet . aſſerit prætetea cap. lix. peremptum Pompeium à
31. Ptolomæo, quem reduxerat hic in regnum . Sed necatum
fuiſſe pueri Ptolomæi iuſſu Pompeium conſtat, illum vero
32. à Pompeio reductum nullibi refertur . fingit libro ſecun-
do capitulo ſecundo a Solone dictum Crœſo oſtentanti
auri & argenti magnam vim , & interroganti , quid D
ipſi videretur de ſua potentia , ſe arbitrari Crœſum non
33. adeò potentem , quod ferro , non auro bella adminiſtra-
rentur . Vbi queſo hoc legit iſte antiquarius ? Solon
34 reſpondit fœlicitatem non eſſe in theſauro poſitam , ſed in
animi tranquillitate , ac Virtutibus , atque illam penſan-
dam ab exitu . De bello ac ferro nihil . Sed quoniam Mac-
chiauellus contendit aurum non admodum facere ad bel-
lum , neque eſſe nummos, vt quidam volunt , prœliorum

neruos, proſpiciens ſi dixiſſet iſta Crœſus, conuenire opi-
A nioni ſuæ, finxit Solonem e ſeptem Græciæ ſapientibus
principem, dixiſſe, quæ Macchiauellus erat cogitaturus
poſt annorum duo millia & amplius. Cap. 4. lib. 2. tra- 35.
dit a Gallis cum Tyrrhenos expulerunt e circumpadanis
oris, & cuncta vſque ad Aeſim fluuium trans Apenninum
expulerunt, multas Vrbes ædificatas; cum tamen clariſsi-
mè ſcribat Polybius, qui vidit omnia, ac poſt eum Stra-
bo, cunctas ab illis Vrbes, excepta Mantua, quam non
potuerunt expugnare, dirutas, ipſos habitaſſe in vicis, &
agriculturæ ſtudentes humi ſolitos cubare. Verum cum
B ſomniatus ipſe ſibi eſſet antiquitatem quandam mirabilem,
ſimul etiam ſomniatus eſt, illa a Gallis acta, cum tamen
infra aperiamus omnia loca huiuſmodi permanſiſſe in ſum-
mis vaſtitatibus per aliquot ſæcula. Rurſus cap. xix. tra-
dit a Luculli paucis militibus profligata Tigranis centum
quinquaginta equitum millia, in quibus erant plurimi ſi-
miles noſtris, quorum tum proprium corpus, tum vero
equorum laminis ferreis teguntur. Hæc iſte dum cona- 36.
tur perſuadere plus roboris eſſe in peditibus, quàm equi-
C tibus. Rem narrant inter alios diligenter Appianus, ac
Plutarchus, qui Tigrani volunt non adfuiſſe niſi equitum
quinquaginta quinque millia, horum decem ac ſeptem mil-
lia conſtabant e cataphractis. his femora, vt multi pro-
bant, & crura non erant armata. licet non nulli opinen-
tur ſecus fuiſſe olim cataphractis. Igitur Macchiauellus,
cum Tigrani non adfuerint niſi, quot diximus, addidit
de ſuis equitum nonaginta quinque millia quaſi ſuppetias 37.
laturus. Mira res tantum copiarum potuiſſe confici a Mac-
chiauello ad opem ferendam Tigrani, & quidem poſt an-
D nos mille ſexcentos, atque etiam plures. Iam magis ad-
miror uictoriam Luculli, illudque multo magis obſtupeſco
adducta a Macchiauello in auxilium Tigranis tot equitum
millia. Sed vt video valentiſſimus homo adduxit per ſom- 38.
nium. Iam teneo rem. ceſſat admiratio. id certe eſt fa-
cillimum ſimul, atque vſitatiſsimum Macchiauello per
ſomnium tot, ac tanta exantlare. Quod autem cum Ti-
grane fecit, haud voluit non facere cum Franciſco Gallo-
rum Rege. Ait enim cap. 18. libro eodem trigintaſex He-

luetiorum millia adorta Franciſcum Gallorum Regem, cui viginti equitum millia, peditum quadraginta aderant, tormenta curulia centum. contigit hoc anno 1515. rem narrant Guicciardinus, & Iouius inter alios, qui plurimum dicunt, Franciſco nolunt adſuiſſe niſi equitum duodecim millia, quorum plurimi non interfuerunt prælio. Adiecit de ſuis Macchiauellus octo millia, in hoc ſanè admodum vituperandus, quod plus opis attulerit Tigrani homini ab ætate noſtra, noſtris oris, ac religione remotiſsimo, quàm Franciſco Gallorum Regi Virtutibus præſtantiſsimis ornato. A

Quamuis, vt video, ſit iſte infeſtior vicinioribus. Nam deſcripſit vitam Caſtruccij Caſtracanis Lucenſis, quàm veraciter & quot exiguo libello mendacia attexuerit diſcamus e Iouio, qui ſic elogiorum lib. 1. hinc quoque liuorem, & petulantiam Nicolai Macchiauelli magnopere deteſtemur, qui dum commenticiam Caſtruccij tanquam patriæ ſuæ hoſtis extra rerum fidem impudenti libidine vitam deſcriberet, reliquæ quoque hiſtoriæ dignitatem improbe defœdauit. & rurſus idem Iouius in elogio Nicolai Tegrimi. ſed Macchiauellus Florentinus hiſtoricus patrij ueteris odij memor, petulanti malignitate non interituram memorabilis Ducis famam fabulis inuoluit, cum vitam acerrimi hoſtis Hetruſco ſermone ſcribere orſus tam impudenti, quàm aſtuto illudendi genere, ſacroſanctam rerum geſtarum fidem corrumperit. Hæc Iouius Macchiauelli amicus, ſed multo magis veritatis, vt non dubitarit de ipſo ſic in elogijs ſcriptum relinquere, fuit exinde (Macchiauellus) ſemper inops vti irriſor, & atheos. Enimuero ſi Macchiauellus vult nihil non agi mendacijs, voluit primus optimæ doctrinæ exemplum præbere, vt cuncti optimè ſcitent, qui darent aures eius impietati, ſe miſerrimo exitu, ac rerum falſis, mendacibuſque euentis conuenientiſsime eludendos. ſed homine omiſſo, veniamus ad rem noſtram. nam quot, quantaque mendacia in rebus clariſsimis opuſculo paruulo attexuerit, alij latius, nos attigimus omiſſa. B C D

Verùm quando hæc loco prohemij cuiuſdam præfati ſumus illudque exigit iucunditatem & leporem; cantuſque maxime proficit ad ſanandos lymphatos ſiquis, fanaticus eſt cum Macchiauello, bene erit, vt audiat odam ſequentem in Rober-

A tum Siciliȩ Regem Gallicȩ gentis, quam Florentinis iſte infenſam dixit, ac videbit, quam ſit bonæ mentis homo.

Adſitis teneræ Parthenopes decus
Qui chelym docili pollice tangitis
Et Thuſcæ charites, &
Flaui numina Tybridis.

Dum Regem tunica tectum adamantina
Robertum canimus, Ceſaris impij.
B *Pellentem agmina, vt alto*
Nimbos exiliens Notus,

Ille, ille horriſono barbarus impetu
Terrarum dominam hanc, & ſuperum domum
Ferro perdere, & igni
Tentabat (facinus ferum)

Aſt illum impauido Rex pius agmine
Siſtens, indomitæ fræna licentiæ
C *Iniecit, trepidam Vrbem &*
Seruans purpureos Patres.

Quin & præcipitis plenum opus aleæ
Ciuileſque acies, ſciſſaque Hetruria
Sedans pectora dictus
Dux eſt, & Patriæ Pater

Vnde bis pro meritis impatiens iugi
Quæque alte inumeris iura dat Vrbibus
D *Gen Hetruſca ſecures*
Nato, atque imperium dedit.

Salue o bellipotens progenies Deum
Qui templa ætherei culminis ad polum
Condis marmorea, alti
Aequent, quæ iuga Caucaſi

Salue doctiſoni flaminis impetus A.
Sebethi irrigula ad flumina vitrei
Qui das, Parthenope alma vt
Diſcat dulcifluum melos.

Cum vatem cythara nobilem eburnea
Petrarcham thalamo ſuſcipis aureo,
Quem mox Regia laurus
Cinxit Romuleo iu foro ;

Hæc illi auſpice te munera contulit B
Roma altrix ſtudiorum, & Latium ferox
Vnde Arnus vaga claro
Lambit ſidera vetice.

Ac talis Robertus Gallici ſanguinis, de quo ſic Iouius, amore, inquit, quodam mirifico, & partium ſtudio incredibili Florentino nomini coniunctiſſimus fuit: vt pote qui ciuitatem aduerſus imminentes Tyrannos inuictis armis defenderit, pulcherrimiſque belli, & pacis artibus exornarit. eadem Villaneus illorum temporum ſcriptor, vt diximus. finem faciemus adducentes, quæ de Macchiauello ſcripſit Molanus, C
Lib.1.de fide hæretic.ſer. c. 3. cuius librum mihi communicauit collegij ſacroſancti ornamentum Palæotus Card. ſic igitur ille. Macchiauellus, in libro, quem Thuſca lingua ſcripſit de Principe, in eam prorupit inſaniam, vt Principem velut Centaurum ſemi hominem, & ſemibeſtiam eſſe velit. et mox affert ipſa verba Macchiauelli latinè reddita. non eſt, ait Macchiauellus, neceſſe Principi reipſa habere virtutes, pietatem, fidem, humanitatem, integritatem. imo auſim dicere, habere illas, & ſemper obſeruare, damnoſum eſſe, cum ſit nouo Principi ſæpe neceſſarium operari contra fidem, contra caritatem, contra humanitatem, contra religionem. Quare oportet Principem ita animo eſſe compoſitum, vt quò flauerint venti, & quò fortuna impellit, eò ſe vertat, & cum fuerit neceſſe, operetur malum. Hæc, & id genus alia diabolica ab iſto perfido, & peſtilentiſſimo perfidiæ Doctore Macchiauello. Huculque Molanus in laudem boni Macchiauelli.

DE ANTIQVO, ET NOVO ITALIAE STATV ADVERSVS MACCHIAVELLVM.

LIB. I.

Vrbes imperiorum potentium ſedes euerſæ; regiones florentiſſimæ olim, poſitæ ad Auſtrum, & Ortum, ad vaſtitatem, ex quo deſciuerunt à Pontifice Romano, redactæ: ad Boream verò, & Occaſum ſitæ, cum iacerent, maximum decus nactæ, ex quo Papam ſequuntur. Roma ſola ſtat; Italia cunctis regionibus præcellit.

D

Cap. I.

C QVANTAE ſint humanarum rerum viciſsitudines, quanta omnium, quæ ſub ſenſum cadunt, mutabilitas, vti nullus eſt, qui ignorat, ſic quæ comparatio ſit antiquorum cum nouis, & quid boni imminutum, quid mali adductum, vt perſpici poſsit, num populorum, regionumq́. facta ſit nunc deterior, quàm fuerit olim conditio, iſthæc nos effugient, niſi maximã habeamus totius antiquitatis peritiam: ac fecerimus diligentiſsimã temporũ recentiũ cum priſcis, & re-

rum quarumlibet ſingulis ætatibus contingentium diſcuſsio- A
nem ſimul,& collationem. Hinc facillimè accidit,vt in mentem
ſæpè veniat concupiſcere,& admirari antiqua, reſpuere autem
noua, & vituperare. Et verò hæc eſt humani ingenij natura;
præſentia dimittit,fugientia perſequitur:

——ac niſi quæ terris ſemota, ſuiſque
Temporibus defuncta videt faſtidit,& odit.

Quin quò nobilior eſt alicui mens, eò magis huiuſmodi per-
turbationibus agitatur: nam ſpeciem quandā ſibi fingit animo
omnium rerum bonarum, quas in excelſo poſitus intuetur, & B
appetit (cùm bono quouis in terris exiſtēte melius ſemper ex-
cogitari poſsit) eam verò cum non habeat ad manus,vt cupit,
præteruolat quidquid habet boni,ac ſole dimiſſo,quem nihil ſu
perat luce(quāuis aliquid ſuperās fingi poſsit) in lampyridibus
hęret,& admiratione huiuſmodi beſtiolarum ſuſpenditur,cum
neglectis præſentibus legit,auditue eueniſſe aliquid priſcis,eo-
rum,quæ ſomniauit;ac Saturnia, quædam ſæcula poëticis fabu-
lis decantata ſuauiſsimo quodam ſpectro illuſus, altiſsimiſq;
circumfuſus tenebris comminiſcitur: neque inter iſtas nitedu-
las recordatur, aut aduertit clariſsimam ſolis effulgentis lu- C
cem. Illud ſanè certiſsimum,ſi contemplemur antiqua,& cum
præſentibus,ac noſtris illa comparemus; Romamq. adhuc ſtan
tem, Pontificiæq. ditionis amplitudine in remotiſsimas oras
pertinente,excellentē conſideremus,hac excepta cunctas pro-
pè Ciuitates olim florentiſsimas Regum magnorum ſedes, ac
regiones pulcherrimas cum ſuis populis, aut eſſe deletas, aut
vaſtatas. En ante oculos nobis obuerſatur in Italiæ, Romæque
conſpectu poſita Carthaginis illius ruina, quæ totam penè Afri
cam continebat imperio,Hiſpaniam,Sardiniam,Siciliȩ magnā
partem,propè fuit,vt Italiæ dixerim,quādo illius Annibal mul- D
tas Vrbes,& quidem potentiſsimas adduxit in poteſtatem;bel-
loq. eam per annos ſexdecim diriſsimè vexauit. Hæc illa Car-
thago opum diues, & belli ſtudijs aſperrima; quæ licet multis
cladibus afflicta iaceret,tamen à Romanis obſeſſa ſeptingentis
hominum millibus,cum plurimi adhuc Ciues abeſſent,abunda-
bat,ad deditionem verò coacta armaturarum dedit millia du-
Strabo lib. 17. Appian in Libico. centa, inſtrumentorum bellicorum tria millia, & nihilominus
ad arma tum de improuiſo conuolans centum viginti naues ca-
taphractas duobus menſibus conſtruxit, ſingulis autem diebus
cen-

A centum quadraginta clypeos, tercentum gladios, quingentas lanceas, mille tela miſsilia confecit. tantæ porrò magnitudinis erat, vt in circuitu haberet murum tercẽtum ſexaginta ſtadiorum: quod eſt ſpatium quadraginta quinque milliariũ, & alias in excidium Græcorum conſpirans cum Xerſe Perſarum Rege miſit aduerſus Siciliam, Gelonemq. Regem millia militum trecenta. Nunc tantæ Vrbis, haud conſpicimus, niſi ſolum, campoſq. vbi illa fuit. Poſt Carthaginem ſecunda, ait Stabo, erat in Africa, & opibus, & magnitudine Vtica, quę ſi Biſerta eſt, quę nunc vocatur, multis repugnantibus, eſt illa tamẽ exigua, & ab *Vtica*
B inopibus habitata, vt ait Ioãnes Leo. huic ſuccedit Cyrtha Numidicorum Regum potentiſsima ſedes, quæ ſolebat peditum viginti, equitum decẽ millia producere ex ſe ipſa ſola in aciem, quod nulli nunc ciuitati in Africa, neque ipſi Feſſæ contingit. Nunc autẽ nullibi ſunt iſtius Cyrthæ veſtigia. at duæ Hypacis Maſſeſylliorum Regis celeberrimi Ciuitates Regiæ Siga, & Tania dirutæ à Romanis, vbi fuerint olim, nunc ignoratur. Verum minora ſunt hæc ſi totius Africæ habitabilis euenta, quæ narraturi ſumus, infeliciſsima complectamur; vbi namque ſunt illæ trecentæ Ciuitates, quas à Tyrijs ædificatas Oceanus Atlanti- *Cyrtha* *Syga* *Tama*
C cus alluebat, noſtra ætate paucisſimas eſſe in ijs oris eſt exploratiſsimum; Prouincia Theſinena enumerabat quadraginta duas Vrbes, tercentum Caſtella; Ioſephus Marocchi Rex omnia ſolo æquauit, decies cẽtena mortalium millia peremit, Regio permanſit omnino deſerta centum octuaginta annos, nunc tenuia illi, pauciſsimaq. oppida, quę Ioannes Leo tertia diſcriptionis Africæ parte ſcribit. Iam verò quãta, quanta eſt Africa intra Atlantem, Cyrenẽque, & mare, tota ſic eſt Arabũ, Numidarumq. prædationibus, & incurſionibus perpetuis ad maximam deformitatem redacta ex antiquo ſplendore, vt incredibi
D le ſit, quod nos alibi perſecuti ſumus, quomodo nũc illa iaceat afflicta, & proſtrata. Cyrenenſis regio Lybiæ propinqua ad ſolitudinem propè eſt adducta, & Cyrene ipſa ingentium Regum ſedes nullibi apparet, quæ clariſsimos quondam dedit homines Ariſtippum Socraticum Cyrenaicæ Philoſophiæ parentem *Cyrena* Aretam huius filiam, & ex ea nepotem Ariſtippum, Anicerim Callimachum Poetam, Eratoſtenem Philoſophum Mathematicumq. inſignem, Carneadem Academicum ſummum Cratonũ, denique Apollonium. At Ægyptus Vrbium maximarũ, in quibus olim commorati ſolebant ampliſsimi Reges, plena ruinis

Theba. vndique deformis horret:deſertæ ſunt illæ Thẹbæ,quibus centũ A
portæ erant, ac ſingulis portis equites ducenti ad cuſtodiam.
ita vt illam tuerentur equitum viginti millia ad ipſas portas
Tanis. oberrantium; iacent Tanis,Heliopolis, Bubaſtus celeberrimę
Eliopolis. Regum Ciuitates,ipſa denique Alexandria nihil aliud nunc ha
Dioſpolis. bet, niſi ruinas, nullibi Meroe Æthiopum Regia, quæ priſcis
Bubaſtus. temporibus dabat armatorum ducenta quinquaginta,artificũ
Alexãdria. quadringenta millia alebat,quę Plinius ſcribit.

Quid hic ex eodem,Diodoroq́. referemus Ægypto quondam
fuiſſe Ciuitatum decem, & octo millia, quarum tria millia per-
duraſſe hic ait ætate ſua,cum neque modo decem,& ſeptem ſo- B
læ numerentur,vt alibi fuſius eſt à nobis explicatũ. Hem quan-
tus florentiſsimæ regionis caſus. Paleſtinæ metropolis erat
Hieroſoly- Hieroſolyma totius Orientis,inquit Plinius,nobiliſsima; nunc
ma. autem quid ſupereſt illius? quàm tenues reliquiæ? At ipſa regio
tot oppidis olim celeberrima, vt nihil ſupra fingi poſſet excul-
Antiochia. tius,vepribus,ac dumetis vndique eſt obſepta. Antiochiæ,Ba-
Babylon. bilonis,Seleuciæ,Niniq́. Aſſyriacorum Regum magnificentiſ-
Seleucie. ſimarũ ſediũ,quarũ incredibilem magnitudinem prædicãt om-
Ninus. nes antiqui,leuia tantum veſtigia ſuperſunt. feraciſsimi porrò
Babyloniæ campi, qui tercenteſimum fructum reddere ſolebãt, C
& ab Euphrate irrigari,ac palmas ferre,è quibus oleum, vinũ,
panis, cartha,linum conficiebantur,nihil minus modo habent.
Tyrus. Tyri autẽ, Sidoniſq́. olim Reſpublicæ florentiſsimæ, ac poten-
Sydon. tiſsimæ,quæ Europam,atq; Africam colonijs repleuerunt, mo-
do vix ipſum ſolũ manet; dirutũ eſt Suſan, quam volunt Mem-
nonis Regiam, & cuius Regi Aſſuero centum vinginti ſeptem
Perſepolis. Prouinciç obediebant; incenſa ab Alexandro eſt Perſepolis im-
perij Perſici caput. ipſa verò Perſia ad vaſtitatẽ redacta luget:
ac Ioſaphas Barbarus Venetus Reip. ad Aſſambeium legatus,
teſtatur edito libro Perſiæ terras, quas ille omnes perluſtrauit, D
eſſe deſertas,vicis diſtingui,quibus caſtra ſint è limo cõſtructa,
Tacit.lib.14. veluti, & Thauriſij domos omnes, quamuis illa ſit Mediæ me-
ann. tropolis, & Perſicorum Regum præclariſsima ſedes,ſimiliter è
Thomas Minad.lib.6.bel luto ædificatas cuncti teſtantur,qui in ijs locis fuere. Artaxarta
li Perſici. deleuit Corbulo Dux à Nerone miſſus. Nullibi porrò nunc eſt
Ecbatana. Ecbatana,Mediæ quondam caput.quod enim volunt aliqui eſſe
Thauriſium,falluntur illi.quando hoc à Geographis noſtræ æta
tis ponatur abeſſe ab Equinoctiali ad gradus quadraginta.Pro
longus autem velit illam ad triginta ſeptem, & eãdem diſtare
à Ca-

A à Caſpijs portis, vt vult Plinius, milliarijs viginti; Thauriſium verò quingentis: ſic igitur in iſtis locis antiquæ Regiæ nullo non genere decoris excellentes euerſæ ſunt, ipſæ terræ infęliciter ſordent. dirutæ ſunt etiam Nicomedia Bythinorum, Mazaca Cappadocum, Sardis Lydorum, Synopè Ponticorum Regũ magnificentiſsimę ſedes. At delitijs omnibus vndique circumfluens Aſia à Saracenis poſt annum ſeptingenteſimum, deinde à Turcis poſt nongenteſimum; denique à Tartaris poſt milleſimum ducenteſimum, & quadrageſimũ pluribus irruptionibus fœdiſsimè deturpata horret. Nulla Vrbibus dignitas, nullum B decus; ædes omnibus luteæ. Ionum, Dorienſium, atque Æolum pulcherrimæ Metropoles, à quibus innumeræ in Europa Coloniæ deductæ, & quæ priſcis olim ſæculis latiſsimè dominabantur, vt ex Herodoto, atque alijs conſtat, vix habent aliquid veſtigij, quo poſsint, vbi fuerint agnoſci. Pergamum Regia Attalicorũ, quorum opes locum prouerbio fecerunt, nullo eſt loco, Cyzicus, quæ nauibus quadrigẽtis aduerſus Mithridatẽ pugnauit, tribuſq. armamẽtarijs erat ornata, armorũ, inſtrumẽtorũ, frumentique, ac ducẽta habebat naualia, nullo nunc eſt gradu.

Nicomedia. *Mazaca.* *Sardis.* *Sinope.* *Pergamum* *Cizicum.*

Quid ego hic Troiam commemorem? Quæ vel excidio C dumtaxat ſuo nobilitata eſt apud omnes, & cuius exules Illuſtriſsimas in Italia Ciuitates exædificarunt? quid Cumas, Æolum metropolim Miletum, atque Epheſum Ionum recenſeam? quid Colophona, quæ maritimis atque equeſtribus quondam copijs ita valebat, vt à quibus illa ſtetiſſet ab ijſdem protinus ſtaret victoria, finiſque bello deſideratus imponeretur; Vnde dici cœpit loco prouerbij imponere Colophonem, ideſt extremam manum rei imponere, nunc aut ſquallet, ac nullius eſt pretij: Quid Smyrna, quam vocat Aſiæ pulcherrimam Strabo? Vbi nunc illa Phocæa Ionum Ciuitas primaria D quæ floruit adeò, vt Adriæ, Tyrrheniæ, Iberiæq. multas terras, Tarteſſum in vltimis gradibus ſitam cœperit, Maſsiliam cõdiderit, & alias alibi Ciuitates quòd Herodotus, ac Strabo narrant? Nunc animus refugit oculos aduertere ad illam omnium liberalium diſciplinarum, atque artium magiſtram fortiſsimorumque Imperatorum, & philoſophiæ parentem Græciam; Hem quot, ac quantæ calamitates oppreſſere Prouinciarum Reginam, quantis illa ruinis obruta miſerrime iacet? Vbi nunc Orchomenos, cuius opulentia prouerbio locum fecit apud Homerum, Megalopolis, Megara, Athenæ, Sparta, Corinthus, Ar-

Strab. lib. 14. *Cumæ.* *Miletus.* *Epheſus.* *Colopſon.* *Smyrna.* *Phocea.* Herod. lib. 1. & 4. Strab. 4. Pauſani. Rodo lib. 10. 11 *Orchomenos.*

gi

Megalopolis. Megara. Athenæ. Sparta. Corinthus. Argi. Micenæ. Thebæ. Gnoſſus. Strabo li. 10 Hero. 7.

gi, Mycenæ, Thebæ,quæ propè toti quondam Græciæ imperitabant?at Gnoſſus Regia Minois, Cretæque Metropolis ingẽs vt ait Homerus , vnde illa Cycladas inſulas cunctas Græciæ maritimas oras,Italiæque & Aſiæ multas imperio continebat quod Thucydides lib. hiſtoriarum primo,Strabo,& Herodotus narrat,modo,eſt deleta,quid?an non de Cretæ cultoribus cum vate Græco,canit alter Latinus? A

Centum Vrbes habitant magnas Minoia Regna

magnas dixit ne putares,aut exiguas,aut mediocres a quibus Bellonius refert in ſuis obſeruationibus neq. tres hodie reperiri. B

Ad ſummam ſi circumſpiciamus omnes Regiones , quæcumque ambiunt Italiam,cognoſcemus euidentiſsime Regias omnes Ciuitates,aut inſignium Rerumpub. ſedes,quæ fuerunt ante Conſtantini ętatem dirutas, & imperatorij domicilij maieſtate ſpoliatas,ipſas vero terras in magnum ſquallorem miſerrimè adductas; Tales ad Auſtrum nobis occurrit Africa ab Atlantico mari vſque ad confinia Cyrenes,ad Orientem Ægyptus,Aſia,Græcia à Perſię terminis vſque ad Illyricum.mirandumque ſit, ſoli Vrbi de qua prædictum fuit.

Huic ego nec metas rerum, nec tempora pono. C

Imperium ſine fine dedi.

Contigiſſe , vt maximum decus quoquomodo , & antiquam dignitatem contra omnes iniurias temporum tueretur,& quã tumuis innumeris agitata caſibus amiſerit imperij prophani ampliſsimam poteſtatem, magnificentiamque ingentem molium voluptariarum;nihilominus ſarcra ditione poſt alterius excisionem cimcumplectatur orbem terrarum, peruadat Antipodas,& inuia priſcis ad Aquilonem, Auſtrum, Ortum, & Occaſum poſita loca;legesque Regibus , & Imperatoribus potentiſsimis præſcripſerit,ac pręſcribat : atque ita ſtet , quod nulli vnquam ſcimus eueniſſe.cum recenſuerimus Vrbes quadraginta ſex regias,aut Reſpub. ſedes poſt annum bis milleſimum trecenteſimum quinquageſimum quartum , ex quo condita ſcribitur, qui incidit in Chriſti milleſimum quingenteſimum nonageſimum ſecundum;ipſa porrò Italia quamuis aliquibus aliquod amiſiſſe videatur,tali ſit loco, vt nulla ſit Græciæ regio, nulla Aſiæ,nulla Africæ,quæ poſsit illius magnificentiam , celebritatem,Ciuitatumque decora aſſequi; ſed longiſsimo ab illa D

inter-

A Interuallo cuncta ſine vllu ambiguitate diſtent. quòd autem mirabiliſsimum eſt, quæ Pontifici Romano parent, atque omnino paruerunt in Occidẽte; & Septentrione loca, Vrbium ſplẽdore, ac multitudine, opibusque cunctis, atque ornamentis aucta ſunt, & amplificata. Talis quippè Germania; cui nullam ſupra Rhenum, Danubiumque fuiſſe Vrbem teſtatur libro de motibus Germanorum Cornelius Tacitus; tales cunctæ, quæ ſupra Germaniam ſunt latiſsimæ terrarum plagæ; in quibus olim nemora ſola, ac ſolitudines erant. Talis Anglia, cuius homines ac Reges in virgeis caſei habitabant; inquit Iornandes, qui Iu-
B ſtiniani temporibus viuebat libro de rebus Geticis, Gallia porro, & Hiſpania ad quãta fælicitatis incrementa ſunt euectæ?

An nõ igitur hæc diuina bona dicemus eueniſſe Italiæ, vt nulla regio ſit in Orbe; quæ valeat illius ſplendorẽ clariſsimumq. Vrbium frequentiſsimarum decus æquare, quin omnes ſint quoquò verſus ad vaſtitatem redactæ, niſi quæ adhæſerint illius Pontifici ſupremo? quod eo magis eſt mirãdum; quoniam poſt Vrbem conditam ad Conſtantinum dirutæ fuerunt in Italia ſupra Vrbes tercẽtum per annos mille ſexaginta quatuor, tot enim numerantur à Romæ exordio ad illum. in ijs vero Vrbi-
C bus fuere ſeptem Argyripa, Sybaris, Canuſium, Croto, Veij, Spina, Agylla, quæ mortalium frequentia, multitudine ædium Romę haud cęderent, cum iam ſeptem colles complexa ad amplitudinem ſuam perueniſſet: quarum ſanè Ciuitatum nulla eſt excitata ſimilis in Italia conſtituto imperio Roma excepta. cum tamen hodię multę numerentur poſt ętatem Conſtantini ſimiles illis, vt clariſsimè nos hoc operè oſtendemus. Vrgent aliqui tamen, ex ijs quos initio dicebamus; & contendunt Italię felicius fuiſſe vel priſcis temporibus, vel ex quo Roma dominari cępit, quin ſummo ſcelere ſunt auſi referre in ſcripta,
D quæ diuulgata in manibus impiorũ quotidie verſantur, id accidere facto Romani Põtificis; ex quo maiori in honore eſt habita illius auctoritas poſt annum 312. cum Romæ ſcribitur inijſſe imperium Conſtantinus. His adiecerunt aliquot præterea dictu nefanda, quę clariſsimè à nobis confutabũtur. Et quidem liquet Italiæ fęlicitatem diutius conſtitiſſe, quàm regionũ omnium, quæ ſupra à nobis memoratæ circumſtãt ipſam ab Ortu, & Meridie, ita vt nihil ſit illi cõparãdum, ſimiliter ea loca quæ Pontificis legibus obedierunt, maioribus bonis amplificata diuinitus fuiſſe ad Occaſum, & Aquilonem, quæ nos fuſius expli-

caui-

cauimus lib. 22. ſigno 14. c. 11. & ſeq. de ſignis Eccleſiæ Dei, quæ A
duo nobis eſſe argumento apertiſsimo poſſunt Italiæ, Romæq. ſecundas res à Pontificis Romani auctoritate pendere; ſed vt Illuſtriſsimum fiat, quod aſſerimus, & appareat quanta caligine circumfundantur, qui ſecus exiſtimant, euoluemus cuncta Italiæ euenta ab ipſius primis cultoribus vſque ad Conſtantinum.

Primoq. loco enumerabimus ſingillatim capita maximarũ calamitatum ducenta, & plura, quibus nihil non mali continetur, & quibus eſt illa oppreſſa ante Conſtantinum, ſiue ante Romani Pontificis auctoritatem magis ſtabilitam; poſt autẽ nihil B
ſimile illis euenit, è quibus liquet longè peius ei fuiſſe ante Romani Põtificis poteſtatem magis dilatatam, quàm prius, & ponetur ante oculos totus Italiæ ſtatus per tẽpora digeſtus à primis eius habitatoribus.

Secundo loco aperiemus ſingula capita maximè felicitatis, quibus eſt aucta Italia poſt Conſtantinum, & quibus Pontifex Romanus amplificauit per ſuos, & maximè Italos exteras regiones. ſimulq; hic explicabitur quam falsè, ac flagitiosè ſcriptor impius dixerit minus eſſe religionis in Vrbe ac locis propinquis, quàm ſit alibi, cum contra omnino ſit dicendum. C

Tertiò ſubijcientur aduerſa, quæ Romæ, & Italiæ euẽnerunt ob contemptam Romani Pontificis auctoritatem, ita vt tũ maximè fuerit afflicta; cũ male habitus eſt in Vrbe, aut Italia Pontifex Romanus, Eccleſiaſticaq. illius, & Epiſcoporum poteſtas depreſſa, idq. palàm fiet clariſsimis euentis; è quibus illuſtriſsimũ fiet, Italiæ fœlicitatem pendere ab obedientia potiſsimum Pontificis Romani.

Quartò non alia de cauſa nunc opprimi ab efferis gentibus multas Chriſtiani olim nominis terras; quibus Rex vnus præerat, niſi quod ab obedientia Papæ diceſſerunt. D

Quinto diu ſtuduiſſe Pontificem Romanum quãtum potuit, vt Italiæ Rex vnus eſſet, cum ſuarum rerum maxima iactura
abſque detrimento tamen alieni iuris, ſimulque, vt Vr-
bes Italiæ libertatem retinerent. Sed hoc non
bene aut Vrbi, aut Italiæ
ceſsiſſe.

A *Saturni ſæcula diritatis plena, homines quotannis demerſi in Tyberim, ſacrificati Saturno, & Ioui, & quidem nobiliſsimi. Anſonum, Sicanorumq. irruptio, terræmotus horrendi.* *Cap. II.*

ET quidem nos haud inficiamur poſt imperiū Romæ conſtitutum, latèq. propagatum quatuor Vrbi accidiſſe maximè admiranda, magnam ſcilicet populi multitudinem confluen-
B tis ad eam, vaſtiſsimas ædificiorum ad iactantiam, voluptatemq. cōſtructorum moles, imperij omnium potentiſsimi nudam ſedem, nudam inquam; nam poſt Neruam nullus propè fuit Italici ſanguinis Imperator, barbari fuerè plerique omnes, & efferatiſsimi, ad Italorum, Romanorumq. internecionem facti, vt nunquam magis hi fuerint delaniati, quam ab iſtis barbaris Imperatoribus, opum denique inexcogitabilem luxum. Verum quatuor hiſce ſpecioſis miraculis occultabatur colluuies inexplicabilis malorum, vt fucus fieret imperitis, ac ſibi blandirentur
C illi in grauiſsimis, & mortiferis vulneribus; ne curarentur; tantum pellis leuiter induceretur ad illa obtegenda, inferendamq. citius, atq; acerbius necem, cruciatusq. inteſtinos acutiſsimè cōcitandos. Agè verò quod propoſitū nobis eſt aggrediamur, & ab incunabulis Italorum primis incipiamus.

Conſtat è diuinis libris eluuionem, quæ contigit Noe viuente vniuerſalem deſiiſſe anno mundi 1657. qua in re Græci, & in his Euſebius ſunt hallucinati. Poſt hæc 340. gētium perfecta eſt diſperſio ad turris Ciuitatisq. Babylonicę ędificationē, quod in ſuo chronico adnotarunt Hebræi, & ſolida habet argumenta.
D is eſt Orbis conditi 1997. Tum ſcimus eas diuinitus fuiſſe perculſas quodam ſtupore mentis, quo ſunt obliti multi populi linguæ propriæ vocabula, quod nonnullis accidere ſolet aliquando ob morbum, veluti Meſſallæ illi, qui vel proprium nomen poſt ægritudinem non meminerat: videtur autem ſtupor ille excuſsiſſe plurimis populis ex animo omniū propè vtilium rerum ſcientiam, ſicuti & verborum. legimus namque Priſcos illos, neque litteras ſciſſe, ac multa quæ fuerant ante diluuium, & erant in vſu tēpore quo ædificabantur turris, ac Babylon ignoraſſe, quæ poſtea fuerint rurſus inuenta, atque vſitata. Plus ve-

rò,ac minus in alijs,atq; alijs nationibus,vt periti colligere poſ A
ſunt,effecta iſtius inſcitiæ, ac ſtupiditatis contractæ ad eā turrim permanſere, ita vt in aliquibus terrarum locis, & Indiarū perſiſtere adhuc ſciamus,in Italiæ,quæ Cameſene dicebatur,vt è Macrobio mox oſtendemus, cultoribus volunt omnes maximè permanſiſſe hunc ſtuporem vſque ad aduentum Saturni: ſic enim Virgilius inducit Euandrum loquentem lib.8.

Hæc nemora indigenæ Fauni, Nymphæq; tenebant,
Gensq. virûm truncis,& duro robore nata.
Queis neque mos,neque cultus erat,nec iungere tauros, B
Aut componere opes norant,aut parcere parto.
Sed rami,atque aſper victu venatus alebat
Primus ab Aethereo veniens Saturnus Olympo
Arma Iouis fugiens,& regnis exul ademptis.
Is genus indocile, ac diſperſum montibus altis
Compoſuit,legesq. dedit,latiumq. vocari
Maluit,his quoniam latuiſſet tutus in oris,
Aureaque,vt perhibent,illo ſub Rege fuere
Sæcula:ſic placida populos in pace regebat. C
Deterior donec paulatim, ac decolor ætas,
Et belli rabies,& amor ſucceſsit habendi.
Tum manus Auſoniæ,& gentes venere ſicanæ
Sæpius,ac nomen poſuit Saturnia tellus.

Hæc ille quibus, vt oſtendemus,cæteri conſentiunt. ſed videamus ante omnia quantum temporis colligatur à gentium diſperſione abſoluta,ſiue ab Italię primis colonis,vſque ad Vrbem conditam.numerantur ab Orbis fabricatione,vt doctis videọ placere, anni 5668. plus minus, ab his ſi detrahas annos D
1996. qui à mundo condito ſunt ad gentes diſperſas, & 752. ab Vrbe ad Chriſtum natum, & 1192. à Chriſti ortu ad nos,ſuper erunt 1727. qui neceſſariò numerantur ab habitata primum Italia ad Romam ædificatam. Ex his quærimus,qui dandi ſunt iſti vitæ, quàm Virgilius cunctis adſtipulantibus deſcribit hominum ſylueſtrium nullo more, nullo cultu viuentium è truncis,ac robore natorum,qui in ſpecubus,ait Plinius,ferarū more degebant in altis montibus diſperſi. An dabimus annos centum? an ducentos?ſed quotum quodque illud fuerit tempus nemo

A mo certè aſſeuerabit illi partem fuiſſe vllam fęlicitatis. quod ſi quis eſt, qui ſecus contendat, ab eat ille in ſpecus vnà cum Macchiauello, abdat ſe in nemora, ac nullarum vel humanarũ, vel quod caput eſt, diuinarum rerum ſciens, ac ſtupiditatis plenus nullo cultu, nullo more indocilis viuens inſtar beſtiarũ deliteſcat; ſibi habeat iſta bona: nullum quidem credo illi comitem futurum, niſi belluas. Atque hoc igitur ſit primum bonorum caput, tanta caruiſſe Italiam poſt ætatem Conſtantini infęlicitate, quanta Italiam tenuit vſque ad Saturnum: nunc aurea conſequuntur ſæcula.

B Videamus autem qualis fuerit Saturnus, à quo eà fluxerunt: ſic enim facillimè qualia fuerunt illa cognoſcemus. Audiamus Diodorum Siculum, qui ſic libro antiquarum rerũ tertio, Saturnum Atlantis fratrem aiunt, præcipua impietate, auaritiaq́. præditum vxorem cœpiſſe ſororem Rheam, ex qua ortus eſt Iuppiter, Olympus poſtea vocatus: fuit, & alter Iuppiter Vrani frater, qui in Creta inſula regnauit multo gloria inferior poſteriore; hic enim imperauit Orbi, ſuperior Cretæ tantum, genuitq́. filios decem, qui Curetes ſunt appellati, inſulámq́. ab vxore Ideam vocauit, ibiq́. poſt obitum ſepultus eſt, cuius, &
C hodie monſtrari ſepulchrum ferunt, vt etiam teſtantur Cretes de quibus poſterius referemus. Regnauit Saturnus in Sicilia, Lybia, atque etiam Italia, ſed præcipuè in locis ad Heſperum ſitis eius imperij firmamẽtum fuit; apud omnes verò arces Vrbium, & loca munitiora tenuit, quò firmius imperium foret. Ideo ad hoc vſque tempus (aduerte hæc Diodori verba) & in Sicilia, & in occiduis oris editiora loca ſunt Saturnia dicta. ex Saturno Iuppiter ortus, quoniam à patre diuerſa vitæ inſtitutione erga ſingulos manſuetudine, atque humanitate vſus eſt à populo, Pater eſt nominatus. Regnũ deinde is cœpit vel con-
D cedente patre, vel (vt quidam volunt) populis à patre diſciſcentibus, aduerſus quem cum Saturnus Titanum præſidio fiſus pugnaſſet acie victus eſt. Iuppiter ſuperior imperium aſſecutus vniuerſum Orbem perambulauit plurimum de genere hominũ meritus viribus corporis, virtutibusq́. excellens breui totius orbis imperio potitus eſt. omne eius ſtudium in puniendis impijs, facinoroſisq́. hominibus, ac in bonorum præmijs, communiq́. populorum vtilitate verſabatur. quibus rebus poſt finem vitæ à viuendo Zoa, hoc eſt Iouem dixere, eò quod bene viuendi cauſa omnibus extitiſſet: creditus verò Deus in Orbe eſt ab

ijs de quibus bene meritus eſt, ſponte illũ omnibus & Deum,& Dominum in ſempiternum vniuerſi Orbis profitentibus. Hæc Diodorus. A

Atqui fieri non poteſt, vt aurea ſæcula Saturnus adduxerit, qui præcipuè impietate, atque auaritia præditus fuerit, atque ob id, præſtabat eiectum à filio non excipi in latio, atque in illo latere, ſed tanta homines tunc fuerè ſtupiditate, ac feritate, vt vel minimum ijs bonum videretur aduehere ſecum beatitudinem ſummã, quod infra clarius videbitur; audiamus poſt Diodorum, & Ennium, quæ refert Macrobius, vt veritas omnium magis eluceſcat. B

Regionem iſtam (inquit ille) quę nunc vocatur Italia Regno Ianus obtinuit, qui (vt Iginus Protarchum Trallianum ſecutus tradit) cum Cameſe æque indigena terram hanc ita participata potentia poſsidebat, vt regio Cameſene, oppidum Ianiculũ vocaretur. Poſt ad Ianum ſolum regnum redactum eſt, quod creditur geminam faciem prætuliſſe, vt quæ ante, quæque poſt tergum eſſent, intueretur, quod proculdubio ad prudentiã Regis, ſolertiamq. referendum eſt. quod & præterita noſſet, & futura proſpiceret, ficut anteuorta, & poſtuorta diuinitatis, ſcilicet aptiſsimæ comites apud Romanos coluntur. Hic igitur Ianus cum Saturnum claſſe prouectum excepiſſet hoſpitio, & ab eo edoctus peritiam ruris ferum illum, & rudem ante fruges victum in melius redegiſſet regni eum ſocietate munerauit, cum primis quoque æra ſignaret, ſeruauit & in hoc Saturni reuerẽtiam: vt quoniam ille naui fuerat adductus ex vna quidem parte ſui capitis effigies: ex altera verò nauis exprimeretur quò Saturni memoriam, & in poſteros propagaret. atque ita fuiſſe ſignatum, hodieq. intelligitur in aleæ luſu cum pueri denarios in ſublimè iactantes, capita, aut nauim luſu, teſte vetuſtatis exclamant. Hos vna concordes regnaſſe, vicinaq. oppida opera communi condidiſſe, præter Maronem qui refert. C D

Ianiculum huic illi fuerat, Saturnia nomen.

Etiam illud in promptu eſt, quod poſteri quoq; duos ei continuos menſes dicarunt, vt December ſacrum Saturni, Ianuarius alterius vocabulum poſsideret, cum inter hæc ſubito Saturnus non comparuiſſet; excogitauit Ianus honorum eius augmentum, ac primum terram omni ditioni ſuæ parentẽ Saturniam nominauit: aram deinde cum ſacris tãquam Deo cõdidit,

A didit,quæ Saturnalia nominauit, tot ſæculis Saturnalia præcedunt Romanæ Vrbis ætatẽ; obſeruari igitur eum iuſsiſſe maieſtate religionis quaſi vitæ melioris auctorem,ſimulacrum eius indicio eſt, cui falcem inſigne meſsis adiecit huic Deo inſitiones Surculorum,Pomorumq. educationes,& omnium huiuſce-modi fertilium tribuunt diſciplinam. Hæc poſt Diodorum, & Ennium Macrobius, quibus conſona tradunt è Græcis Plutarchus in quæſtionibus Romanis cap.41.& ſeq.Thallus, & è Latinis Nepos,Caſsius,Varro,& Ouidius in Faſtis, quos refert Lactantius Firmianus lib 1,cap.13.de falſa religione: quod verò
B editiora loca Saturnia vocata tradit vſque ad ætatem ſuã Diodorus,& Italiam Saturniam dictam ſcribit cum multis Macrobius,idem refert Dionyſius Halicarnaſſeus lib. 1. qui addit ita fuiſſe carminibus etiam Sybillinis,& alijs oraculis deſignatam quorum nonnulla deſcribit.

Verùm fælicitatis tã diuinæ, quàm dicitur Saturnus atrox, & impius attuliſſe in Italiam quæ fuerint aureo ſæculo capita inſpiciamus. illud vero quòd ſpectat ad Romam præcipuum fuit,vt è ponte in Tyberim proijcerentur quot annis homines triginta in ipſius honorẽ.vbi enim nunc Roma,& Saturniã fuiſ- II.
C ſe,& Antipolim vbi Ianiculum vult Plinius lib.3. cap.5. Hoc quàm fuit exoptandum viderit impius, qui ſi hoc proſperum ducit,poterit nobis vel inuitis ſe non modo in Tyberim, ſed in quodlibet flumen; aut profundum dare præcipitem, durauit hic mos in latio vſque ad Herculis aduentum quòd teſtatur Dionyſius lib.1.ab anno ante vrbem conditam propè quadringenteſimo octuageſimo ſeptimo, vt ex ipſo colligitur poſt gentium diſperſionem octingenteſimo trigeſimo. Primus Hercules loco hominum ſtatuit vt imagines cereæ iacerentur.

Atqui non id ſolum Saturnus inſtituit, aut ipſi fuit inſtitutũ III.
D in latio,ſed illud præterea,vt homines in Italia immolarentur in ipſius honorem quòd è Myrſilo Lesbio, refert Euſebius libro 6. de præparatione Euangelica cap.7.& Dionyſius lib.1.

Quin,horrendum dictu, refert id factitatum Dionyſius eo IIII. modo,quo ſoliti erant Carthaginenſes, de quibus ita Diodorus Siculus lib. 20.dicebant autem Carthaginenſes, Saturnum illis iratum fuiſſe, quoniam prius ipſi excellentiores ex filiis ſuis ſacrificabant, poſtea verò clàm emptis infantibus, atque educatis liberorum loco immolabant, cumque diligenti facta inquiſitione multi ex ſuppoſitis inuenirentur ſacrificari,facilè

in animum induxere vt crederent ad obſeſsionem Vrbis hoſtes idcirco diuinitus miſſos fuiſſe, quoniam priſcos honores Deorum non ſeruarent. itaque Deos placare ſtudentes ducentos ex nobiliſsimis adoleſcentibus publicè ſacrificarunt. erat autem apud eos ænea Saturni ſtatua magnitudine mirabilis cuius manus in terram extenſæ, ita erant in gyrum, vt quod ad eum peruenire adoleſcentes cogebãtur, in ingentem foueã ignibus repletam inciderent. Hæc Diodorus, quæ contigere anno Vrbis 686. A

An igitur hæc aliquis cupiet aurea Saturni ſæcula filioſque tum ſuorum, tum aliorum nobiliſsimos ſacrificari volet? nunquid hoc bonum. nunquid optabile? vel execrandum potius, & abominandum? Quid iſtis atrocius, quid crudelius fingi poteſt? B

V. Neque vero ſoli Saturno homines in Italia cum ſaturnia diceretur inſtitutum eſt, vt ſacrificarentur, ſed & Ioui, quem Latialem nuncupabant, quamuis Hercules eum ritum præcipitandi quot annis triginta homines è ponte in Tyberim ſuſtulerit, quòd Ouidius in faſtis docet ita canens:

Donec in hæc venit Tirinthius arua quotannis.
Triſtia Leucadio ſacra peracta Deo.
Illum ſtramineos in aquam miſiſſe quirites.
Herculis exemplo corpora falſe iaci. C

Mos tamen hominum ſacrificandorum durauit in Italia vſque ad annum conditæ Vrbis 657. ſupra annos ſcilicet mille ducentos, quòd Plinius teſtatur lib. 30. cap. 1. loco tantæ diritatis in mores eſt inductum, vt gladiatorij ludi exhiberentur, de quibus ſuo loco agemus, quos ſuſtulit Conſtantinus, ac ſequentes Imperatores. Et quis igitur huiuſmodi fælicitatis euenta deſideret? An forſan clades ſæuiſsimæ loco maximorum bonorum reputandæ ſunt à nobis, ac fælicitas dicetur, quæ infælicitas? D nihil namque infælicius iſtis. enimuerò ſi impij dicunt iſta eſſe fælicia. ſibi ſolis habeant quicumque aſpernantur Romani Pontifices obedientiam manſuetaſque conſtitutiones.

VI. Sed præter hæc atrocia, quæ inuaſerunt Italiam Saturni tẽpore non multo poſt illud euenit; vt Auſones aliunde profecti (incertum verò è quibus ſedibus) eam cœperint, ac de ſuo nomine dixerint. mos porrò erat ijs tẽporibus, vt ex aliis in alias ſedes Populi commigrarent, fundoſque omnes incolis priori-

A bus adimerēt quod ita fecere Auſones, vt neque nomen relique rint Saturnij, ſic enim vocabantur hoc tempore Itali. Auſones autem non fuiſſe ex Italia Virgilius indicat ijs verſibus, quos recitauimus ſupra lib. 8.

Tum manus Auſoniæ ac gentes venere Sicanæ.

fuiſſe autem priſcis hunc morem, vt ex alijs in alias terras ipſæ nationes migrarent, & prioribus incolis cuncta adimerēt, teſtatur de Græcia loquens Thucydides hiſtoriarum ſuarum principio ijs verbis. Conſtat eam quæ nunc Græcia vocatur, B haud quaquam ſtabiliter olim fuiſſe habitatam, crebroque illinc migratum, quod facilè ſua quique relinquebant ab aliquo maiore numero coacti: quippè nulla dum negotiatione, nullo inter ſe citra formidinem commercio, vel terra, vel mari ſua quiſque eatenus colentes quatenus ſuppeterent victui, nec pecuniæ copiam habentes, nec humum arboribus conſerentes, vt potè incertum, quando quis alius ſuperueniens auferret ab ijs præſertim quòd maris imperio carerent, & exiſtimantes ſe neceſſarium quotidie victum vbique adepturos, haud egrè pellebantur. Hæc ille tantundem de nationibus quibuſcumque re- C fert Dionyſius Halycarnaſſeus lib. 1. vt mox oſtendemus. Atqui poſt imperium Conſtantini numquam contigit, vt Italis omnia bona aufferrentur. Gothi agrorum tertiam tantum partē abſtulere, quod Procopius lib. 1. belli Gothici narrat: Longobardi eodem modo, vt Paulus Diaconus lib. 1. hiſtoriæ Longobardorum ſcribit.

Verum non longe poſt Auſonas Sicani ex Hiſpania in Italiā venere quod nō modo Virgilius adducto verſiculo nos docet, ſed Thucydides lib. 6. Dionyſius, 1. Plinius lib. 3. cap. 5. qui poſtea tum eiecti à Lygijs ait, Thucydides in Siciliam profugere. VII.
D eamq. de ſuo nomine Sicaniā vocarunt: Si quis autem quærat, qua occaſione Sicani appulerint in Italiam, niſi dicamus id feciſſe ex ea conſuetudine, quam recitauimus fuiſſe omnibus priſcis ex alijs in alia loca commigrandi, illud afferri poterit hac ætate contigiſſe, quod in Timeo Critiaq. narrat Plato à Rege Atlantidis inſulæ, vicinarumq. regionum, in quibus Hiſpania, bella ingentia commota, ac tunc Italiā pertranſiens ille in Græciam venit, maximuſq. terræmotus extitit, quo Atlantidis immenſa pars eſt abſorpta, & cum foret Hiſpaniæ coniuncta intercurrente poſtea largiſsimo freto diuiſa eſt, quæ tradit acci-

diſſe

diſſe poſt ætatem Saturni, & Iouis. A

VIII. Sic igitur incidiſſe videtur in hæc tempora ſicut Atlantidis ab Hiſpania; ſic non modo diſruptio Siciliæ ab Italia, ſed etiam Caprearũ, Phitecuſæq. quas inſulas illi olim cohærentes fuiſſe vult Strabo Geographiæ lib. 1. quod quantum pertinet ad Siciliam prætérire noluit Virgilius, qui ſic lib. 3.

Hæc loca vi quondam, & vaſta conuulſa ruina,
Tantum æui longinqua valet mutare vetuſtas.
Diſsiluiſſe ferunt, cum protinus vtraque tellus
Vna foret, venit medio vi pontus, & vndis B
Heſperium Siculo latus abſcidit, aruaq. & Vrbes
Littore diductas anguſto interluit æſtu.

Atque hæc ærumnoſa contigere Italiæ per annos circiter quingentos quadraginta ſeptem à gentium perfecta diſperſione vſque ad Deucalionem, ſtupiditas hominum maxima, mortalium ſolemnis demerſio in Tyberim, & præter hęc eorundem ſacrificatio tum Saturno tum Ioui, & quidem nobiliſsimorum, poſtremò Auſonum, Sicanorumq. irruptiones, quæ ſi quis cupit, habeat ſibi; tantarum certè cladium nulla eſt audita vnquã C poſt ætatem Conſtantini in Italia, ſiue poſt Romani Pontificis auctoritatem magis dilatatam.

Diluuium Deucalionis, Phaetontis incendium, Liburnorum, Arcadum, Pelaſgorum, Lydorum, Cretenſiumq. irruptiones, clades Pelaſgorum, feritas Læſtrigonum; Herculis, Argonatarumq. aduentus, Sirenum crudelitas. Cap. III.

D

IX. SVCCESSIT his diluuium Deucalionis, quod euenit anno ante Vrbem conditam, vt numerat Euſebius, ſeptingenteſimo ſeptuageſimo. quod adeo magnum fuit, vt ab eo dicti ſint vniuerſi mortales obruti, & in Græcia quidẽ cuncti homines ſe in montes Theſſaliæ celſiſsimos receperunt, in quibus, cum Deucalion regnaret, ait Strabo lib. 9. dictus eſt humanum genus ſeruaſſe, in quod tempus refert populi Ægyptiaci ſubmerſionẽ Euſebius. teſtatur Solinus cap. 14.

in Theſ-

A in Theſſalia montes omnium, qui ſint, ait ille, in terris altiſſimos eſſe: atque ob id adijcit, eos ab imbribus diluuij fuiſſe illæſos. Eadem tradit Pomponius Mela lib.2.cap.1. Plinius quidem ſcribit, in ſolſtitio ex Atho Theſſaliæ mõte porrigi vmbras ad octuaginta ſeptem miliaria. in Italiam vero perueniſſe hoc diluuium, colligitur, tum ex eo, quod Græci tradiderunt; tum quia Plinius lib.3. cap. 14. & Solinus cap.7. volunt, Vmbros hinc dictos, quia ab imbribus diluuij ſuperfuiſſent: eorumq. ob id gentem vetuſtiſſimam dicit ille: ſicut & Strabo lib.1.& Dionyſius lib.2. qui refert ex Zenodoto Trezenio, ab Vmbris ortos Sabinos, à quibus B vult profectos Strabo Samnitas, Picenos, Lucanos, Bruttioſque, atque ita Populos prope omnes, qui mediterranea tenuerunt vſque ad vltimos Italiæ fines. Non eſt autem dicendum, dictos Vmbros, qui euaſerint è diluuio Noe. nam, qui fuerint illi, diſcimus è ſacris libris. & ab ijs prognati non minus Vmbri fuerunt, quã ceteræ gentes, à quibus hoc ſpeciali nomine diſtinguendi non ſunt Vmbri ob euentum ſingulis commune. Eſſe vero in Vmbris altiſſimos omnium montes, ad quos confugerent, qui ſe ab imbribus huiuſmodi ſeruare vellent, teſtatur Strabo lib. V. qui dicit, eſſe Apennini montis exceſſum propè Iturum. Sic eſt C in quibuſdam codicibus: ſed Iguuium legi debet: quod ex contextu ſermonis liquet, & ex eo, quod propè Coſtaciarium non ignobile Oppidum gentis Eugubinæ, ſiue Iguuinæ, nam Priſcis vſitatum fuit loco E, I, vſurpare, (vt ex Inſcriptionibus Plantini apparet) mons eſt excelſiſſimus, vnde Italia tota, inferumque, ac ſuperum mare proſpectatur. Antiquitati Vmbrorum fidem facit ænea tabula, quæ Iguuij ſeruatur in publico Palatio, litteris incognitis exarata, ſed quæ à dextra Hebræorum more in ſiniſtram tendant. nam, cum pari ordine, rectaq. linea ab illa incipiant, in æquali deſinunt in hac. ex quo colligitur, hæc eſſe carmina, qui-D bus antiquiſſima queque olim commendabantur. Huic etiam ſimilis tabula Peruſiæ adſeruatur. vtraſque exſcripſit Plantinus. Ab hac itaque eluuione deleti Populi omnes Italici: niſi ſi qui ad Vmbros conceſſerint, vt Auſones, Siculi, aut ſi qui huiuſmodi fuerunt.

Hinc legimus, ex hoc tempore Vmbros latiſſime in Italia dominatos: Etruriam namque totam tenuerunt ab amne Macra, qui ſupra Portum Telamonis vltra Arnum Liguriam diſterminat ab Etruria. Ab eis Vmbro, qui agrum Senenſem interfluit, dictus; quem Plinius ponit Vmbriæ terminum: progreſſiq. ſunt vſ-

que ad loca, in quibus condita eſt deinde Rauenna. quin ipſam A
Campaniam poſſedere. quæ ſcribunt Herodotus lib. 1. Plinius lib. 3. cap. 5. Dionyſ. 1. & 2. & ex ora ſuperi maris Siculos indigenas, ac Liburnos expulere, vt Plinius vult eodem lib. cap. 14. Similiter Ligures, quos indigenas vult eſſe Dionyſius lib. 1. ab imbribus ſuperfuiſſe videntur, quòd in altiſsimis omnium montibus habitarent, vt è Polybio narrat Strabo lib. 4. atque ob id late olim dominati ſunt: eorumque progenies fuere Tauriſci, qui Auguſtã Taurinorum, & Carnorũ regiones, qui Norici poſtea vocati, tenuerunt: ab eisq. Taurufium dictum, vt habet Plinius lib. 3. c. 17. 18. 19. & 20. Sed, quando Vmbri in medio ſunt Italiæ, iccirco hi magis ab imbribus ſeruati confugientibus ad eos alijs populis dicti ſunt à cæteris Italicis gentibus. Tantæ vero eluuioni numquid ſimile vmquam contigit in Italia poſt ætatem Conſtantini? Quæ nam ſunt igitur tempora fæliciora? B

X. Diluuium Deucalionis ſecuta eſt illa terrarum conflagratio, vt refert Euſebius in Chronico, quæ tanta extitit in Italia, vt hinc arripuerint occaſionem Poetæ, ac fabulati ſint, decidiſſe Phaetontem filium Solis, aurigamq. Paterni currus, in Eridano fluuio. is tum late campos inundabat vſque ad aduentum Tyrrhenorum, qui per multos alueos, foſſasq. flumen in mare deriuarunt, vt C
oſtendemus. Ac talis erat eorum temporum fælicitas. quam ſi quis exoptat, neceſſe erit, vt in ardentiſsimas fornaces proſiliat. Certe poſt Conſtantinum nulla huiuſmodi clades Italiæ contigit. Ante è Veſuuio aliquid euenit, imperante Tito: vt oſtendemus ſuo loco.

XI. Ad hæc tempora videtur ſpectare irruptio Liburnorum, qui ex aduerſis Italiæ littoribus trãſmiſſo Hadriatico mari Siculos indigenas expulere, eorumq. loca nonnulla ad ſuperum mare occupauerunt, è quibus deinde ſunt ab Vmbris eiecti, vt Plinius habet lib. 3. c. 14. D

XII. Cum diluuium Deucalionis accidit, Athenis regnabat Cecrops, & eodem tempore in Arcadia Lycaon: quod Pauſanias lib. 8. Arcadicorum narrat. illi fuerunt filij viginti duo: quos enumerat idem ſcriptor. Horum minimus Oenotrus, vna cum Peucetio fratre, & Græcorum magna claſſe, Italiam petijt: & Peucetius Italiæ loca magis Aquilonem ſpectantia, Græciæq. propinquiora, quæ nunc aſcribuntur Apuliæ; Oenotrus ad Auſtrum poſita occupauit. Tantum vero Oenotrij potuere, vt, oppreſsis Auſonijs, qui reliqui fuerant, & à quibus Italia hucuſque fuerat no-

minata

A minata Auſonia, Vmbris ademerint multas Vrbes, Oenotriamq. mox, quæ iam Camaſenæ, Saturnia, Auſonia dicta fuerat, appellarint. habitauerunt autem primum in monte, qui poſtea Palatinus eſt dictus Roma condita. eumq. propter incommodũ vicinæ paludis, quam præterfluens Tiberis fecerat, profecti Reate, poſtmodum reliquerunt, inquit Solinus cap. 2 & in agro Reatino quattuordecim Ciuitates ædificarunt. quæ latè omnia narrat Dionyſius lib. 1. ſed mendum videtur eſſe in quibuſdam libris, in quibus dicuntur hæc eueniſſe ſexdecim ætatibus ante Troianum bellũ. nam, cum ſoleat ille attribuere ætati annos viginti ſeptem, ac velit Oenotrum fuiſſe Lycaonis filium, & Lycaon vixerit tempore Deucalionis, qui abeſt ab Vrbe condita annis ſeptingentis ſeptuaginta, bellum vero Troianum, vt vult idem, quadringentis triginta duobus, hinc fit, vndecim ætatibus, & annis nouem diſtare diluuium Deucalionis à bello Troiano, ideſt annis tercentum ſex. at Oenotrus neceſſario diſtat a Deucalione: nam fuit natu minor Lycaone, ortus longè poſt diluuium. quo circa videntur Arcades Oenotro Duce Italiam petijſſe circiter annum ducenteſimum, & quingenteſimum, ante pugnam Troiæ. diximus autem ſupra, gentium migrationes huiuſmodi tum fuiſſe, vt incolis prioribus cuncta adimerẽt. ex Oenotrijs autem fuit Italus Rex, qui nomen Italiæ poſtea dedit ante excidium Troiæ. Qualis autem tunc Italiæ ſtatus eſſet, his verbis explicat Ariſtoteles Politic. 7. c. 10. Tradũt enim periti homines illorum locorum, fuiſſe Italum quendam Oenotriæ Regem, à quo mutato nomine pro Oenotris Itali ſunt vocati, oramq. illam maritimam Europæ, quæ eſt inter Scylaticum, & Limenicum ſinum, diſtant vero hæc loca meridiei iter, Italiæ nomen primo cepiſſe. Hunc ergo Italum tradũt agriculturam Oenotros docuiſſe, cum prius eſſent paſtores vagi, ac palantes, illisq. leges poſuiſſe, & comeſſationes inſtituiſſe primum. quapropter etiam nunc quidam illorum populorum comeſſationibus vtuntur, & legibus quibuſdam ab illo poſitis. incolebant autem eam Italiæ partem, quæ ad Tyrrheniã verſa eſt, Opici, qui nunc Auſonij vocantur. alteram vero partẽ, quæ ad Iapygiam, & Ionium pertinet, incolebant Chaones, Syrtim appellatam, & ipſi ab Oenotris orti.

Poſt hæc multis annis, vt Dionyſius ſcribit, appulere in Italiam Pelaſgorum copiæ non contemnendæ, quarum pars conceſſit ad Oſtium Padi Spinam, condiditq. ibi nominis eiuſdem Ciuitatem, & Rauennam: pars altera, bello Vmbros aggreſſa, impar XIII.

eorum viribus, adiunxit ſe Arcadibus, qui dicti ſunt Aborigines, A
Crotonemque, poſtea dictam Cortonam, Vmbris abſtulit. quod
idem Dionyſius narrat, & Plinius lib. 3. cap. 5. ijſq. depulſis, condidit Phaleriam, Agyllas, & Vrbem Regiam, ſic vocatam quòd ibi
Rex ſedes haberet, vt lib. V. narrat Strabo; Campaniamq. præterea cepit, ac Siculi indigenæ, aduerſus quos tunc bellabant
Aborigines, ita expulſi ex ijs locis, vt in Sicaniam nauigarint,
ac Siciliam de ſuo nomine appellarint. quod Thucydides lib. VI.
narrat. Erant è Siculis tunc Entemnates, Tellenenſes, Ficulnēſes,
Corniculani, Tiburtini. Sed præſtat hic exſcribere Dionyſij verba, è quibus, quæ fuerit iſtis gentibus conſuetudo in huiuſmodi B
migrationibus, cognoſcemus. ſic igitur ille: More antiquo, inquit, quem receptum ſcimus à multis, tam barbaris, quam Græcis, quoties vulgi multitudo in aliqua Ciuitate nimiū augeſceret,
nec alimenta domi omnibus ſufficerent, aut aeris intemperie læſa
terra fruges proferret pauciores ſolito, aut alia talis Ciuitatem
occuparet calamitas, ſiue bonum, ſiue malum cogeret minui multitudinem, Deo cuipiam ſacrantes, quantum hominum annus pareret, emittebant armis inſtructos è ſuis finibus. Et mox: Illi
vero vt poſthac cariturі patria, niſi aliam pararent, quæ ſe reciperet, quidquid terrarum armis acquiſiſſent, aut gratia, habebant vice patriæ. Hæc ille. C

XIV. Per eadem tempora Lydi, Tyrrheno Duce, à quo nomen acceperunt, Italiam petentes, vt Herodotus lib. 1. refert, quem plerique ſequuntur, aliorum dimiſſis opinionibus, ex Etruria prorſus Vmbros eiecerunt; tercenta ijs, inquit Plinius lib. 3. cap. 14.
caſtella abſtulerunt; duodecimq. in illa Ciuitates condidere, atque Etruriam de ſuo nomine vocarunt. Deinde, auctis viribus,
Alpes tranſgreſſi, in circumpadanis regionibus Vrbes totidem
ædificarunt. quod Liuius lib. V. narrat: in his Felſina fuit, poſteris temporibus Bononia dicta; quam fuiſſe Etruriæ Principem D
Plinius teſtatur. eieciſſe autem videntur è circumpadanis terris
Tauriſcos Ligurum populos, à quibus Vrbs Taurinorum deinde
Auguſta dicta, & Tauruſium, Plinio teſte lib. 3. cap. 17. 19. & 20.
quamobrem Theſſali, qui Rauennam condiderant, ac tenebant,
perpetuis Etruſcorum bellis fracti, Vmbris illam reliquere, vt
Strabo lib. V. refert. Mos autem fuit Ionibus, Achæis, Aeolibus,
alijſq. Græcanici ſanguinis nationibus, vt, in quibus conſidebant
locis, Vrbes duodecim conſtruerent, Herodoto teſte lib. 2.
Hinc Virg. lib. X.

A *Ille etiam Patrijs agmen ciet Ocnus ab oris,*
Fatidicæ Mantus & Tuſci filius amnis:
Qui muros, matriſq. dedit tibi Mantua nomen:
Mantua diues auis. ſed non genus omnibus vnum.
Gens illi triplex: Populi ſub gente quaterni.
Ipſa caput Populis: Tuſco de ſanguine vires.

Atque ex hoc more colligitur, Etruſcos eſſe ſanguinis Græci,
præter alia, quæ afferri poſſent. Vt autem diximus, antea Padus
late campos occupabat: Tyrrheni, foſsis, & alueis ampliſsimis fa-
B ctis, loca fecere habitabilia, deducto per eas Pado pluribus oſtijs
in mare. quod Strabo teſtatur lib. V. & Plinius lib. 3. cap. 16. Ha-
driamque, vt hic refert, conſtruxere, vnde Hadriaticum mare. ijdẽ
Theſſalorum loca omnia deinde occuparunt, Campaniamq. in
ſuam poteſtatem redegere. quod Polybius lib. 2. ſcribit, Capuam
in ea coloniam condiderunt, quam dixere Vulturnum Sabini, po-
ſtea Capuam, anno Vrbis 331. vt vult Liuius lib. 4. & ex eis Rex
Marſias Archippen Vrbem ad lacum Fucinum ædificauit. quod
Solinus cap. 7. poſt Plinium refert. denique Græci Italiam quan-
doq. Tyrrheniam vocant, vt Dionyſius aduertit: ac nullum fuiſ-
C ſe imperium legitur in Italia maius ante Romanos poſt Came-
ſem, quàm Tyrrhenorum. quod cõtingebat ſpoliatis omni agro,
ac fundo prioribus colonis. quorum nihil euenit poſt Con-
ſtantinum.

Anno ante captam Troiam nonageſimo plus minus, Creten- XV.
ſes, Duce Minoe, qui late tunc imperitabat, ac Iapyge Dædali fi-
lio, in Italiam profecti, Peucetios omnibus bonis exutos eiecerũt
ex ea regione, quæ poſtea Iapygiæ nomen tulit. omnia ceperunt
vſque ad confinia Piceni, Hiriam, Brundiſium, Crotonemque, &
alias Vrbes ædificarunt. quæ referunt Herodotus lib. VII. Strabo
D V. Plinius 3. c. 11.

Sub hæc tempora diſcimus è Dionyſij lib. 1. horrendam Pe- XVI.
laſgis, quos diximus poſt Arcadas in Italiam profectos, cladem
per annos prope ſeptuaginta contigiſſe, de qua mox agemus: ac
verba ſcriptoris illius afferemus. ea quidem perculſi Pelaſgi, &
conſulto oraculo, vouerunt decimum quemque è ſuis natis immo
lare ſingulis annis. id vero in more poſitum fuiſſe apud Arcadas
videtur, cum legatur Lycaon infantes ſolitus immolare. ex quo
dictus eſt in lupum conuerſus. quod nos docet Pauſanias Arcadi-
corum lib. 8.

Mirum

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

XVII. Mirum verò, prętet hæc, quanta incolas Italiæ feritas inuaſerit aliquibus in locis. nam, & Læſtrygones in Campania latè dominabantur, Formijsq. ſedes habebant, antequam Tuſci Vulturnũ, ſeu Capuam conſtruxiſſent. ijs mos erat, carnibus humanis veſci; ac tractus omnes maritimos, vſque ad Siciliam reddebant infeſtos. quæ Plinius lib. 7. cap. 2. & Strabo lib. V. teſtatur. Illorum fuiſſe amplum imperium, ſcripſit Horatius etiam lib. 3. ode 17. ijs verſibus: A

Æli, vetuſto nobilis ab Lamo,
Quando & priores hinc Lamias ferunt
Denominatos, & nepotum B
Per memores genus omne faſtos,
Auctore ab illo ducis originem,
Qui Formiarum mœnia dicitur
Princeps, & innantem Maricæ
Littoribus tenuiſſe Lirim,
Late tyrannus.

Quin adhuc aiunt, in Puteolano cerni oſſa immenſæ vaſtitatis, quæ fuiſſe horum Læſtrygonum creduntur. In ea ſic Pomponius Lætus:

Huc quicunque venis ſtupefactus ad oſſa Gigantum, C
Diſce, cur Etruſco ſint tumulata ſolo:
Tempore, quo domitis iam victor agebat Iberis
Alcides captum longa per arua pecus,
Colle Dicarchææ, clauaque, arcuq. Typhones
Expulit, & ceſſit noxia turba Deo:
Hydruntum petijt pars, & pars altera Tuſcos:
Interijt victus terror vterque loco.
Hinc bona poſteritas immania corpora ſeruat,
Et tales mundo teſtificatur auos.

Tantæ enim feruntur impietatis illi fuiſſe, vt antiqui fabulati ſint, bella ab ijs in Iouem, ſuperosq. commota, Herculemque, qui mox in Italiam venit, aduerſus eos pugnaſſe: fulminibusq. immiſsis, diſsipatos. ex quo Phlegæi campi dicti, qui Veſuuio, Puteolisq. ſunt ſubiecti: atque ob id ex eo monte eructari incendia, quibus ardent ad inferos detruſi Læſtrygones. quæ Pindarus, & Homerus canunt, & Polybius lib. 2. Strab. V. Si quis igitur Pōtificibus Romanis infenſus cupiet hos mores reſtituere, næ ille antiquitatis amator, Italicorum maximum præfert amorem. D

XVIII. Anno ante bellum Troianum fere quinquageſimoquinto, inquit

A quit Dionyſius, ſiue ætate 2. Hercules, & Argonautæ in Italiam venere. ab ijs Pola in Iſtria fuiſſe condita perhibetur. quod refert è Callimacho Strabo lib. V. ac Plin. lib. 3. cap. 19. Iunoniſq. Laciniæ Fanum, inquit Solinus cap. 7. Ab ijſdem ſunt Euganei Populi, quorum 34. oppida recenſere Cato dicitur à Plinio: Orobijque, à quibus Bergomum, Comumq: condita, & à quibus Graiæ Alpes dictæ: Lepontijq. orti, vt idem lib. eodem cap. 20. refert. Idem porro Hercules, à quo Portus in Etruria dictus, aduerſus Ligures ſcribitur pugnaſſe; quos lapidibus cælo demiſſis interfectos fabulati ſunt Græci. quod ille narrat c. 4. & Solinus 7. Nota B porro hiſtoria Caci, de qua Virg. lib. 8. Dionyſ primo. Per eadem tempora Græci Sicanos, qui reliqui erant, expulere è Tibure, Cora, Catyllo, vt Solinus refert: de quibus vates:

Tum gemini fratres Tiburtia mœnia linquunt,
Fratris Tiburti dictam cognomine gentem,
Catylluſque, acerq. Coras, Argiua iuuentus.

Sic igitur Italiæ Coloni tot Regionibus exuti, aut expulſi, tot, XIX. ac tantis oppreſſi malis. Hercules tamẽ dicitur, vt ſupra oſtende- C bamus, Læſtrygonas viciſſe, ac diſſipaſſe. quin refert Plutarchus in Parallellis, ab Hercule trucidatum Faunum, Mercurij filium, qui in Italia patri hoſpites immolare ſolebat. Verum enimuero, quamuis Læſtrygones perdiderit, Sirenes eodem ſæculo dicuntur fuiſſe, à quibus & homines deuoratos volunt antiqui ſcriptores, tenuerunt Sirenes Mineruæ Promontorium, Surrentum, Parthenopem, quæ dicta eſt Neapolis, teſte Plinio lib. 3. cap. 5. Strabone lib. 1. de his ita Homerus lib. Odyſſeæ 12. omiſſis carminibus Græcis:

D *Inſcius appellens vocem ſimul hauſerit vllus*
Sirenum, non illi vxor, non pignora cara
Aedibus in patrijs adſunt, gaudent ve reuerſo.
Stridula Sirenum vox hunc delinijt, albis
Quæ in pratis reſident, atque oſſa. fluentia tabo
Circumſtant, hominum celſos congeſta in aceruos.

Et Virg. lib. V.

Iamq. adeo ſcopulos Sirenum aduecta ſubibat
Difficiles quondam, multorumq. oſsibus albos.

Tot

Tot igitur, ac tantæ calamitates annorum 338. ſpatio plus minus, qui ducuntur à Deucalione ad Ilij excidium, Italiã proſtrauerunt. tam truculenti in illa mores erant. Nam, quid diluuio Deucalionis ſimile? quid incendio Phaëtontis? Hinc quinque exterarum nationum inundationes, Liburnorum, Arcadum, Pelaſgorum, Cretenſium, Argiuorum. quæ vero immanitas par ijs, qui filios recens natos quotannis decimarum præſtatione ſacrificarent, aut ederent humanas carnes? An aliquid vmquam ſimile poſt Conſtantinum fuit? an hos reduci mores, has clades, impij quærunt? A

B

Irruptiones Græcorum, Troianorum: clades Pelaſgorum in Italia: euerſæ plurimæ Vrbes: mores efferi: Ciuitates hiatibus hauſtæ, à ſerpentibus deletæ: Rèx maxime impius cum ſua domo abſorptus: Spartanorum, Achæorum, Chalcidenſium, Meſſeniorum, Illyriorumq. irruptiones.

Cap. IIII.

XX. CONFECTO bello Troiano, mirum, quot gentes in Italiam ſe effuderint: atque in primis Diomedes in Iapygia gentes Dardorum, Monadorumq cum duabus Vrbibus, Apina, & Trica deleuit, & ab ipſius Socero Dauno Apulia Daunia, à Meſſapo Duce Meſſapia dicta; quæ ſcribit Plinius lib. 3. cap. 11. Idem Spinam cum ſuis acceſſit, à Theſſalis, vt oſtendimus, ſiue Pelaſgis extructam: à quibus, & Rauenna eſt ædificata; quæ, mox à Tyrrhenis vexata, Vmbris, ac Sabinis ſe dedit. quod Strabo lib. V. refert. De Diomede autem ſic Virg. lib. 10. C

Ille Vrbem Argyripam patriæ cognomine gentis
Victor Gargani condebat Iapygis arvis. D

Quin ipſum Beneuentum, placet Solino cap. 7. ædificatum à Diomede. adeò longè potentia ipſius proceſſit. Mneſtus vero Athenienſis Scylacium condidit; Piſas, & Metapontum Pylij, teſte Strabone lib. V. quamuis Piſas à Pelope conditas velit Plinius lib. 3. cap. 5. niſi dicamus Pelopem quendam Pylium fuiſſe. Denique conſentientibus cunctis ita Vates Latinus lib. 3. canens Italiæ latiſſimas regiones à Græcis occupatas:

A

Has autem terras, Italique hanc litoris oram
Effuge. cuncta malis habitantur mœnia Graijs.
Hic & Naricij poſuerunt mœnia Locri:
Et Sallentinos obſedit milite campos
Lyctius Idomeneus. hinc illa Ducis Melibœi
Parua Philoctetæ ſubnixa Petilia muro.

Alia vero ex parte Troianorum multi in Italiam nauigarunt, XXII.
B & appulerunt. notiſſimus namque Aeneæ aduentus in Latium: alter autem Troianus Antenor, Euganeis pulſis, (quorum fuiſſe priſcis temporibus oppida triginta quatuor memorat Cato, ac Plinius refert lib. 3. c. 20.) Venetos Populus adduxit ſecum, Patauiumque ædificauit. quod Plinius lib. 1. narrat; & idem vates lib. 1.

Antenor potuit medijs elapſus Achiuis
Illyricos penetrare ſinus; atque intima tutus
Regna Liburnorum, & fontem ſuperare Timaui.
C *Vnde per ora nouem vaſto cum murmure montis*
It mare præruptum, & pelago premit arua ſonanti.
Hic tamen ille vrbem Pataui, ſedeſque locauit
Teucrorum; & genti nomen dedit, armaque fixit.

Per hæc tempora fuit illa Pelaſgorum, ſiue Theſſalorum clades miſerabiliſſima, cum ſtatuerunt, ad eam depellendam, XXIII. decimum quemque natorum ſingulis annis immolare; ac durauit annos, vt è Dionyſio colligimus, ſeptuaginta. quæ qualis fuerit, his verbis ille deſcribit. Malorum prima, inquit ille, in-
D uaſit ſterilitas, quando fructus arborum decidebant prius, quàm matureſcerent; nec ſtatis temporum vicibus ad frugem peruenirent ſegetes; nec pecoribus proueniret ſatis pabuli: fontes quoque contrahebant vitium, aut malignam aquam per æſtatem præbebant, aut deficiebant penitus: nec fæliciores erant fœturæ mulierum, ac pecorum. nam aut abortiui fœtus eijciebantur, aut in partu interibant: non nunquam cum fœtarum, & puerperarum pernicie; aut, ſi euadebant difficultatem partuum, vitioſi, & imperfecti naſcebantur, aut alioquin inutiles: deinde matura quoque ætas laborauit morbis,

ac peſte præter ſolitum. Hæc illle: qui hæc incepiſſe ait duabus ætatibus ante bellum Troianum, ac duraſſe vltra illius tempora. Ad hæc depellenda, cum Pelaſgi decimum quodq. è natis, ſiue id frugum, ſiue belluarum, ſiue hominum foret, Dijs ſe ſacrificaturos decreuiſſent, ex Oraculi interpretatione factum eſt, vt, orta inter ipſos diſſenſione, omnes prope abierint ex Italia; Vrbeſq illorum fuerint ab alijs captæ, & occupatæ. appellatiq. ſunt Tyrrheni à Græcis. ac magna illorum pars in Græciam, præſertimq. Athenas ſe contulit, & multis egregijs geſtis eſt nobilitata. Meminit eorum Dionyſius lib. 1. Thucydides, ac Plutarchus lib. de claris mulieribus. Tales certe clades per tot annos numquam contigiſſe ſcribitur in Italia poſt ætatem Conſtantini. A B

XXIIII. Ex hac Theſſalorum, ſeu Pelaſgorum diſceſſione factum eſt, vt Aborigines, quibus illi ſe adiunxerant aduerſus Vmbros, Sabinos, ac Siculos, viribus deſtituti fuerint, & à Sabinis eiecti; vndecimq. Vrbes ipſorum ſubuerſæ, quæ non longe aberant à Reate. nomina illarum ſunt, vti recenſet Dionyſius lib. 1.

Palatiũ, diſtans à Reate ſtadijs	XXV.	Maruuium	
Trebula	LX.	Vatia XXX.	C
Veſuola	LX.	Mariera XL.	
Suma	XL.	Liſta metropolis XXIV.	
Meſula	XXX.	Cutilia LXX.	
Oruitium	XL.		

Auſim ſane dicere, tantas ruinas nulli vmquam nationi in Italia contigiſſe; poſt imperium ſane Conſtantini numquam. Iam vero, qui fuerunt in Italia mores his temporibus, optime de-
XXV. ſcribit Virgilius lib. 7. Cui conſentit Thucydides initio hiſtoriarum ſuarum. Sic igitur ille: D

Et te montoſæ miſere in prælia Nurſæ
Vfens, inſignem fama, & fælicibus armis.
Horrida præcipue cui gens, aſſuetaq. multo
Venatu nemorum, duris Aequicolæ glebis,
Armati terram exercent: ſemperq. recentes
Conuectare iuuat prædas; & viuere rapto.

Et nono, cum Numanum inducit Troianos alloquentem:

Quis

A *Quis Deus Italiam? quæ vos dementia adegit?*
Non hic Atridæ: nec fandi fictor Vlyſſes.
Durum à ſtirpe genus: natos ad flumina primum
Deferimus: ſæuoq. gelu duramus, & vndis.
Venatu inuigilant pueri, ſiluaſq. fatigant.
Flectere ludus equos, & ſpicula tendere cornu.
At patiens operum, paruoq. aſſueta iuuentus,
Aut raſtris terram domat, aut quatit oppida bello
Omne æuum ferro teritur, verſaq. iuuencum
Terga fatigamus haſta: nec tarda ſenectus
B *Debilitat vires animi, mutatq. vigorem.*
Caniciem galea premimus; ſemperq. recentes
Conuectare iuuat prædas, & viuere rapto.

Tales itaque tum mores Italis. omnes erant latrones, ac prædones. numquid impius hoc vellet iterum fieri? at, niſi huiuſmodi vellet, impius non eſſet.

Per hæc ſæcula putamus accidiſſe, vt Archippe Vrbs, quam Marſias Lydorum Rex, ad lacum Fucinum condiderat, hiatu terræ fuerit abſorpta, quod narrat Plinius lib.3. cap.12. & Solinus cap.7. nam poſt Vrbem conditam nulla habetur mentio Archippes. & poſt hæc Sabini cuncta poſſederunt in iſtis oris. quamobrem condita eſt ante hæc tempora, & his hauſta, ob ſiccitates credo telluris, è quibus ſterilitas illa, de qua meminimus, eſt orta. XXVI.

C

Neque inueriſimilis eſt coniectura, ob eaſdem cauſas à ſerpentibus per hæc tempora vaſtatas Amyclas propè Terracinam, dum Pelaſgi cunctas has oras derelinquunt, & ad ſolitudinem magnam cuncta ſunt redacta. meminit huius euentus Plinius lib. 3. cap. 5. Tale quidem non accidit vmquam poſt initum à Conſtantino in Vrbe imperium, ac Pontificis Romani auctoritatem ſtabilitam. XXVII.

D

Anno ante Vrbem conditam ducenteſimo nonageſimo quarto, vt in Chronico Euſebius notat, eiectis veteribus colonis, Cumæ ſunt ædificatæ ab Hippocle Cumæo, vt Strabo lib. V. narrat, & Megaſthene Chalcidenſi, ac dictæ prius Mycenæ. Cumæorum vero Populi late vicina loca in ſuam poteſtatem redegerunt, Neapolimq. extruxere, vt Liuius notat lib. 8. Virg. vult Cumas longe antiquiores, atque extitiſſe ante aduentum Æneæ in Italiam. ſic enim lib. VI. de illis loquitur: XXVIII

Et tandem Euboicis Cumarum allabitur oris. A

Nec diſſentire videtur à Virgilio diligens ſcriptor Strabo, cum dicit, antiquitate cunctis Italiæ, & Siciliæ Ciuitatibus eas præſtare. Tantæ eas potentiæ fuiſſe aliquando narrat Dionyſius lib. 7. vt Vmbri, Etruſci, Dauniiq. ad eas exſcindendas conſpirarint, ſub annum conditæ Vrbis ducenteſimum trigeſimum quintum, & habuerint ſub ſignis peditum quinquaginta, equitum duodeuiginti millia. Qualitercumque ſit ires, à Græcis aliquãdo ſic agri omnes occupati, ac priores illorum dominio ſpoliati.

Ante hæc ſimiliter tempora putamus accidiſſe, vt Nola à Tyrijs fuerit ædificata, quod Solinus tradit cap. 7. Sic igitur omniũ gentium irruptionibus Italia patebat. B

XXIX. Lycurgus floruit ante exordia Romæ centum prope ac triginta annis. hic cum leges ſeueriſsimas conſtituiſſet, effecit, vt multi Spartà diſcederent, qui claſſe comparata, & armis, in Sabinis Coloniam condidere, quod Dionyſius lib. 2. refert, adijciens, ab his Sabinos ad ſeueriſſimum viuendi genus inſtitutos. atque ita Italia ex omni parte ab exteris occupabatur.

XXX. Alladius, vt vocat Dionyſius, aut Romulus Siluius, vt habet Liuius, ſiue etiam Aremulus, quod eſt in Chronico Euſebij, Proauus Romuli, ante ipſum natum centum duobus annis, ante Vrbem centum viginti auſpicatus Albæ regnum, tantæ fuit impietatis, & arrogantiæ, quantæ legitur nullus Princeps vllo loco Catholicus fuiſſe. nam, præter alia facinora, imitabatur tonitrua, fulguráque, vt Deus ipſe haberetur. ex quo factum diuinitus, vt, fulminibus immiſſis, & exundante ſtagno, iuxta quod habitabat, cum ſuis ædibus abſorptus fuerit: eas Dionyſius teſtatur adhuc ætate ſua ſpectari ſolitas in profundo aquarum demerſas. Placent ne huiuſmodi homines impijs illis, qui auctoritatem Pontificiam conuulſam volunt? nam poſt eam magis dilatatam nihil tale toto Orbe Catholico fuit. vellent iſti tales reuocari in lucem, cunctosq. fulminibus diſijci, & ad infera cum ipſis detrudi? C D

XXXI. Per eadem tempora ampliſsimum agrorum ſpatium ſibi Achæi bello in Italia compararunt, ac priores incolas deiecere, cùm Sybarim condidere inter duos amnes, quos nominarunt Crathim, & Sybarim, quod haberent ſcilicet duos huiuſmodi in Achaia. Tantarum verò fuit opum Sybaris, vt tercentena militũ millia educeret in aciem, ac finitimos Populos, & Vrbes viginti quin-

A quinque imperio ſuo ſubiecerit, Pæſtumq. condiderit in Lucania, vt lib. V. refert Strabo. atque ita tellus Italiæ tam magna ex parte exterorum quorumlibet prædationibus patebat. euerſa eſt tanta Vrbs, quæ ſuis delicijs locum prouerbio fecit, Anno Romæ conditæ tercenteſimo. ædificatã fuiſſe ante hanc conſtat. Nam vult Dionyſius, iacta Romæ fundamenta primo anno Olympiadis ſeptimæ, Crotonemq. Olympiade vndecima paulo poſt annum ſextum decimum conditam ſcribit Euſebius, ſed ante Crotonis exordia fuiſſe extructam Sybarim liquet è Strabonis lib. VI. Numquam ſane accidit, vt vlli exteri poſt imperium
B Conſtantini agrorum tantum adimerent Italis, ac tamdiu ſimul poſſiderent ad tantam incolarum ſuorum multitudinem alendã.

Sub idem ſæculum Spartani innumeri, quod ſuis ciuibus in XXXII.
excidio Meſſeniorum occupatis anno, vt ſcribit Oroſius, ante Vrbem conditam trigeſimo, è Virginibus Spartanis orti erant, atque iccirco Partheniæ vocabantur, Patria relicta agros in Italia, latos, & fertiles, dominis prioribus ademptos, occuparunt, Tarentumq. ædificarunt. quod narrat Strabo lib. VI. ab his auxilij plurimum datum Achæis, qui Sybarim condiderunt, pugnantibus aduerſus eorum locorum colonos.

C Quod ſi Meſſeniorum bellum cœpit anno triceſimo ante Vr- XXXIII
bem conditam, quod placet Oroſio; certe ante illius exordia Lacedæmonij Crotonem, Locroſq. Zephirios ædificarunt, ſi credimus Pauſaniæ Laconicorum lib. 3. verum repugnant alij, qui ab Achæis, non Laconibus, eas Vrbes conditas volunt poſt Romam, iccirco Numæ regnantis anno primo, Romæ trigeſimo octauo, vt narrat Euſebius, & Herodotus lib. 8. nil tamen impedit, quin ædificationem longe prius inceptam dicamus, abſolutã vero, quod eſt neceſſe, poſt aliquot annos, communi Achæo-
D rum, Lacedæmoniorumq. ope, quos diximus ſupra è Strabone cõiũxiſſe ſimul vires ad exterminãdos ex ijs locis dominos priores.

In idem ſæculum refertur ædificatio Rhegij extructi a Chalci XXXIV
dẽſibus, Zanclæis, ac Meſſenijs, quos Lacedæmonij euerſos è Græcia fugarant, vt habet Strabo lib. VI. qui addit, à Rheginis in pleraq. oppida colonias deductas, ac ſane plurimum Rheginos potuiſſe, aperietur loco ſuo, cũ fuſos ab ijs Crotoniatas oſtendemus.

Debetur & his temporibus, vt aliqui volunt, Illyriorum irru- XXXV.
ptio, qui Pediculorum terras obtinuerunt, antiquis dominis expulſis à Brunduſio vſque ad Aufidum amnem, & vltra, ac tredecim Populos excitarunt. quod cap. 5. lib. 3. Plinius refert.

ab ijs Rudium, Egnatiam, Bariumq. conditum ſcribens. Tot igitur, ac tantæ clades per annos quadringentos triginta duos ab exitu belli Troiani ad Vrbem conditam Italiæ contigerunt: quarum nulla ſimilis accidit poſt ætatem Conſtantini. tot in illam Populi irruperunt, ac, prioribus incolis exturbatis, ſedem fixere, Troiani, Græci cuiuſuis generis, Chalcidenſes, Spartani, Meſſenij, Achiui, Illyrij, tot Vrbes dirutę, à ſerpentibus vaſtatæ, terra dehiſcente hauſtæ, lues immiſſæ ad Populos exterminandos: quæ ſi placent impijs, in ſe omnia, quando volunt illi, auertant. A

Romuli, Tarquinijq. Tyrannis: Regum Romanorum cædes: Vrbes plurimæ exciſæ: irruptio Gallorum: Tyrrheniq. expulſi è circumpadanis oris: Vrbes ab eis vndecim dirutæ: Ariſtodemi Tyrannis: peſtis horrenda: Sybaritarum, Sybariſq. miſerabilis euerſio: mores diri eorum: Crotoniatarum magna clades: Lex atrox: Veiorum maxima ciuitas ſolo æquata: Cauloniæ, Hipponij, Romæq. ſubuerſio: bella perpetua. Cap. V. B

XXXVI TANDEM peruenimus ad Vrbem conditam, ex quo nonnulli ſomniant Italis fœliciſſima quæq. forſan acccidiſſe. Atqui nos apertiſſime explicabimus, numquam peius illis fuiſſe, ac tempora ſuperiora fuiſſe magna ex parte multo magis tolerabilia. Etenim, ſi in primis conſideramus, qualis fuerit Romulus, cognoſcemus è Dionyſij lib. 2. illum in latrocinijs adoleſcentiam tranſegiſſe, Remum fratrem per inſidias interfeciſſe, ſexcentas octuagintatres Sabinas rapuiſſe, Aſylum cunctis ob ſcelera vndecumque eiectis aperuiſſe, Tatium Regni conſortem dolo malo contra iuſiurandum necaſſe, denique in Patricios Romanos atrociter ſæuijſſe, quas ob cauſas ab illis fuerit occiſus, quod magis ille ſcriptor probat. Inuiſa erat (inquit) & crudelitas eius in delinquentum ſupplicijs. Romanorum enim quoſdam latrocinij conuictos à finitimis, nec obſcuros viros, nec paucos, ſua vnius ſententia damnatos iuſſit de rupe dari præcipites. ſed maxime offendebat arrogantia, quod legitimum regnum in Tyrannidis ſpeciem verteret. Hæc Dionyſius. à quo ſane diſcimus, in Italia tum maxime operam datam C D

A tam latrocinijs, omniaq. bella inter finitimos plerumque hinc
exorta. Non temere affirmabo, in Italia numquam fuiſſe vllum
Principem, qui Pontifici Romano paruerit, eiq. non fuerit infen-
ſus, qui tot ſe flagitijs, & atrocitatibus tum in ſuos, tum in exte-
ros obſtrinxerit, ac talis Romulus cum regnaſſet annos 37. pe-
ſtem fuiſſe eo regnāte è Plutarcho, & Dionyſio liquet. quo mor-
tuo anni vnius interregnum fuit. poſt eum Numa 43. annis paci-
fice regnauit. Tullus Numæ ſuffectus imperauit annos 32. cuius
tempore peſtem fuiſſe ſcribit Liuius lib. 1. hic Albam diruit, &
continenter fuit in bellis. Eique, poſtquam fulmine cum domo
B arſit, ſubſtitutus Ancus præfuit annis 24. vt dicemus, Ciuita-
teſq. quatuor euertit. Anci Imperium Tarquinius Priſcus exce-
pit, atque eo potitus eſt annis 37. Poſt quem Seruius Tullius an-
nis 44. regnauit. Inde Tarquinius Superbus, qui Seruium Tul-
lium ſocerum ſuum necauit, vt eius Regnum poſſet inuadere, &
quidem conſilio vxoris ſuæ filiæ Tullij, quæ iuſſit agi carpentum
ſuper cadauer ſemimortui Patris. de quo ſic idem ſcriptor lib.
11. In principatu deinde confirmatus (Tarquinius) nequiſsimo
quoque ſodalium ſubornato, eorum opera multos illuſtres viros
innoluit criminibus capitalibus, primum inimicos, & ægre feren-
C tes caſum Tullij, poſt etiam alios, quibus putabat moleſtam mu-
tationem ſtatus publici, præcipue diuites. & delatores, arripien-
do alium poſt alium, falſis criminibus, maximè inſidiarum in ca-
put Regium, accuſabant eos apud ipſum Iudicem. ille alios mor-
te damnabat, alios exilio tam occiſorum, quam pulſorum bona
occupans. quapropter multi potentiores, priuſquam calumnijs
opprimerentur, ſponte Vrbem Tyranno relinquebant, quorum
maior, quam reliquorum, fuit numerus. fuerunt & qui ab eo clā
interficerentur, arrepti in villis, & domibus, viri non contemnen-
D di, quorum cadauera quidem reperta ſunt. &, quoties opus eſ-
ſet ei pecunia, tantundem conferebat diues, & pauperrimus. id
inſtitutum vehementer afflixit plebeiam multitudinem: & ne-
que his contentus, plebem vexare, ſelectis ex tota multitudine fi-
dis, & idoneis militiæ, reliquos cogebat ad opera publica, ratus
nihil eſſe monarcharum potentiæ periculoſius, quam ſi vilis, &
egena Ciuium turba ſinatur in otio viuere. Hæc ille. qui deinde
refert, ab eodem patrata eadem fuiſſe in Gabinos, quos dolo ad-
duxit in poteſtatem.

Tarquinio regnante ignotum quoddam peſtilentiæ genus Ro- XXXVII.
mæ ſæuijt, in pueros maxime, inquit Dionyſius lib. 11. & virgi-

nes,

nes, ſed prægnantibus pernicioſiſſimum, matres paſſim vna cum A
ipſo fætu ſternens per vicos. Hæc ille. Atqui, ſi fælicitatem re-
putabunt hanc impij, non memini vmquam contigiſſe Italiæ hu-
iuſmodi fælicitatem poſt imperium Conſtantini. igitur hanc ſibi
ſelectam poterunt illi habere, quando placet.

XXXVIII. Sed illud non eſt prætereundum, è ſeptem Romanis regibus,
Romulo, Numa, Tullo Hoſtilio, Anco Marcio, Tarquinio Pri-
ſco, Seruio Tullo, Tarquinio Superbo, tres fuiſſe interfectos;
Romulum, Seruium Tullium, Tarquinium Superbum. præterea
vero Tullum Hoſtilium, fulmine immiſſo, conflagraſſe, cum ſua
domo, inquit Euſebius. quæ ſane clades nulli Regum Catholico- B
rum ſucceſſioni contigere, vt ſcilicet è ſeptem quibuſq. tres ob
ſcelera occiderentur. Nam, quod quiſquā fulmine arſerit Rex to-
to Orbe Catholico, non memini me legiſſe. Atque hæc fælicitas
Regum Romanorum; hæc hominum illis ſubiectorum; cum vel
Romulus, vel Tarquinius Superbus ſunt dominati: quorum hic
annis XXV. ille XXXVII. quamuis vnus Eutropius XXXIX. attri-
buat. quæ ſi placent impijs, optimum bonorum ſenſum præ-
ſeferunt.

XXXIX Dirutæ porro fuerunt Vrbes ab iſtis Regibus, à Tullo Hoſtilio
Alba Romæ parens, ab Anco Marcio Politorium, Tellenæ, Fi- C
cana, Medullia, quarum nulla viginti miliaribus ab Vrbe abe-
rat, frequentiſſimæ omnes erant, vt ſcilicet vicinarum Vrbium
ruinis Roma vna creſceret. Atque vix eſt, vt poſt ætatem Con-
ſtantini quatuor Vrbes inter ſe tam propinquas, tam magnas, ac
denique tam breui ſpatio ſubuerſas vllibi in Italia legamus.

XL. Sed illud longe acerbiſſimum contigit Italiæ, per hæc tempo-
ra. ante Olympiadem namque ſexageſimamquartam, cuius vl-
timus annus incidit de ſententia Dionyſij in annum Vrbis ducen-
teſimum trigeſimum ſecundum, Tarquinio Superbo regnante, D
Galli eruptione è tranſalpinis regionibus facta, Etruſcos prope
omnes è ſuperioris maris locis, atque Vmbros expulerunt.
quod idem lib. 7. refert. bellatum tamen eſt ad Vrbes quaſdam
diu cum illis, ita, vt per annos prope tercentum cum Italis bel-
la continenter geſſerint. quod apparebit, cum Spinam, Melpum,
vndecimque Vrbes Etruſcorum euerſas in regionibus circumpa-
danis oſtendemus. Atque ita maxima pars Italiæ ſic eſt à Barba-
ris occupata, vt incolis prioribus nihil fuerit relictum. Nam pro-
ceſſere vſque ad Senam, quam Senogalliam vocauerunt. & Tyr-
rheni quidem, duce Rhæto, ad Alpes confugerunt, quas ob id

Rhætias

Rhætias nominarunt. quod tum Liuius, tum Plinius lib. 3. cap. 20. tradunt: Vmbri autem, Tyrrheniq. ſuis locis expulſi Daunis Apulis ſe adiunxere, & aduerſus Cumas, potentiſſimam tunc Vrbem, bella mouerunt. Cumis parebat Campania cum toto tractu maritimo vſq. ad Miſenum. Peto itaq. à peritis, vt proferant mihi tempus, quo Italis tantarum regionum agri, fundiq. omnes fuerint adempti poſt ætatem Conſtantini.

Atq. hic obſeruanda duo: Primum, Tyrrhenos iccirco excidiſſe a tanta potentia, tantoq. Imperio, quod a recta gubernatione Rerump. deflectentes ad latrocinia ſe conuerterint. quod Strabo ait lib. v. Secundum, Gallos, dirutis Vrbibus circumpadanis, in vicis habitaſſe, quod infra e Polybio manifeſtum faciemus.

Ariſtodemus hoc tempore Cumarum. potentiſſimus Ciuis XLII.
Vmbros, Tyrrhenos, ac Daunios nobiliſſima victoria profligauit, cum ſub ſignis haberent illi peditum millia quingenta, (ſic eſt in aliquibus Dionyſij libris, ſed reponendum eſt quinquaginta) equitum duodeuiginti. poſt hæc Ariſtodemus Patriæ Tyrannidem inuaſit: in qua qualis fuerit, ita ſcriptor ille lib. 7. Cum frequens Senatus (Cumæorum) coactus eſt, affuit & ipſe (Ariſtodemus:) omniaq. concionabundus denarrabat ordine. Interim
C parati iam ante facinoris ſocij, ſicas habentes ſub veſte, per confertam turbam, pro curia ſtantem, inſinuati in Senatum, interemerũt omnes optimatiũ proceres, ac mox omnes è foro diffugere, domum quidam, extra Vrbem alij exceptis conſcijs. hi arcẽ, naualia, locaq. Vrbis munitiora occupant. ſequenti vero nocte, ſolutis vinctis, ac damnatis capitis, quorum magnus erat numerus, armatis vna cum amicis alijs, in quibus erant Etruſci captiui Iuuenes, ſatellitium ex his circa ſe conſtituit, &, poſtquam illuxit dies, conuocato in concionem Populo, multum in occiſos à ſe Ciues inuectus, pronunciauit, illos pœnas luiſſe meritas, toties
D ſibi appetito inſidijs, cæteris ſe afferre libertatem, & ius æquum, aliaq. bona plurima. His dictis, repletiſq. mirifica ſpe plebeijs hominibus, à duabus egregijs actionibus adminiſtrationem Reip. orſus eſt, quę ſolẽt eſſe Tyrãnidis cuiuslibet exordia, agrorũ diuiſio, & alieni æris remiſſio, in ſe curã vtriuſq. recipiẽs, Imperator creatus cauſa cõſtituendæ, & in Popularẽ formã redigẽdæ Reip. vulgo autem libenter alienorum bonorum rapinã accipiente, iã plenariam poteſtatem adeptus, aliud intulit conſilium, per quod deceptos Ciues pariter libertate omnes exſuit. Fingens enim, vereri ſe, ne quis tumultus à diuitibus in plebem cooriretur,

propter diuiſionem agrorum, & æris alieni remiſſionem, ne vel bellum in Ciuitate, ac cædes exiſterent, ait, ſe vnicum modum inueniſſe, quo caueri hoc poſſet, ſi omnes arma ex ædibus prolata Dijs dedicarent, vt queant eis vti contra externum hoſtem, ſi opus fuerit, nec contra ſe ipſos. interim rectiſſimè penes deos deponi: deinde ſequentibus diebus ſcrutatus priuatas ædes, multos bonos Viros in eis occidit, quaſi non omnes indicaſſent arma die debita. quo facto, tribus cuſtodijs Tyrannidem ſuam commu nijt: quorum vna conſtabat ex ſordidiſſimis, & nequiſſimis Ciuibus, quorum ope Reip. gubernacula optimatibus ademerat; altera, ex impijs ſeruis, quos ipſe herorum ſuorum occiſores manumiſerat; tertia, ex conducticiis Barbaris immaniſſimis. & plurima, & maxima dona dabat ijs, qui heros ſuos occidiſſent. at illi petebant etiam vxores eorum, & filias in coniugium. cæterum maſculam occiſorum progeniem, principio contemptam, poſt ea, ſiue oraculo quopiam monitus, ſiue ipſe reputans eam in ſuum ali periculum, conatus eſt omnem vna die perdere: ſed, deprecantibus id matrum maritis, apud quos alebantur pueri, pro magno munere conceſſit eis vitam, ita tamen, vt cauerent, ne quando, conſpiratione facta, molirentur aliquid contra Tyrannidem. iuſſitq. omnes ex Vrbe abire, alium aliò, & per rura ſparſos degere, procul omnibus liberalibus diſciplinis, ac ſtudijs, exercentes paſtoralia munia, & agreſtia opera facientes; mortem interminans, ſi quis eorum deprehenderetur intra mœnia. illi, relictis paternis laribus, ruri alebantur, quaſi mancipia ſeruientes Patrū ſuorum interfectoribus. &, ne vel aliorum Ciuium quiſquam fieret generoſus, ac maſculus, dedit operam, vt effeminaretur tota Vrbanæ iuuentutis educatio, ſublatis gymnaſijs, & armorum meditationibus, & mutata victus ratione, qua prius vtebantur pueri. iuſſit enim eos, more Virginum, comam alere, ac flectere; ſertiſq. redimiri, & reticulis induiq. pictis tunicis talaribus, amiciriq. tenuibus, ac mollibus palliolis, & in vmbra degere. in ludum ſaltatorium, aut euntes ad tibicinem, fidicinemue comitabantur pædagogæ mulieres, cum flabellis, & vmbellis, ipſæq. lauabant eos, pectines in balnea deferentes, & alabaſtros vnguentarios, atque ſpecula. huiuſmodi educatione corruptos vſque ad annum ætatis vigeſimum, tum demum inter viros cenſeri paſſus eſt. Cumque his, & alijs multis modis illuſiſſet, & inſultaſſet Cumanis Ciuibus, à nullo libidinum, crudelitatumq. genere temperans, iam in tuto putans ſuam Tyrannidem, ſenex tandem pœ-

A nas dedit, exciſus à ſtirpe, dijs hominibus plaudentibus. Hæc ille.

Hic interrogo cunctos peritos, an fuerit vllus in Italia poſt ætatem Conſtantini in vlla Vrbe tantæ crudelitatis? niſi ſiquis forſan proxime accedat, qui ſimul fuerit inimicus Pontificum Romanorum: qualis ille Fridericus II. & Ezelinus Romani Patauij tyrannus.

Quin toto Orbe Catholico nullus vmquam Catholicus huiuſmodi fuit. alioquin proferatur. Legimus deinde paulo poſt, Cumanos à Campanis in ſeruitutem redactos, vt habet Diodorus, B Cumaſq. miſſos è Campanis colonos.

Anno ab Vrbe condita 265. Coriolanus bellum Romæ intulit, ac Tolerinos, Bolam, Labicos, Pedum, Bouillas, Vrbes Romanis in Latio ſubiectas euertit: id accidit anno vno: quæ Dionyſius tradit lib. viij. Atqui tot Vrbes, tam breui tempore, tam anguſta in regione dirutas nunquam legimus poſt Conſtantinum. XLIII.

Anno 291. ſæuijt in Vrbe rurſus illud peſtilentiæ genus, quod fuerat Tarquinio regnante. ſic enim Dionyſius lib. ix. Neque ita multo poſt peſtilentia inuaſit mulieres, quanta numquam antea, C præſertim grauidas. immaturos enim, & mortuos fœtus effundebant, & ipſæ moriebantur. Hæc ille. XLIV.

Anno tercenteſimo contigit in Italia clades perquam memorabiliſſima. diximus ſupra, Vrbem Sybarim conditam fuiſſe ab Achæis, quæ tantæ fuit amplitudinis, vt eius ædificia ſecundum flumen protenderentur ſtadia quinquaginta: tot vero delicijs illa affluebat, vt Sybariticæ deliciæ locum fecerint prouerbio. Accidit itaque, vt exardeſceret inter Sybaritas, & Crotoniatas bellum. Sybaritis erant tercentum millia militum, Crotoniatis centum duntaxat millia. commiſſo prœlio, Sybaritę omnes ad interD necionem deleti, Vrbs à fundamentis euerſa. quod lib. xij. Diodorus narrat, & Strabo VI. Inter Sybaritas porro ea præcipue vigebat conſuetudo, vt homines innumeri quot annis ad aras ſacrificarentur. quod Dionyſius Afer his verſibus teſtatur: XLV.

Poſt hæc eſt Sybaris, perijt quæ numinis ira,
Proponens hominum tumulos caleſtibus aris.

Accedant ſcioli, & proferant, aliquid vmquam ſimile contigiſſe in Italia poſt imperium Conſtantini. dicent, Gothorum

propter diuiſionem agrorum, & æris alieni remiſſionem, ne ve A
bellum in Ciuitate, ac cædes exiſterent, ait, ſe vnicum modum inueniſſe, quo caueri hoc poſſet, ſi omnes arma ex ædibus prolata Dijs dedicarent, vt queant eis vti contra externum hoſtem, ſi opus fuerit, nec contra ſe ipſos. interim rectiſſimè penes deos deponi: deinde ſequentibus diebus ſcrutatus priuatas ædes, multos bonos Viros in eis occidit, quaſi non omnes indicaſſent arma die debita. quo facto, tribus cuſtodijs Tyrannidem ſuam communijt: quorum vna conſtabat ex ſordidiſſimis, & nequiſſimis Ciuibus, quorum ope Reip. gubernacula optimatibus ademerat; altera, ex impijs ſeruis, quos ipſe herorum ſuorum occiſores manumiſerat; B tertia, ex conducticiis Barbaris immaniſſimis. & plurima, & maxima dona dabat ijs, qui heros ſuos occidiſſent. at illi petebant etiam vxores eorum, & filias in coniugium. cæterum maſculam occiſorum progeniem, principio contemptam, poſt ea, ſiue oraculo quopiam monitus, ſiue ipſe reputans eam in ſuum ali periculum, conatus eſt omnem vna die perdere: ſed, deprecantibus id matrum maritis, apud quos alebantur pueri, pro magno munere conceſſit eis vitam, ita tamen, vt cauerent, ne quando, conſpiratione facta, molirentur aliquid contra Tyrannidem. iuſſitq. omnes ex Vrbe abire, alium aliò, & per rura ſparſos degere, C procul omnibus liberalibus diſciplinis, ac ſtudijs, exercentes paſtoralia munia, & agreſtia opera facientes; mortem interminans, ſi quis eorum deprehenderetur intra mœnia. illi, relictis paternis laribus, ruri alebantur, quaſi mancipia ſeruientes Patrũ ſuorum interfectoribus. &, ne vel aliorum Ciuium quiſquam fieret generoſus, ac maſculus, dedit operam, vt effeminaretur tota Vrbanæ iuuentutis educatio, ſublatis gymnaſijs, & armorum meditationibus, & mutata victus ratione, qua prius vtebantur pueri. iuſſit enim eos, more Virginum, comam alere, ac flectere; D ſertiſq. redimiri, & reticulis; induiq. pictis tunicis talaribus, amiciriq. tenuibus, ac mollibus palliolis, & in vmbra degere. in ludum ſaltatorium, aut euntes ad tibicinem, fidicinemue comitabantur pædagogæ mulieres, cum flabellis, & vmbellis, ipſæq. lauabant eos, pectines in balnea deferentes, & alabaſtros vnguentarios, atque ſpecula. huiuſmodi educatione corruptos vſque ad annum ætatis vigeſimum, tum demum inter viros cenſeri paſſus eſt. Cumque his, & alijs multis modis illuſiſſet, & inſultaſſet Cumanis Ciuibus; à nullo libidinum, crudelitatumq. genere temperans, iam in tuto putans ſuam Tyrannidem, ſenex tandem pœ-

nas

A nas dedit, exciſûs à ſtirpe, dijs hominibus plaudentibus. Hæc ille.

Hic interrogo cunctos peritos, an fuerit vllus in Italia poſt ætatem Conſtantini in vlla Vrbe tantæ crudelitatis? niſi ſiquis fortſan proxime accedat, qui ſimul fuerit inimicus Pontificum Romanorum: qualis ille Fridericus II. & Ezelinus Romani Patauij tyrannus.

Quin toto Orbe Catholico nullus vmquam Catholicus huiuſmodi fuit. alioquin proferatur. Legimus deinde paulo poſt, Cumanos à Campanis in ſeruitutem redactos, vt habet Diodorus,
B Cumaſq. miſſos è Campanis colonos.

Anno ab Vrbe condita 265. Coriolanus bellum Romæ intulit, ac Tolerinos, Bolam, Labicos, Pedum, Bouillas, Vrbes Romanis in Latio ſubiectas euertit: id accidit anno vno. quæ Dionyſius tradit lib. viij. Atqui tot Vrbes, tam breui tempore, tam anguſta in regione dirutas nunquam legimus poſt Conſtantinum. XLIII

Anno 29:. ſæuijt in Vrbe rurſus illud peſtilentiæ genus, quod fuerat Tarquinio regnante. ſic enim Dionyſius lib. ix. Neque ita multo poſt peſtilentia inuaſit mulieres, quanta numquam antea,
C præſertim grauidas. immaturos enim, & mortuos fetus effundebant, & ipſæ moriebantur. Hæc ille. XLIV.

Anno tercenteſimo contigit in Italia clades perquam memorabiliſſima. diximus ſupra, Vrbem Sybarim conditam fuiſſe ab Achæis, quæ tantæ fuit amplitudinis, vt eius ædificia ſecundum flumen protenderentur ſtadia quinquaginta: tot vero delicijs illa affluebat, vt Sybariticæ deliciæ locum fecerint prouerbio. Accidit itaque, vt exardeſceret inter Sybaritas, & Crotoniatas bellum. Sybaritis erant tercentum millia militum, Crotoniatis centum duntaxat millia. commiſſo prœlio, Sybaritę omnes ad inter-
D necionem deleti, Vrbs à fundamentis euerſa. quod lib. xij. Diodorus narrat, & Strabo VI. Inter Sybaritas porro ea præcipue vigebat conſuetudo, vt homines innumeri quot annis ad aras ſacrificarentur. quod Dionyſius Afer his verſibus teſtatur: XLV.

Poſt hæc eſt Sybaris, perijt quæ numinis ira,
Proponens hominum tumulos cæleſtibus aris.

Accedant ſcioli, & proferant, aliquid vmquam ſimile contigiſſe in Italia poſt imperium Conſtantini. dicent, Gothorum

tempore: vt prompti ſunt ad inania aſſeueranda. atque ego clariſſime oſtendam, longe ſecus eſſe, ac falli, qui ita affirmant. A

XLVI. Maxima poſt hæc Crotoniatæ clade affecti ſunt, cum centum triginta millia militum adduxerunt aduerſus Rheginos ad Sacrũ Flumen, à quorum decem milibus interfecti illi. ex eo factum, vt Crotoniatarum res fuerint in poſterum ſemper acciſæ; tantus fuit occiſorum numerus. quod lib. vj. Strabo refert.

XLVII. Anno 303. leges duodecim Tabularum ſancitę. In his illa atrociſſima, quam Gellius refert lib. xx. cap. i. his verbis: Aeris confeſſi, inquit, rebuſq. iure iudicatis, triginta dies iuſti ſunto: poſt deinde manus iniectio eſto, in ius ducito, ni iudicatum facit, aut B quis endo eo in iure vim dicit, ſecum ducito, vincito; aut neruo, aut compedibus quindecim pondo, non minore; aut, ſi volet, maiore vincito. ſi volet, ſuo viuito: niſi ſuo viuit, qui eum vinctum habebit, libram farris endo dies dato: ſi volet plus, dato. Et mox: Tertijs autem nundinis capite pœnas dabant, aut trans Tiberim peregre venum ibant. quod ſi plures erant, inquit idem, quibus reus eſſet iudicatus, ſecare ſi vellent, atque partiri corpus addicti ſibi hominis, poterant. Hæc ille. Quibus quid, quæſo, vel infelicius, vel crudelius? Atque hæc ſcilicet erat eorum temporum fælicitas: qua fruantur licet, qui eam laudant, ſi volent. C

XLVIII. Anno 357. Romani, Duce Camillo, Vrbem Veiorum potentiſſimam diruerunt. teſtatur Dionyſius, illã neque amplitudine, neq. ædificijs inferiorem fuiſſe Athenis. de illa ſic Liuius lib. v. Hic Veiorum occaſus fuit, Vrbis opulentiſſimæ Etruſci nominis, magnitudinẽ ſuam vel vltima clade indicantis; quod decẽ æſtates, hiemeſq. continuas circumſeſſa, cum plus aliquanto cladium intuliſſet, quàm accepiſſet, poſtremo iam fato quoq. vrgente, operibus tamen, non vi expugnata eſt. Hæc ille: addens, magnitudine Romæ non fuiſſe inferiorem: cum tempore hoc ſeptem colles cõplecteret, vt Dionyſius lib. iv. habet. Ridendus vero eſt neſcio D quis ſcriptor, qui tempore Dionyſij vult exiguas fuiſſe Athenas, neq. magnitudinem ſuam nactas: cum vixerit ille imperante Auguſto, quo tempore maximè illæ florebant.

XLIX. Eodem anno Galli Vrbes nobiliſſimas ſolo æquarunt, Melpum opulentia præcipuum, vt ſcribit Plinius lib. 3. c. 17. & Spinam, quæ tanta erat olim, vt imperium maris habuerit, inquit Strabo lib. v. quin videntur æquaſſe ſolo Galli Vrbes vndecim è duodecim, quas trans Apeninum circa Padum condiderant Etruſci, vt di-

A vt diximus. nam Plinius lib. 3. cap. iij· ſolam Mantuam ſuper-
ſtitem fuiſſe ex illis duodecim Vrbibus. ſcribit.

Sub hæc etiam tempora Dionyſius Cauloniam, Hipponiumq. L.
Vrbes inſignes ſubuertit, agrum Locrenſibus dedit, Rhe-
ginos omnes in ſeruitutem adduxit; quod ſcribit Diodorus
lib. xiv. LI.

Anno 364. Galli Vrbem ceperunt, ac diruerunt omnem, Ca-
pitolio excepto. quo circa, cum Camillus eos deinde viciſſet, ac
fugaſſet, vix fuit, quin Romani Veios migrarent, Romæ nihil
non dirutum conſpicientes. quod lib. v. Liuius narrat. Atqui poſt
B imperiũ Conſtantini nũquã contigit, vt Roma tota fuerit euerſa.
nam Totilas tertiam dumtaxat illius partem deiecit: vt Proco-
pius, qui vidit omnia, teſtatur lib. belli Gothici tertio. LII.

Iam verò, per annos tercentum ſexaginta quatuor, quos re-
cenſuimus, nullibi propè quies à bellis in Italia fuit. Et quidem
de Romanis conſtat, ijs nullam fuiſſe vmquam pacem, niſi Nu-
ma regnante, qui ſolus dicitur Ianum clauſiſſe. ac de nonnullis
alijs ſupra diximus. Sed præterea Phocenſes diu cum Tyrrhenis
occupata Corſicæ parte pugnarunt: victi verò Phocenſes Rhe-
gium confugientes Hielam condidere. quod Herodotus lib. i.
habet; & cum Locrenſibus diù bellarunt, vt refert Diodorus
C lib. xii. Iapyges cum Tarentinis, Tyrrheni cum Cumæis, vt
ſcribit Diodorus lib. xi. Græci Italiæ Coloni cum Dionyſio pri-
mo Syracuſarum Rege bella habuerũt. quod habet lib. xii. Iidẽ
porrò Tyrrheni, cum latrocinijs infeſtum mare haberent, vt in-
ter alios Strabo narrat lib. v. occaſionem dederunt eidem Dio-
nyſio, vt, claſſe comparata, maritimos eorum tractus populare-
tur, Apollinisq. templum ſupra opinionem ditiſsimum ſpo-
liaret, ablatis inde talentis mille, quæ eſt ſumma ſcutatorum ſe-
ptingentorum viginti millium, numerando decem Iulios pro
quolibet ſcutato. Agyllenſes porrò prœlijs aliquot fudit, agroſq.
eorum vaſtauit. quod lib. xv. refert. quin idem Parijs adiunctus
Vrbem Liſſam condidit in Hadriatico mari, longe maxima om-
nium ſecum verſans. At Samnites, longo bello fatigatis Etruſcis,
qui Vrbem Vulturnum tenebant, in ciuitatem recepti ſunt. an-
no autem 331. iuxta Liuium, eã nocte de improuiſo adorti, cun-
ctos trucidarunt; Capuãq. Vrbem dixere. quæ refert ille lib. iv.
at lõge omniũ fuit Italiæ luctuoſiſsimũ, quod Galli anteannũ 232.
irruperunt in Italiã, & illi per annos tercentũ nullum nõ vaſtitatis
genus perpetua bellorum ſerie intulerunt, ac Tyrrhenos e cir-
cum-

cumpadanis locis, Vmbroſq. vſque ad Senogalliam fundis omnibus ſpoliatos eiecerunt. quæ refert inter alios Polybius lib 2. A

His cognitis, quæ potuit eſſe pars fælicitatis Italiæ per annos tercentum ſexaginta quatuor, durante adhuc multis in locis hominum ſacrificandorum more, cum præcipuę Vrbes dilaniarentur à Tyrannis tam truculentis? cuius omnia latrocinijs erant infeſta? quæ peſtilentijs adeo inſolitis, ac ſoboli procreandæ pernicioſis vexaretur? incolæ vero illius tot vno prœlio abſumerentur, quot in Sybaritarum, Crotoniarumque internecione diximus? tot, tamq. inſignes Vrbes euerterentur, tam breui temporum ſpatio? qualis eſt Sybaris, Veij, Hipponium, Caulonia, Tolerini, Bola, Lauici, Pedum, Bouillæ, Alba, Politorium, Tellena, Ficana, Medullia, Spina, Melpum, & quæ reliquæ erant ex vndecim Ciuitatibus Etruſcis, ipſa denique Roma? cuius ampliſsimas Regiones Barbari, prioribus incolis eiectis, occuparunt? & in cuius celeberrima Vrbe lex adeo fera in debitores extaret? quæ in nulla denique ora ſtabilem quietem ab armis per tot annos haberet? Quorum nihil contigit poſt ætatem Conſtantini, niſi quid ſimile acciderit iniurioſe habito Pontifice Romano, vt aperiemus. B

C

Dionyſii Tyrannis: Bruttiorum factiones: Volſcorum, Auruncorum, Aequorum ciuitates, Metapontum, Pandoſia, Thebęq. euerſę: Græci Italici miſerabiliter deleti: Italicorum, Romanorumque maximæ clades: peſtis diriſſima, Vulſinium dirutum: gladiatores inſtituti: crudelitas Hannibalis: ſtrages Romanorum: Apulorum Bruttiorum, Lucanorumq. vrbes exciſæ; ipſi deleti: Galli Ciſalpini omnes extincti, aut expulſi.

Cap. VI. D

SI quod vmquam luctuoſum tempus Italiæ fuit poſt diluuia Deucalionis, ac Phaetontis incēdia, ſequens re vera apparebit eſſe à Roma capta, vſque ad Auguſti Principatum, qui fuit Vrbis anno 720. Hoc enim ſingulæ propè gentes illius, Vmbris aliquot, ac Liguribus exceptis, ad internecionem deletæ, vel à Ro-

à Romanis, vel ab Hannibale, Vrbes innumeræ, ac præſtantes à fundamentis euerſæ, factæ Italorum cruentiſsimæ ſtrages, introducti mores efferatiſsimi, & crudelitatis immaniſſimæ edita exempla per annos tercentum quinquaginta paulo amplius.

Anno igitur, vt Liuius numerat, *368.* vt alij, *366.* Romani diruerunt oppida duo, ſiue Vrbes ignobiles in Etruſcis, Corenoſsi, & Corenebram. quod Liuius lib. viij. tradit, ſed hoc magni forſan haud æſtimabitur. iccirco neque annumeretur cladibus, quod oppida iſta non fuerint è celeberrimis Italiæ totius. Ad alia veniamus.

B Sub hæc tempora Dionyſius Iunior Tyrannus ob infanda ſcelera à Syracuſanis eſt eiectus. ſed, cum magnum in Italia imperium ad ſe à Patre tranſmiſſum adhuc haberet, & in Apulia duas Vrbes ædificaſſet, inquit Diodorus li. xvj. Locros ſe recepit, quod Pater innumeris Locrenſes beneficijs affeciſſet, & inde oriunda eſſet mater ipſius. Locris fuit ſex annis. quale fuerit ibi ipſius regnum, ſic Iuſtinus lib. xxj. Exul (Dionyſius) à Locrenſibus ſocijs acceptus, veluti iure regnaret, arcem occupat, ſolitamq. ſibi ſæuitiam exercet: coniuges Principum ad ſtuprum rapi iubebat: virgines ante nuptias abducebat; ſtupratasq Procis reddebat: LIII.
C locupletiſſimos quoſque aut ciuitate pellebat, aut occidi imperabat; bonaque eorum inuadebat. dein, cum rapinæ occaſio deeſſet vniuerſam ciuitatem callido commento circumuenit. Cũ Rheginorum tyranni Leophronis bello Locrenſes premerentur, vouerunt, ſi victores forent, vt die feſto Veneris, Virgines ſuas proſtituerent. Quo voto intermiſſo, cum aduerſa bella cum Lucanis gererent, in concionem eos Dionyſius vocat: hortatur, vt vxores, filiaſq. ſuas in templum Veneris, quàm poſsint ornatiſſimas, mittant: ex quibus fortè centum ductæ, voto publico fungantur, religioniſq. gratia, vno ſtent in lupanari menſe, omnibus ante iuratis viris, ne quis vllam attaminet. Quæ res ne virginibus, voto Ciuitatem ſoluentibus, fraudi eſſet, decretum facerent, ne qua virgo nuberet, priuſquam illæ maritis traderentur. Probato conſilio, quo & ſuperſtitioni, & pudicitiæ virginum conſulebatur, certatim omnes fœminę impenſius exornatę, in templum Veneris conueniunt: quas omnes Dionyſius immiſſis militibus ſpoliat, ornamentaq. matronarum in prædam ſuam vertit. Quarundam viros ditiores interficit, quaſdam ad prodendas virorum pecunias torquet. Cum his artibus per annos ſex regnaſſet, conſpiratione Locrorum Ciuitate pulſus, in Siciliam

D

liam redit. Ibi Syracuſas, ſecuris omnibus, poſt longam intercapedinem pacis, per condicionem recepit. Hæc ille. Eadem Strabo lib. VI. & maiora. Hæc igitur fælicitas Italiæ hoc ſæculo, vt experiretur Tyrannos, quales numquam poſtea poſt imperium Cõſtantini. A

Huius Dionyſij tempore, non ſuperioris, accidiſſe putamus, vt Ancona fuerit a Siculis eius imperium intolerabile fugientibus, ædificata. quod Solinus, ac Diodorus ſcripſere.

LIV. Anno 394 contigit in Italia res, qualis neq. antea, neq. poſtea ad cladem ſimilis eueniſſe ſcribitur. Circa Lucaniam colluuio, inquit Diodorus lib. XVI. quædam hominum omnium, fermè fugitiuorum, è locis varijs in vnum confluxit. paſsimq. primo latrocinabatur, deinde & excubias agendo, & incurſionibus crebris, alijſq. exercitationibus cœpit aſſuefacere ſe ad militares ordines ſeruandos. itaque iuſta acie cum locorum eorum cultoribus congreſsi, ſemper victores euadebant; auctiſq. viribus ad Vrbium oppugnationem conuerſi, Terinam Vrbem captam diripuerunt. poſtea, in ditionem ſuam redactis Arponio, Thurijs, & alijs aliquot Vrbibus, ſibi ſuam Remp. inſtituerunt. vocatiq. ſunt indigenæ appellatione Bruttij, quod eorum pleriq. ſerui eſſent. vernaculo enim ſermone Fugitiui appellabantur Bruttij. Hæc Diodorus. Eadem Strabo lib. VI. qui Regionem ipſorum pertinere ad ſpatium mille tercentum, & quinquaginta ſtadiorum ſcribit, quæ ſunt milliaria centum ſeptuaginta vnum, & amplius. Ac tantos ſcilicet terrarum tractus his temporibus latrones, ſeruiq. fugitiui, prioribus dominis ademptos, occupauerunt, & vſq. ad Hannibalem fugatum tenuere, per annos centum octuaginta, & amplius. Hæc nimirum tunc Italiæ fælicitas, qua frui cupiunt impij, vt latrones amplisſimas oras dominis veteribus auferant, ac potiantur. B C

LV. Cum tercenteſimo ac nonageſimo quinto anno Tarquinienſes acie Romanos viciſſent, tercentum ac ſeptem ex eis immolarunt. quo circa Romani ſecundo poſt hæc anno innumeros è Tarquinenſibus occiderunt, ac tercentum quinquaginta octo nobiliſsimos ſecuri percuti iuſſerunt in foro Romano. è quibus colligimus, in Etruria morem vigiſſe hominum ſacrificandorum. tanta erat illorum temporum beatitudo. D

LVI. Anno 407. Satricum Volſcorum præcipua Vrbs diruta eſt à Romanis. ſeruorum quatuor millia ex eo capta, totidem arma geſtantium accepta in deditionem, præter imbellem turbam: vt

ex eo

A ex eo colligere poſſimus, fuiſſe inſignem Vrbem. Hæc refert Li-
uius lib. VII.

Decimo octauo autem, ſiue ſexto, vt numerant alij, Aurunca LVII.
Vrbs Auruncorum diruta eſt à populis Sidicinis. quæ Liuius lib.
VIII. narrat & VII.

Sed quadringenteſimo Aequorum natio frequens, ac celebris LVIII.
ad internecionem deleta eſt à Romanis; captaq. ſunt vnum &
quadraginta oppida: quorum pleraque diruta ſunt, atque incen-
ſa, inquit Liuius lib. IX. ad finem. Oppidum porro, & Vrbs, idẽ
Larinis: licet parum periti ſecus opinentur. En quæ fælicitas
B fuerit his temporibus Italiæ colonis. atque hoc eſt, quod ait Pli-
nius lib. 3. c. 12. in Aequicolis interijſſe quatuor Populos, Comi-
nos, Tadiates, Aceicos, Alfaternos.

Dictum eſt, à Lucanis geſta in Locrenſes bella. quibus tem- LIX.
poribus eueniſſe exiſtimamus, quod vult Strabo lib. VI. vt à Sam
nitibus, quorum ſoboles ſunt Lucani, fuerit exciſum Metapon-
tum, Ciuitas olim celebrioribus Italiæ adnumerata. Hanibal
543. Metapontinos omnes è ſuis ſedibus, deſerta omnino Ciui-
tate, in Bruttios traduxit. quod Liuius lib. XXVII. narrat.

C Durauerunt autem bella hæc inter Lucanos, & alios populos, LX.
qui è Græcia quondam diſceſſerant, & Italiam petierant, do-
nec deleti fuerunt, & exacti omnino è Magna Græcia per Brut-
tios, & ad Sacellum Draconis profligati, vt aperiemus. Interim
vero, prementibus Lucanis, ac Samnitibus, illi aduocaue-
runt auxilio Archidamum Ageſilai Spartanorum Regis fi-
lium, Cleonymum, Agathoclem, Alexaudrum Moloſſorum
Regem, qui interfectus eſt anno 419. vt habet Liuius lib. VIII.
ad Pandoſiam Lucanorum Vrbem. Sæuientibus autem bellis
euerſæ ſunt Pandoſia, ac Thebæ, celeberrimæ Vrbes, vt Plinius
D nos docet lib. 3. cap. XI. & Strabo lib. VI. Atque ita tum nihil
tranquilli aditiſſimis prœlijs in Italia fuit, tum dirutæ Vrbes om-
nium maxime inſignes.

Hoc igitur ſæculo accidit, vt populi Græci, qui in Italia erant,
à Lucanis fuerint, prœlio cõmiſſo ad Sacellum Draconis, deleti. LXI
quod Strabo lib. VI. principio docet. nullas enim fuiſſe vires
poſthac legimus populis vllis, qui ex antiquiſſimo tempore,
vt oſtendimus, è Græcia profecti, colonias in Italia duxerint. hinc
Tarentini pugnaturi aduerſus Romanos, non modo Epirota-
rum Regem Pyrrhum coacti fuerunt aduocare, ſed & imperium
illius accipere. quod eodẽ libro ille narrat, ac Liuius XXIIJ. Iuſti-

nus xviij. Plutarchus in Pyrrho. atque ita tum ſoli Tarentini videntur ſuperfuiſſe, qui loco aliquo forent inter Italici ſoli incolas antiquitus è Græcia profectos. Hinc legimus apud Liuium lib. xxiv. Vrbem Crotoniatarum tempore Hannibalis prope deſertam. A

LXII. Anno quadringenteſimo quinquageſimo quinto, Liuius habet ſeptimo, Oroſius quinquageſimo, Samnites, Vmbri, Etruſci, & Galli, qui in Italia conſederant, aduerſus Romanos conſpirarũt, collatis ſignis, ex Italicis periere vigintiquinque hominum millia, è Romanis octo millia ducenti. quod ſcribit Liuius, lib. x. eodemq. anno, vt hic refert, Peruſinorum, & Cluſinorum perempta amplius tria millia. Atqui poſt ætatem Conſtantini ex Italicis numquam prelio vllo tot cecidere, vt nos docuimus ſigno de ſumma pace. ætate auorum noſtrorum maxima omnium ſtrages contigit ad Rauennam. cæſa, qui plurimum dicunt, vtrimq. hominum ſexdecim millia volunt. hæc autem duplo amplius. B

LXIII. Verum quadringenteſimo quinquageſimo ſeptimo incredibilis eſt edita Samnitum cædes. ad Aquiloniam namq; pugna eſt commiſſa, & eorum fuere interfecta triginta millia. rurſus ad Herculaneum decem millia, ad Sæpinum vero ſeptem millia quadringenti: Cominiumq. & Aquiloniæ ipſorum primariæ Vrbes euerſæ. quod lib. x. Liuius refert. Numquid ſimile eſt in Italia auditum poſt imperium Conſtantini, vt ex vna natione Italica vno anno quadraginta ſeptem millia necarentur? C

LXIV. Anno, vt computat Oroſius, 464. cum Romani mouerent in Tarentinos, illi, Pyrrho in auxilium aduocato, prœlium conſeruere apud Herculanum Campaniæ Vrbem, interfectaq. ſunt quatuordecim millia octingenti octuaginta. à qua ſumma Dionyſius haud diſſentit, quindecim millia referens. Vnus Hieronymus ſeptem tantum narrat, vt vult Plutarchus, præter equites ducentos quadraginta duos. Quod numquam poſt ætatem Conſtantini obtigit. Rurſus in Apuliæ finibus eſt pugnatum. Romanorum cæſa ſunt quinq. millia, hoſtium viginti millia, qui prope omnes Italici erant, vt è vita Pyrrhi in Plutarcho apparet. Eadem Zonaras. D

LXV. Quadringenteſimo autem, & ſexageſimo nono interfecta ſunt Romanorũ millia tredecim ab Etruſcis, & Gallis. quod lib. 2. Polybius narrat; Cæciliuſq. Prætor cum ſeptem tribunis interfectus.

Sequenti autem, Romani conflixere cum Samnitibus, Tuſcis, & Gal-

A & Gallis Senonibus, tantáq. ijs cladem intulere, vt Galli Senones deleti omnino fuerint; ac Senogallia Romanorum colonia effecta. Cumq. poſt aduentum Gallorum Italiæ finis fuiſſet Aeſis fluuius, ex hoc Rubico, qui ſecus Ariminum fluit, eſſe terminus cœpit.

Vſque ad hoc tempus neceſſe eſt contigerit jam, quod ſcribit Plinius lib. 3. cap. 5. vt è Latio interierint Populi Quinquaginta tres ſine veſtigijs, inquit ille, cum nullum poſtea legatur ex hoc tempore excidium contigiſſe vllius Vrbis Latinæ, antea non ita, cum bella Latini, ac Romani inter ſe multa geſſerint, & Galli LXVI.

B multa vaſtarint.

Et illud etiã neceſſe eſt acciderit, quod refert eodẽ libro cap. xiv. ex Vmbris interijſſe tredecim Populos, quos ipſe nominatim recenſet. LXVII.

Anno 477. peſtilentia Romæ maxima ſæuijt tum in omnes, tũ maxime in prægnantium genus, ita, vt matres cum fœtibus interirent: quod iam quater accidiſſe in Italia memorauimus. meminit huius non modo Oroſius lib. 4. cap. 2. ſed Auguſtinus etiã lib. de Ciuitate Dei 3. cap. 17. LXVIII

Sequenti anno, vt quidam numerant, iterum fuſi ſunt Italici, LXIX.

C qui Pyrrhum Regem Epirotarum ducem reuocauerant è Sicilia, à Romaniſq. interempta ſunt illorum viginti tria millia, vt eſt apud Iuſtinum. Eutropium, & Zonaram.

Anno 489. Vulſinium opulentiſſima, ac maxima Etruriæ Vrbs à Romanis eſt diruta, Romamq. illinc aſportata duo millia ſtatuarum, tanta erat illius magnificentia. quod Plinius lib. xxxiv. cap. 7. refert, Zonaras, Oroſius lib. 4. c. 5. quamobrem Romanis eſt obiectum, non aliam fuiſſe cauſam, vt excinderent tantam Vrbem, niſi vt ſtatuis huiuſmodi Romam poſſent ornare. LXX.

Anno 490. vt aliqui colligunt, dati ſunt primum publicè ludi

D gladiatorij à M. & D. Brutis in funere Patris eorum. quod Valerius Maximus teſtatur, & Florus lib. xvi. Hinc Auſonius:

Tres primas Thracum pugnas tribus ordine bellis.
Iuniadæ patrio inferias miſere ſepulchro.

Ex hoc tempore ſunt inſtitutæ mortalium lanienæ publicæ in Vrbe propter huiuſmodi morem: ita, vt Traianus decem millia gladiatorũ dederit vno munere. Antiquiſſimus porrò mos erat,

vt hæc alibi fierent in funeribus, vt ex Homero, & Virgilio conſtat. quare Samnites in conuiijs hæc exhibebant, vt Strabo lib. v. ad finē refert, & latè narrat Lipſius Saturnalibus ſuis. quibus addo, quod ille omittit, in his ſpectaculis ſolitos aliquos occiſorum ſanguinem diffluentem bibere. quod Plinius refert lib. xxviij. cap. 1. Hęc ſcilicet illorum temporum beatitudo. A

LXXI. Anno 497. capto, profligatoque in Africa Regulo, triginta millia Romanorum ſunt occiſa, quindecim capta. quod Zonaras tradit, Florus in Epitome lib. xviij.

Obſeruandum porro, ab anno 416. bella geri cœpta à Romanis aduerſus Ligures, & Gallos Ciſalpinos, vt notat Eutropius; neque vmquàm ceſſatum, vſque ad hos deletos; illos autem quindecies triumphatos. anno certe 528. Gallorum quadraginta millia occiſa, qui in Etruriam venerant; ac Romam, quaſi iterum ſubuerſuri illam, properabant. quæ Polybius refert, & Sigonius in Commentarijs Faſtorum adnotauit. Neq. illud omittendum, ante hæc tempora nullam fuiſſe Romanis horarum diſtinctionem: diei tempora, ortu, occaſu, & meridie notabantur. primo bello Punico horologium ſolarium Romæ eſſe cœpit, & longe poſt ex aqua factum. quæ Plinius tradit lib. VII. cap. 60. B C

LXXII. Anno 535. Hannibal in Italiam venit cum copijs innumeris, ac truculentiſſimis, ac primo prœlio Romanos propè Placentiam ad amnem Trebiam fudit. Romanis erant ſuorum duodeuiginti millia, ſociorum viginti millia. quot ceciderunt, non inuenimus. funeſtiſſimam fuiſſe cladem, liquet ex eo, quod inter memorabiles numeratur, & animos Romanorum dicta eſt maxime conſternaſſe, vt habet Liuius lib. XXI. Polybius III.

LXXIII. Enimuerò Hannibal nullum nō crudelitatis exemplum in Romanos, eorumq. ſocios, ac ſtudioſos omiſit. iuſſit enim ſuis, vt quēcumq. obuiū nacti eſſent in itineribus faciendis obtruncarēt, nulla venia data, neq. vllū precibus, aut deditioni locū relinquerent, vt idem Polybius refert. atq. ita, vt oſtendemus, Italiam totam peragrauit, & ſæpius per annos ſexdecim circuiuit, ferro, ignique cuncta vaſtans, & ſubuertens. D

LXXIV. Anno 536. Hannibal, ad Lacum Thraſimenum commiſſa iterum pugna, victor illorum, quindecim millia neci dedit, vt habet Liuius lib. xxij. & Polybius 3.

LXXV. Sed omniū funeſtiſſima clades illa fuit, quæ ad Cānas eſt accepta. de qua ſic Liuius lib. eodē: Quadraginta millia peditum, duo

millia ſeptingenti equites,& tanta propè Ciuiū, ſociorumq. pars cæſi dicuntur.Hæc Liuius.De cuius ſententia dicendū eſt, Romanorum, & Italicorum perempta millia propè octuaginta hoc prœlio à Pœnis.qualem ſanè cladem nullibi vmquā ne dum Romani, & Italici, ſed neque Catholici, ideſt Pontificiæ poteſtatis cultores retuliſſe ſcribuntur.

Atqui Mago, frater Hannibalis,ad Senatum Carthaginenſem poſt hanc pugnam miſſus,in eo aſſeruit, à fratre in Italia fuiſſe interfecta hominū millia ducenta ad eam diem. quod eſt apud Liuium lib. xxiij. annumerabat ille; quicumq. in itineribus faciendis obuij necabantur, aut in expugnatione Vrbium velitationibus, minoribuſq. certaminibus peribant.

Anno 536.vt numerat Liuius,Romani in Apulia,& Lucania perere merūt Italicorū,& hoſtiū vigintiquinq. millia,ſcribit idē lib.xxiv. LXXVI

Quingenteſimo deinde ac trigeſimo octauo, Hannibal occidit Romanorum octo millia,qui Marco Centeuio Penula Duce congredi cum ipſo fuerant auſi, at quadrageſimo peremit idem Romanorum, ſociorumq. tredecim millia, Cn. Fuluio Proconſule profligato. quæ ſumma eſt millium viginti, & vnius. At vix reperias tot Italos duobus prœlijs ab eodem Duce vmquam tam breui temporis ſpatio necatos. LXXVII.

C Eodemq. anno à Fuluio deleta eſt Nuceria, Acerræq. ex parte ſunt incenſæ. LXXVIII.

Verum minora ſunt hæc, ſi audiamus Strabonem,qui ſic lib.6. reſpiciens vaſtitates ab Hannibale illatas Italiæ: Hæc etiam (inquit) omnis regio Iapigiæ aliquando copioſa admodum mortalium multitudine florebat, & tredecim Vrbes habuit. nunc autem,excepto Tarento,atq. Brunduſio, cætera exigua ſunt oppidula: adeò abſumptæ ſunt eorum vires. Ita ille poſt annos ducentos,& amplius duraſſe adductas ab Hannibale clades, vndecimq. Vrbes exciſas narrat. LXXIX.

D Rurſus idē de Apulia Daunia,& Peucetia eodē libro Priori (ait) tēpore vniuerſę huius terrę ſecūda fortuna florebat:poſteà vero,& Hannibal,& ſequentia bella deſertā eam reddiderunt.Ita Strabo. LXXX.

Qui & addit,ſuo tēpore Argyripā, Canuſiūq. quas Italicarū maximas aliquando fuiſſe Vrbes ſcribit,apparuiſſe deletas. quod ſi Italicarū maxime erant, Sybarim, Crotonemq. amplitudine ſuperabant, atq. ita Romæ haud cedebant, vt oſtendemus. LXXXI

Ac lib. v. teſtatur,Picentiam, Picentū metropolim,fuiſſe à Romanis exciſam,propter initam cum Hannibale ſocietatem. LXXXII.

Et ſexto: Ab Lao ſane, ait, prima Vrbs Bruttiæ extat Temeſa, quam Auſonij condiderunt. noſtræ autem ætatis homines eã Tempſam vocant. poſt illos eam habitauerant Thoantis comites Aetoli, quos eiecere Brutij, Bruttios de hinc & Hannibal, & Romani funditus extinxere. Sic ille, qui Lucanos eodem modo à Romanis, & Hannibale deletos refert lib. v. ad finem. A

LXXXIII. Ab eodem Hannibale euerſam Terinam ſcribit idem lib. eodem, & Crotonem Vrbem, quæ in circuitu duodecim millibus paſſuum patebat. quod Liuius lib. xxiv. teſtatur; atq. ita prope par Romæ erat amplitudine. nam Plinius lib. 3. cap. 5. ait, Romã non habuiſſe in ambitu, Veſpaſiano imperante, niſi paſſuum tredecim millia ac ducentos. Sic itaque per annos ſexdecim, quibus in Italia fuit Hannibal, miſcens omnia, vaſtanſque incendijs, ac ferro, fuerunt, inter alias, euerſæ Vrbes decem, & nouem aliàs præclaræ, & inſignes. B

LXXXIV. Si quis autem ſcire cupit, quot millia Romanorum ceciderunt, quo tempore fuit Hannibal in Italia, colligere id poterit è cenſibus actis. anno enim 533 cenſa ſunt Romæ ciuium ducenta ſeptuaginta millia, ſed quadrageſimo quarto centum decem ſeptẽ millia. ſic itaq. intra annos vndecim interempta ſunt Romanorum centum quinquaginta millia. His adnumerandi, qui intra iſtos annos ſunt nati, quos non pauciores millibus quinquaginta, ac plures etiam, quiuis dicet. ita, vt non temerè affirmari poſſit, hominũ ducenta millia perempta per annos ſexdecim. quod numquam contigit poſt ætatem Conſtantini. C

LXXXV. Sed illud haud prætereundum, quod Liuius lib. xxii. tradit, anno 535. ex fatalibus libris in foro boario fuiſſe viuos defoſſos Gallum, & Gallam, Græcum, & Græcam, cum prius hoſtijs humanis locus ille fuiſſet imbutus contra Romanorum morem, & 547. cliuus publicus ad ſolum eſt exuſtus, magnaq. aquarum diluuia fuerunt. quod idem lib. xxx. ſcribit. D

Accedant huc itaq. noſtrorum temporum momi, ac doceant, num fuerit vllum tempus in Italia, quo tot Vrbes appareant exciſæ, tot Populi deleti, quot annis iſtis ſexdecim. Protinus exclamabunt temporibus Gothorum peiora contigiſſe. Ita ne? Atqui Procopius, & Agathias eorum facta ſigillatim recenſent, & ſingulis annis deſcribunt; ac neque tres Vrbes ab eis euerſas narrant. euoluant iſtos ſcriptores, qui vixere ætate illa, & Procopius in Italia tum verſabatur, ac loqui veriora diſcant.

LXXXVI. Sed numquid hic cladium tantarum finis? Audiamus atrociora.

A ra. Exceſſit Italia Hannibal anno 550. at 554. vel, vt alij nume-
rant, 52. Liuius ait, 47. & 50. vt hic vult, L. Fuſius Ciſalpinorum
trigmta quinque millia cecidit. quod lib. xxxi. refert, & anno
553. Cornelius conſul Inſubrum totidem necauit. quod lib. xxiij.
idem narrat, Claſtidiumq. eſt incenſum. & 554. Marcellus prœ-
lium conſeruit cum inſubribus, & Comenſibus, quos Italicos di-
cimus; eorumque millia quadraginta, & amplius occidit. quod
Liuius narrat lib. xxxiij. I nunc, & omnia perueſtigato: & nũquã
comperies, poſt imperium Conſtantini tantam Italicorum cæ-
dem commiſſam. Incenderant illi anno 553. Placentiam, cun-
B ctoſq. occiderant, duobus millibus exceptis, qui ſe in Vrbis
ruinas abdiderunt, vt Liuius, & Zonaras habent.
Ruſus anno 556. cæſa ſunt à Romanis Boiorum, qui Italici LXXXVII
poſt tot ſæcula facti erant, quatuordecim millia, peremptis Ro-
manorum, ac Sociorum quinq. millibus: vt ſumma ſit omnium,
decem & nouem millium.
Eodemq. anno, Q. Minucius Ligurum necauit nouem millia: LXXXIIX
& ſequenti, quatuor. quod nulli genti Italicæ poſt Conſtanti-
num legitur accidiſſe.
Verum anno 557. P. Cornelius Boiorum necauit in acie vi- LXXXIX.
C ginti & octo millia, amiſſis ſuorum mille quadringentis octua-
ginta quatuor. quæ Liuius refert lib. xxxv.
Ex hoc tempore Galli Ciſalpini nil amplius in Romanos mo- XC.
uerunt, quod omnes fuerint deleti. Sic enim Strabo lib. v. Pri-
*ſcis igitur, vt dixi, temporibus plurimæ Gallorum gentes flu-
uium (Padum) incolebant, è quibus ampliſſimi fuerunt Boij In-
ſubres, & qui olim Geſatis iuncti Senones Romana per impetum
potiti ſunt Vrbe, hos vero Romani poſterioribus annis funditus
deletos perdiderunt.* Hactenus Strabo. Vt cognoſcamus, quæ
fuerit Italicorum condicio. Italici namq. hi fuerant per tot ſæcu-
a effecti. Teſtatur porrò ibidem Strabo, Gallos omnes habita-
e *vicatim, ac Mediolanum fuiſſe vicum, cum ſubuertiſſent Vr-
es vndecim, quas Etruſci ædificauerant poſt annum ab Vrbe
ondita ducenteſimum trigeſimum ſecundum. atque ex eo vſq.
l hæc tempora circumpadanæ regiones per annos tercentũ
us minus non niſi vicos habuerunt.*
Anno 561. non nullis placet accidiſſe illud diluuium, quo in
ro Pomptino diuiſo ſub annum 373. vt eſt apud Liuium lib. vi. XCI.
merſę ſunt viginti Vrbes: quod tradit Plinius lib. 3. c. 5. ſcri-
s, ętate ſua Paludes ijs in locis fuiſſe, & Romæ plana anno

eodẽ

eodē duodecies inundata a Tiberi fuerūt, teſte Liuio lib. xxxviij. A

XCII. Anno 552. vel 574. vt Liuius numerat, C. Valerius Conſul occidit Ligurum quinque millia: & anno ſequenti totidem P. Mucius: at ſeptuageſimo quinto decem millia M. Popillius Conſul, amiſſis ſuorum tribus millibus. quod Liuius refert lib. xlij. qui narrat, tunc Ligures ad tantā paucitatem redactos, vt non niſi decem millia eorum, qui geſtare arma poſſent, numerata ſint. & tamen ampliſſimæ illorum regiones erant. Et ſane nuſquā poſtea legitur geſtum bellum cum Liguribus Ciſalpinis, tantum cū Tranſalpinis. bellatum eſt cum omnibus per annos octuaginta, vt B Straboni placet lib. iv.

XCIII. Anno 584. Alpinos Ligures ita deuicit C. Sulpicius Gallus, vt Obſequens eos affirmet deletos. & nihilominus ex Epitome Flori conſtat tranſalpinos fuſos à Q. Opimio Conſule anno 595. & antea Triumphatos 594. a Marcello Conſule, vt è Capitolinis tabulis Sigonius notauit. ad ſummam, cum velit Obſequens Ligures deletos, cognoſcimus, Italicos Populos ad interitum perductos à Romanis.

XCIV. Poſt hæc Romanis ingens obtigit calamitas, per hæc tempora, cum ſcribunt, anno 604. Viriatum Luſitanum, è paſtore venatorem, è venatore latronem, ac mox iuſti quoq. exercitus ducem factum, quatuor Romanorū magnos exercitus ad internecionem cęcidiſſe, profligatis eorum Ducibus, Vitellio, Plautio, Claudio, ac Nigidio, ita vt pluſquam ſexaginta millia Romanorum fuerint occiſa. quæ Florus lib. III. refert, Oroſius, Appianus, & alij. C

XCV. Illud autem longe funeſtiſſimum contigit anno 613. vt computat Florus, cum Numantini Romanorum triginta millia poſt alias his allatas clades tempore ſuperiori necauerunt. quod Florus lib. Iv. tradit. Atqui poſt ætatem Conſtantini nil ſimile Romanis euenit. Serui ſimiliter in Sicilia, excuſſo dominorum iugo, cum forent ad ſeptuaginta millia, quatuor duces Romanorum, D Manlium, Lentulum, Piſonem, Hypſęumq. Prætores diuerſis prœlijs fuderunt anno 618.

XCVI. Neq. Italis tamen domi quies, ac fælicitas fuit. Cūēd namque, Fregellanis impellentibus, aduerſus Romanos conſpirarunt. ſed, illis profligatis, exitus hic rerum fuit, vt Fregellæ magni facienda, inquit Strabo lib. v. vrbs, & quæ complures finitimorum cōtineret habitationes, fuerint exciſæ anno 628. quod Florus lib. Lx. & Cicero in ſecunda Agraria ſcribunt.

Et,

Et, quando Allobroges cum Liguribus tranſalpinis ſolent Ita- XCVII.
lis adnumerari, & Saluios, ſiue Salyos Gallos quidam Liguribus
A adſcribunt, vt Obſequens ſcribit, hic non immerito nos Italicis
cladibus adiungemus anno 629. Salyos, ſiue Saluios radicitus à
Romanis exciſos per C. Sextium. quod cum Obſequente tra-
dunt Florus in Epitome, Velleius, Strabo lib. iv. & Solinus cap. 8.

Rurſus anno ſequenti M. Fuluius Flaccus de Liguribus, & Vo- XCVIII.
contijs triumphauit, vt vult Oroſius: Allobrogum viginti millia
ſunt occiſa à Cn. Domitio proconſ. & 632. Allobrogum eorun-
dem, ſociorumq. Gallorum cęſa ſunt centum viginti millia à Q.
B Fabio Maximo. ex quo Velleius ipſum Allobrogicum, Pedianus
Allobrogem vocatum ſcribit. Hæc ſcilicet illorum temporum
beatitudo, quam reſtitui cupiunt homines Italicarum gentium
ſtudioſi: qualis certè poſt Conſtantinum numquam fuit.

Obſeruandum porro eſt, vſque ad annum 638. circa Placen-
tiam, Parmamq. ingentes fuiſſe Paludes, quas hunc ſub annum
M. Aemilius Scaurus foſſis deductis exſiccauit, vt Strabo refert
lib. v. vt ſciamus, quanto tempore Italia multis in locis perman-
ſerit inculta.

Videamus adhuc acerbiora. Anno 640. Cimbri, è ſeptentrio-
C nalibus plagis exciti, innumeras in Italiā copias duxere, & Papiriū XCIX.
Carbonē conſulēm cū exercitu fuderunt. ab Italia tamē abſtinen-
tes, Galliam, & Hiſpaniam diu peruagati, cuncta igni, ferroq. va-
ſtauerunt, vt habet lib. vii. Cęſar. & rurſus anno 644. Italiam
repetentes Silanum cum exercitu fuderunt. quod Florus in Epi-
tome, & Pedianus in Corneliana tradunt: ac ſequenti, eodem
modo M. Scaurum cum exercitu trucidarunt, inquit Velleius:
& poſtero, L. Caſſium cum ſuis copijs occiderunt, ſi Tacito cre-
dimus. alij namq. à Gallis hunc interfectum uolunt. Verum 648.
Romani tantam, quantam numquam antea, cladem leguntur
accepiſſe. nam M. Aurelius eſt interemptus, necataq. cum illo
Romanorum & ſociorum octuaginta millia, calonum, lixarumq.
ſexaginta. Peruolue, vt lubet, hiſtorias, ac nihil ſimile Italicis
vllis poſt ætatem Conſtantini obtigiſſe reperies. Hæc Florus lib.
lxvii. Prædati ſunt Cimbri Gallias, & finitima loca vſq. ad annū
652. quo Marius eos deleuit.

Atq. hæc Italiæ fęlicitas fuit per annos tercentum octuaginta
quatuor, quibus Dionyſij Tyranni adeo ſæuijt, Bruttij ſerui latiſ-
ſimas in Italia regiones occuparunt, Aequorum, Aurunco-
rum plurimæ ciuitates, Metapontum, Pandoſia, Thebæq. euerſæ:

Græci Italici miſerabiliter deleti. Italicorum, Romanorumque A
maximæ ſtrages editæ: Vulſinium dirutum; peſtis ditiſſima fuit:
gladiatorum ludi Romæ inſtituti quaſi publicę mortalium lanie-
næ. Hannibal cūcta ferro, igniq. miſcuit; & ſtrages Romanorũ
ſæuiſſimas fecit: Apulorum, Lucanorum, Bruttiorumq. Vrbes
exciſæ; ipſi deleti: Galli Ciſalpini omnes extincti, aut expulſi,
ita, vt poſt Conſtantinum nulla fuerint æque infelicia tempora
per annos mille ducentos octuaginta.

Tercentena Italorum quadriennio cæſa bello ciuili: Romanorum miſe- B
rabilis in Aſia cædes: nobilitas omnis Romana in Vrbe trucidata:
Marij, Syllęq. inexcogitabilis crudelitas, proſcriptiones; rapinæ:
Vrbes Samnitum dirutæ omnes, aut in vicos redactę: Spartaci
gladiatorumq. dira facta: Catilinæ coniuratio: bella ciuilia
Pompeij, & Cęſaris: Trium virum diræ proſcriptiones:
bella eorundem ſęuiſſima cum Bruto, & Caſſio: latroci-
nia in Italia: prælia inter Octauianum, Lepidum,
Sex. Pompeium, L. & M. Antonios: incendia
multa Romę: Piſaurum hiatu hauſtum: Draco
horribilis, & ingens: Italicorum bona om- C
nia ſæpius militibus diuiſa: Itali extra
Italiam amandati in varias oras.

Cap. VII.

POST hæc luctuoſiſſima Italis, ac Romanis tempora fuerũt. anno enim 662. Populi omnes Italici, Marſi in primi, Veſtini, Peligni, Marrucini, Picentes, Lucani, Samnites, Iapyges, Vmbri deniq. D
ipſi, & Tyrrheni conſpirauerunt aduerſus Romanos. Tyrrheni tamen in Ciuitatem recepti ab armis deſtiterũt. protractum eſt bellum, inquit Eutropius, quadriennio, abſumpſitq. Italicæ iuuentutis tercentena millia. perſequitur euenta Appianus lib. 1. bellorum ciuilium, & Florus à lib. lxxvi. Quis vero poterit ex omni tempore, quod præterijt, à Conſtantino ad nos proferre huiuſmodi cladem, qua tot Italicorum millia tam breui fuerint interfecta? nihil unquam

ſane

A ſane ſimile euenit, quæ tempora igitur pronunciabimus beatiora?

Ac, nequid funeſtum deeſſet Italis domi foriſq. eodem tempore, vt placet Floro lib. lxxvii. de iuſſu Mithridatis in Aſia trucidati ſunt vna die cum omnibus ſuis, quotquot Romani, atque Itali ſunt reperti. quam rem ſic deſcribit Appianus in Mithridatico? Cum adeſſet deſtinatus cædi dies, vniuerſam per Aſiam calamitatum multi formes viſebantur aſpectus: quarum non nullas huiuſmodi fuiſſe conſtat. Epheſij, eos (Italos) qui in Artemiſiũ confugerant, ſtatuas complexos, per vim detra- CI.
B hentes interfecerunt. Pergameni illos, qui in Aeſculapij templum ſe contulerunt, & abire recuſabant, ſagittis confixere, quã quam ſimulachris Deorum inhærentes. Adramytteni, ſi quos è via fugientes deprehendiſſent, inuadentes in mare iaciebant, eorum impuberes vna ſubmergebant. Caunij, cum ſub Antiochi bello cum Rhodijs tributarij effecti eſſent, & à Romanis paulo ante liberati Italos in Templum Veſtæ fugientes è loco rapuerunt, & primum quidem infantes in conſpectu matrum necarunt, deinde matres ſuper illos, nouiſſime autem viros illis addiderunt. Tralliani Theophilum quendam, ferum, & agre-
C ſtem hominem, induxerè pretio, qui, vniuerſos in templo cõgregatos cædere adortus, ijs, qui ſtatuas amplexi eſſent, abſcidit manus. Talibus igitur, qui in Aſia fuere Itali, ac Romani, exagitabantur cladibus; nec ſolum viri, ſed mulieres & infantes, eorumque liberti, ſeruiq. & quicunque Itali cenſerentur eſſe. Huc uſque Appianus. Atqui, ſi verſes omnes hiſtorias, tam calamitoſa Italis ac Romanis numquam comperies eueniſſe poſt imperium Conſtantini.

Sed hæc longe tolerabiliſſima ſunt, ſi conſiderentur, quæ dicturi ſumus. Nam, cum Sylla ob hæc in Græciam, & Aſiam cõ-
D tendiſſet, Cinna, & Marius, ipſius inimici, ad Vrbem venientes, Plautium cum exercitu interfecerunt, Antium, Ariciam, Lauiniumq. colonias Romanorum deuaſtarunt, Romam captã, cædibus, ac rapinis fœdiſſime deturparunt, ac, ne quid ad cladẽ deeſſet, occurrentibus aduerſos eos Pompeio, & Octauio, fulguribus multis in exercitum Pompeij labentibus à Cœlo, multi ex illuſtribus, & ipſe in primis extinctus eſt, inquit Appianus lib. 1. qui rem totam ſic deſcribit: Non Senatorum, non Equitum delectus habebatur. vniuerſa Senatorum capita roſtris affigebantur: non Deorum reuerentia, aut virorum indignatio,

inuidiæ ne timor in his perpetrandis vllus aderat : verum, A
ſcelera ſceleribus addentes, ad aſpectus vertebantur nefandiſſimos. quippè homines impiè cædebant, defunctiſque inſuper colla ſecabant, miſerabileſque aſpectus ad timorem, ſtuporemque, & ſpectaculum crudele proponebant. Et mox, enumeratis plurimorum cædibus diriſſimis, ita, vt pater filium peremerit, Nulli (ait) ſepulchri honos habitus ex ijs, qui interfecti fuerunt: auibus dumtaxat, & canibus laceranda illuſtrium virorum cadauera reliquere: plurimæ præterea, & aliæ cædes ſeditioſorum aduerſus innocentes editæ, B
aliorum expulſiones factæ ſunt, publicationes ſimiliter bonorum, priuationeſque dignitatum. Et poſt: Ipſius Syllæ amici, ac neceſſarij interfecti; domus euerſa. Et rurſus: Serui vero, quicumque præconis voce moniti ad Cinnam profugerunt, libertate donati ſunt. Hi, vbi à Cinna locati fuerunt, domos diſcurrentes, non bona dumtaxat rapiebant, verum obuios quoſque necabant, proprijs heris in primis afferentes manus. Hactenus Appianus. At Plutarchus in Mario, Ingreſſus eſt (inquit) Marius Vrbem, circumſæptus delectis ſeruis, qui ſe contulerant ad eum, quos Bardiæos appellabat. multos hi ad vocem eius, multos ad C
nutum imperantis obruncabant. Et mox: Cæteros indè quoſcumque non appellaret ſalutantes, vel ſalutem non redderet, eam habebant confeſtim interficiendi in vijs teſſeram; vnde ingenti ſollicitudine, & horrore tenebantur, quoties ad ſalutandum Marium accederent amici: multo effuſo ſanguine iam erat Cinna hebes, & exſaturatus cædibus: at Marij quotidiè recens, ac ſitiens furor omnes peruadebat, vtcumque ipſi ſuſpectos. omnes viæ, omnia oppida (hoc aduerte) percuſſoribus, & venantibus profugos, ac delitescenſes, repleta erant. ibi cognitum eſt, hoſpitij, & amicitiæ fidem rebus aduerſis nullam habere ſtabilitatem. Et D
mox: Proiectis in plateas truncis, & conculcatis, ea ſpecies neminem iam commiſeratione, ſed horrore, ac tremore perfudit, multo maximè illorum, qui Bardiæi dicebantur. Populum impotens pungebat petulantia. Nam dominos in ipſorum iugulabant domicilijs, mox eorum liberis abutebantur, vt vi dominas conſtuprabant. Hæc ille. Atqui nunquam ſimile aliquid poſt Conſtantinum paſſi ſunt ab vllo ſuorum Ciuium, quin neque ab ipſis Oſtrogothis, qui Virginum

pudi-

A pudicitiam maximè tutati ſunt, ita, vt Totilas vltimo ſupplicio affecerit Gothum, qui Virginem violarat, vt eſt in Procopio.

Quid vero illud? L. Damaſippus Prętor, ex voluntate C. Marij Conſulis, cum Senatum contraxiſſet, omnem, quæ in Vrbe erat, nobilitatem trucidauit. Hæc ſunt ipſa verba, quæ retulimus Flori lib. lxxxvi. qui vult, id accidiſſe anno 668. Ieias certè, ac Vittiges Senatum Romanum tollere conati ſunt. at omnem nobilitatem non legimus voluiſſe extinctam. Ijs exceptis, nullus poſt Conſtantinum tale aliquid B eſt machinatus. atque ij Pontificum Romanorum fuerunt hoſtes: ac tum Pontifex Romanus indigniſſimè habitus, ab Vrbe extruſus, in vincula coniectus, in cuſtodia Conſtantinopoli adſeruabatur. quod oſtendimus, vt ſciamus, vel à ſola Pontificis Romani præſentia Italiæ fęlicitatem pendere. CII. CIII.

At Mario forſan Sylla melior? A quo, direpta Vrbe, centum millia Romanorum, qui pro Mario ſteterant, Plutarchus ſcribit occiſa. Appianus ait multo plura. Eius quidam Dux, cum Neapolim per proditionem cepiſſet, omnes, qui in ea fuerant, paucis fuga elapſis, interemit. Erat hæc coC lonia Romanorum. Pręneſtini omnes ab eodem Sylla, quamuis fide ſecuritatis accepta, interfecti. eius hoſpes, cum ſibi ignoſci videret, ac cæteris ſupereſſe indignum putaret, cæteris ſe immiſcuit, ac trucidatus eſt. Romæ proſcriptorum tabulam, quatuor millia, & ſeptingentos continentem, primus propoſuit. ac ſcripſit, inquit Plutarchus, ei, qui proſcriptum recepiſſet, mulctam capitalem. neque fratrem, filium, parentemuè excepit. notauit proſcriptorum liberos, D nepoteſque infamia. Proſcribebantur non modo Romę, ſed & per omnes Italiæ Vrbes. nullius templum Dei à cæde erat inuiolatum, non penates hoſpitales, non domus paterna, ſed in ſinu coniugum viri, in ſinu matrum liberi iugulabantur; Atque eorum, qui propter iram, vel odium necabantur, exiguus numerus erat, præ illis, qui bonorum cauſa tollebantur. immo ab homicidis poterat aſſeuerari, Hunc occiderunt amplæ ædes, illum horti, hunc thermæ. Ita Plutarchus. Appianus addit: *Accuſationes Præturarum, militiæq. multiplices fiebant, vel ob exactiones pecuniarum, vel alia miniſteria, vel omnino ob conſilium alicuius rei in Syllam perpetratæ. In proſcriptorum numero hoſpitalitates, & amicitiæ, & collationes,*

tes, vel dantis, vel accipientis ponebantur; vel ſi quis reus prô- A
pitudinis alicuius, aut contubernij in itinere deprehenſus fuiſ-
ſet. quæ omnia circa diuites aſperius exigebantur. Senatores no-
naginta ſuſtulit, equites biſmille, ac ſexcentos; Conſules quin-
que. Quamobrem, cum Senatus ferè exhauſtus eſſet ob tot cæ-
des, trecenti ab illo ex ordine equeſtri ſunt delecti. Hæc Ap-
pianus. Addit Valerius Maximus lib. IX. cap. II. quatuor legio-
nes ab illo in deditionem receptas in campo Martio trucidatas,
cæſorumq. corpora in Tiberim proiecta. à mulierũ cęde non ille
abſtinuit. C. Marij cineres in Anienis profluentem diſperſit. M.
Mario Prætori, priuſquam necaretur, oculos erui, & ſingulas B
corporis partes confringi iuſſit. M. Plætorium mandauit interfi-
ci, qui cecidiſſet exanimis ad Marij ſupplicium. Hæc ille ſcri-
ptor. Quæ ſi quis fælicia exiſtimat, talium rerum magnus eſt
æſtimator, ſed quas nemo non illi relinquet, vt fruatur, quan-
tum volet. Talia certè nulli Vrbi Italicæ poſt ætatem Conſtan-
tini obuenerunt.

Numquid hic finis? Reddamus verba Strabonis lib. v. Poſtquã
Sylla (inquit) Italorum rebelliones multis diſſipauit prœlijs,
Samnitas fermè ſolos conſiſtentes, & in vnum aduerſus Roma-
nos conſpirantes, conſpicatus, ante illorum mœnia caſtris lo- C
CIV. catis, partim in pugna obtruncauit, nullis vitam impartiens ca-
ptis; partim vero, qui arma proiecerant, ad millia tria, vel alij
volunt, quatuor, in campo Martio coactos ad ouilia militibus
immiſſis triduo iugulauit. factis inde proſcriptionibus, non an-
teà deſtitit, quam Samnitum nomen deleuerit, aut ex Italiæ fi-
nibus eiecerit. Hæc ille. I nunc, ac profer Italum, vel alium
quemuis, qui in Italia talis fuerit in Romanos, aut Italicos po-
pulos poſt Conſtantinum, qualis Sylla. Ne Ezzelinus quidem
Romani, aut Fridericus II. hoſtes Pontificum Romanorum tam
diri fuerunt, non Petrus ille cognomento crudelis, quem Pe- D
trarca hæreticum fuiſſe ſcribit. Ac talis eorum temporum bea-
titudo Romanis, & Italis fuit.

Proſequitur idem Strabo, & ait: In vicos à Sylla redactas
Samnitum Ciuitates, aliquas verò funditus euerſas, Boianum,
Aeſerniam, Paunam, Teletiam, Venafro coniunctam, & alias
multas, quarum ne vnam quidem pro dignitate cenſueris (ait)
CV. ciuitatem. Profer, quæſo, Italum talem poſt tempora Conſtan
tin, qui talis in Italos fuerit, tot Vrbes exciderit. Atqui neque
Gothi, tot Vrbes euerterunt in Italia, vt è Procopio conſtat:
quam-

quamuis temerè quidam, nullo ex antiquis teſte, ſecus affirmare ſint auſi. Proditum eſt à Floro lib. lxxxix. poſt annum ab Vrbe con. 668. quadraginta ſeptem legiones ab illo deductas in agros
A captos: ac centum viginti millia militum fuiſſe, vult Appianus, ac decies mille præterea, qui Forum Cornelij tenebãt, alijs in alia loca, quæ occuparent, ex diuiſione Italiæ diſperſis.

Cum verò incompertum nobis ſit, quo tempore fuerint exciſæ Agyllæ, ac Tarquinij, florentiſſimæ Vrbes Etruſcorum, hic earum caſus reponemus. Bello quidem Punico ſecundo, ſub annum, vt placet Liuio, 545. Cærites, ſiue Agyllini, frumentum, commeatumq. omnis generis claſſi Romanæ, quæ Scipione Duce in Africam traiectura erat; Tarquinienſes autem lintea in vela ſubminiſtrarunt. Sic igitur annis centum viginti ante hæc tem- CVI.
B pora florebant huiuſmodi Vrbes. Aetate Strabonis, qui non longe abfuit ab hoc tempore, nullæ erant. quod ipſe teſtatur lib. v. Quantæ autem vires, & opus Cæritum fuerint, id colligi poteſt ex eo, quod Gallos, qui Romam ſubuerterant, ipſi fuderunt, Romanoſq. cum ſacris profugientes exceperunt, ac tutati ſunt. quod idem teſtatur: atque ex eorum templo, Dionyſius abſtulit talenta mille, vt ſupra notauimus: quæ eſt ſumma ſcutatorum ſeptingentorum viginti millium.

Hic autem reiecimus iſtarum Vrbium caſus, quod Sylla Etruriam totam ſuis diuiſerit, & Lepidus eo defuncto eandem aduer-
C ſus Romanos concitarit, exercituq. collecto Vrbem petierit, arma infeſta inferens Patriæ ſuæ, donec poſt duo prœlia confecta, vt vult Oroſius, ipſe fuſus in Sardiniam profugit. Stabias ſimiliter in agro Campano à Sylla fuiſſe euerſas, Caribinumq. , & Tauraniam deletas, tradit Plinius lib. 3. c. 5.

Anno 677. vt computat Florus lib. 95. ſerui Ducibus Crixo, & Spartaco, maximum in Italia bellum concitarunt, ac ſeptem Romanorum duces, prœliis ſeptem commiſſis, cum ſuis exercitibus profligarunt, Claudium Pulchrum, & P. Vatinium Prætorem, dein Cn. Lentulum Conſulem, L. Gellium ſimiliter Cõ- CVII.
D ſulem, Q. Arrium Prætorem, poſtremo C. Caſſium Procoſ. & Cn. Manlium Prætorẽ. quæ lib. 95. refert Florus Et Plutarchus in Craſſo: Peruagatus eſt Italiã totam Spartacus, à Thurijs, qui ſunt in extrema Italia, vſque ad Alpes cuncta prædatus. Hinc illę

Spartacum ſi qua potuit vagantem
Fallere teſta.

Ha-

Habuit autem ſub ſignis armatorum ſeptuaginta millia, quæ incendijs, ait Plutarchus, & populacionibus cuncta vaſtarunt. quadriennio duraſſe hoc bellum, vult Appianus libro 1. Ciuiliũ Bellorum. Multa Italorum millia, Romanorumq. in eo cecidiſſe oportuit, quando ille ſeptem prœlijs victor euaſit; & Craſſus ipſe, qui Spartacum ſuperauit, centum viginti peditum millibus armatus, ſuorum quatuor milla, quod turpiter victi eſſent, decimo quoque occiſo, necarit. quod idem ſcriptor narrat. Sexcenteſimo, & octuageſimo primo Vrbis anno bellum eſt confectum. Interim vero Sertorius, multis prœlijs victor, in Hiſpania plurimos Romanorum ſæpius interfecit. & poſt hæc piratæ maritimas omnes oras Aſiæ, Africæ, Europæq. per multos annos vſq. ad ipſam Romam prædati ſunt, donec anno 686. à Pompeio ſunt compreſſi. quæ Dion, Plutarchus in Pompeio, Florus, Appianus, ac Cicero in Maniliana ſcribunt. Atqui tantæ clades poſt Conſtantinum numquam contigerunt Italiæ. B

CVIII. Anno 691. Catilina cum viginti millibus ſuorum fuſus eſt à L. Antonio in agro Piſtorienſi. quæ proſequitur Salluſtius proprio libro. Et 701. Craſſus à Parthis cum exercitu maximo eſt deletus. quod in Parthico Appianus refert.

CIX. Anno 704. bella ciuilia inter Cæſarem, Pompeiumq. exarſerunt. Multaq. in Italia, Græcia, Aſia, Aegypto, Africa, Hiſpania, Galliaq. inter ipſos, & eorum Duces commiſſa prœlia per annos quatuor. Quot Romanorum ceciderint, hinc colligi poteſt, quod anno 703. cenſa ſunt Romæ Ciuium tercentum viginti millia, inquit Plutarchus: at anno 707. centum quinquaginta millia. ſic igitur abſumpta ſunt centum ſeptuaginta millia intra annos quatuor ſed, quando totis quatuor annis neceſſe eſt plurimos eſſe natos, non aberrabit à vero, qui ducenta millia, & amplius Ciuium Romanorum dicat interempta tot prœlijs fuiſſe. D Italorum vero, qui Romæ cenſum non inibant, quot dicemus? An hæc Italiæ, Romæq. fœlicitas? Huiuſmodi fœlicitas ijs contingat, ſiquidem volunt, qui Chriſto, atq. eius Vicario Pontifici Romano aduerſantur. Talis certè poſt Conſtantinum non euenit.

CX. Anno 709. interfectus eſt Cæſar in Senatu. & ſequenti commiſſum eſt bis ad Mutinam prœlium inter M. Antonium ex vna parte, & ex altera Hirtium, Panſamq. Coſſ. & Octauium. Concidere prima in pugna, inquit Appianus lib. 3. ad dimidiam ferè partem ex vtroq. exercitu. erant vtrimq. ad legiones duodecim,

vel

vel etiam plures, ita, vt neceſſe ſit hominum triginta millia perijſſe ea pugna. quid abſumptum ſit ſecunda, nil ille dicit. CXI.

A Anno eodem Trium viratum inierunt Lepidus, Antonius, & Octauius, Romamq. prædantes, ea direpta, innumeros occidi mandarunt, propoſita tabula proſcriptionis. Quamobrem ſic Appianus lib. 3. Hi Tres viri à ſe ipſis conſtituti, quos morti deſtinauiſſent, vnà conſcripſere, ac, potentioribus prætermiſſis, proprios delegere hoſtes, domeſticos eorum videlicet, aut amicos ad decem, mutuo ſibi ipſis, & tunc quidem, & poſterius in-

B dulgentes, elegere & alij alios; quidam ob inimicitiam, alij ob offenſionem ſolam, aut inimicorum cauſa, aut amicorum inimicitia, aut diuitiarum excellentia commoti, cum multis pecunijs ad bella indigerent. Et mox: Itaque pleroſq. ob habitationum ſplendorem proſcribentes, cunctos ferè vel morte, vel bonorum publicatione damnauerunt, Senatorij ordinis circiter trecentos, equeſtris ad duo millia, in quibus vel fratres, vel patrui proſcribentium inerant, aut quicumq. aduerſati fuerunt magiſtratibus, alijſue ducibus præſidentium ſub ipſis. Et deinde: Qui ſuſcepiſſet aliquem, vel occuluiſſet, vel inquiri prohibuiſſet, pa-

C ri pœna tenebatur. Et rurſus: Erant, qui libertos metuerent, aut ſeruos, aut fœnorum debitores, aut egris ſuis finitimos, quod inhiarent illis. inſurrectio itaque omnium, quanta prius numquam, Romæ fuit: vbique erat ſubita, & nefanda mutatio. omni in loco viſebatur Senatorum, Conſulum, Prætorum, Tribunorum, Magiſtratuumq. diſcurrentium, procidentiumq. ad pedes ſuorum ſeruorum, quos proprios dominos, ac ſeruatores appellabant. quę res eò miſerior videbatur, quò deiecti nulla miſericordia ab vllo leuarentur. propria vniuſcuiuſq. malis referta erant, non quemadmodum in ſeditionibus, ac belli captiuitatibus. In his enim, qui metuunt aduerſarium, vel hoſtem, domeſticis ſe committunt. at tum, quos neque in bellis, & ſeditionibus ti-

D muerunt, repente ex neceſſarijs hoſtes effectos cernebant, vel ob ſimultatem, vel ob munerum promiſſionem, vel ob repoſitũ in domibus aurum, vel argentum. infidus quippe vnuſquiſque domeſticis effectus erat, vtilitatemq. propriam beneuolentiæ ipſorum pręponebat. Et poſt: Erant è Romanis, qui ſe ſpontanea fame conficerent, qui laqueo vitam finirent, qui ſe aquis immergerent, aut è tecto præcipites darent, aut igne ſe abſumerent, aut iugulatoribus ſe offerrent. Et iterum: Atq. porrò, præter Trium virorum ſententiam, aliorum inſcitia ab inſulto ne

cabantur & clare, non proſcriptus neci traditus inſpiciebatur, quod cadaueri caput adſiſteret. nam proſcriptorum capita ante Tribunal in foro ponebantur, quo in loco afferentes mercedem referre oportebat. Et poſt: Alij (milites Triũ virorum) diuerſa ab his agitabant. nam aut eos, qui minime proſcripti fuerant, inuadentes trucidabant, aut domos nulla ex cauſa ademptas ſibi vindicabant. Hucuſque Appianus. Eadem Velleius, & Eutropius, qui lib. vii. ſcribit, in vniuerſum à Trium viris Senatum proſcriptum. Et Dion in Auguſto, Antonius (inquit) acerbè, & crudeliter nulla miſericordia permotus occidebat non modo eos, quos proſcripſerat, ſed eos quoq. qui proſcriptis opem ferre conabantur, quorum capita etiam inter epulas ſpectabat: eoque ſpectaculo nefario, &c. calamitoſo, magna ex parte ſatiabatur. At Suetonius cap. 27. de Octauio loquens, Reſtitit quidem (inquit) aliquandiu collegis, ne qua fieret proſcriptio: ſed inceptam vtroque acerbius exercuit. namque, illis in multorum ſæpe perſonam per gratiam, & preces exorabilibus, ſolus magnopere contendit, ne cui parceretur: proſcripſitq. etiam C. Toranium tutorem ſuum, eundemque collegam patris ſui Octauij in ædilitate. Iunius Saturninus hoc amplius tradit, cum, peracta proſcriptione, M. Lepidus in Senatu excuſaſſet prætertita, & ſpem clementiæ in poſterum feciſſet, quoniã ſatis pœnarũ exactum eſſet; hunc è diuerſo profeſſum, ita modum ſe proſcribendi ſtatuiſſe, vt omnia ſibi reliquerit libera. Et mox: Pinarium equitem Romanum cum concionante ſe admiſſa turba paganorum apud milites ſubſcribere quædam animaduertiſſet, curioſum, & ſpeculatorem ratus, coram cofodi imperauit: & Tedium Afrum, Conſulem deſignatum, tantis perterruit minis, vt is ſe præcipitauerit: &c. Q. Gallium Prætorem, in officio ſalutationis tabellas duplices veſte tectas tenentem, ſuſpicatus gladium occulere, nec quidquam ſtatim, ne aliud inueniretur, auſus inquirere, paulo poſt per Centuriones, & milites raptum è tribunali ſeruilẽ in modum torſit; &c. fatentem nihil, iuſſit occidi, prius oculis eius ſua manu effoſſis. Hæc ille.

Hic interrogo omnes antiquitatum peritos, an poſt Conſtantinum Romæ acciderint vmquam clades huiuſmodi, vt nacta ſit vllum ſuorum Ciuem in ſuos item Ciues adeo crudelem. Atq. neque vlli Vrbi Italicæ contigit, vt tantam ab vllo ſuorum diritatem ſit experta.

CXII. Sed numquid hic tantarum miſeriarum finis? Hæc ſunt Appiani

A piani verba lib. IV. Ex viris autem, qui ditiores habebantur, centum, & amplius millia, exterorum ſimul, & Ciuium, libertorumq. proſcripſerunt. Hæc ille acta ſcribit ad exſatiandos militum cuncta poſcentium animos. At illi, inquit idem, aut eos, qui minime proſcripti fuerant, inuadentes trucidabant, aut domos nulla ex cauſa ademptas ſibi vindicabant. En felix Romæ & Italiæ ſtatus.

Sequitur bellum Pharſalicum, poſt alia minora inter Romanos prœlia commiſſa anno 711. ac victoria ſtetit pro Antonio, & CXIII.
B Octauio. fuere vtrimque decem, & nouem peditum legiones. Cæſari, & Antonio tredecim millia equitum; Bruto, & Caſſio viginti. Quanta ſit facta ipſorum Romanorum ſtrages, explicat his Appianus lib. IV. ſic: Cæſari, inquit, & Antonio, ob ſingularem quandam audaciam, duobus pedeſtribus prœlijs tam inſignis victoria parta eſt, quantam neminem ante eos conſecutum conſtat. Non enim huiuſmodi exercitus tamquam ingens Romanorum manus vtraq. ex parte ante eos bello dimicauit, non ciuili more inſtructa; ſed ex optimis collectis viris neque bellorum inexpertis adhuc, verum iampridem inter ſe mutuis proba
C tis armis, neque alienigenas, barbaraſue nationes ſolitis euertere; ſed qui eiuſdem linguæ homines, eiuſdem belli artibus inſtructos, eiuſdem præterea exercitationis, ac tolerantiæ, inter ſe inexpugnabiles ſuperare didiciſſent. neque vlli profectò vmquam tanto impetu, & audacia in bello vſi ſunt Ciues ſimul exiſtentes, tum domeſtici ſub eiſdem aſſueti Ducibus. Argumento huius rei abunde erit defunctorum multitudo, cum, æquata pugna, non inferior apud victores conſpiceretur numerus. Hæc ille. Et quibus diſcimus, omnium maximas Romanorum cædes hac pugna factas, quantas certè (inquit Appianus) ante numquam. An Cannenſi maiores? in quibus ad octuaginta millia, vt Liuius inquit, Romanorum cæſa? maiores vult Appianus. Illud
D notatu dignum contigit hoc bello: quadraginta Ciues Romanos principes gladijs ſe proprijs transfodiſſe.

Nondum finis eſt Ciuilium malorum Romæ, & in Italia nam CXIV.
poſtero anno, cum ſæpius inter ſe decertaſſent aciè, quaſi velitationibus quibuſdam; L. Antonius, & Octauianus, eorumque Duces, in multis Italiæ locis, tandem concluſus ille Peruſiæ deditionem fecit, trecentique Ciues primarij ad aram Cæſaris immolati ſunt. quod Dion refert. ipſa vero Peruſia incenſa eſt, ac diruta. quamuis legamus illam poſt multum temporis inſtaura-

tam, & Gothicis bellis ſæuientibus ſtetiſſe. Atque hunc finem A
ſcribit Appianus, Peruſia habuit, vetuſtatis gloriam, & dignitatis in ſe continens, quam ab Tyrrhenis iam pridem in Italia conditam inter duodecim primas Vrbes fuiſſe memorant. Hæc ſcilicet Italiæ fælicitas, quam reſtitui cupiunt Impij.

Sed ad ſuperiores calamitates illa inſignis acceſſit. eodem nā
CXV. que anno, quo bellum parabatur ab Antonio, & Octauiano in Brutum, & Caſſium, poſtero ſcilicet à morte Cæſaris, Sex. Pompeius Magni filius, occupata Inſula Sicilia, Saluidienum legatum Octauiani nauali prœlio vicit, ac per annos quinque omnia maria latrocinijs infeſta reddidit, diripiens, ac vexans Ita- B
liam, inquit Dion, Romamq. fame opprimens, ita vt grauiſſimis morbis affligeretur, ait idem, ob eam. ter Octauianum duceſque illius nauali bello fudit, donec anno 717. debellatus Pompeius è Sicilia fugiens, & in Aſiam veniens, a M. Titio legato Antonj captus eſt, atque interfectus. quæ lib. v. proſequitur Appianus, Florus à libro 117. vſque ad 119. Dion in Auguſto.

Interim vero Illyrij inſolentiores effecti ob ciuiles diſcordias Italiam latrocinijs, prædationibuſq. vexabant. quod Appianus lib. vltimo Ciuilium bellorum ſcribit.

CXVI. Anno, vt quidam volunt, 720. Piſaurum, quem M. Antonius Coloniam deduxerat, hiatu terræ hauſtum in profundo eſt demerſum. quod Plutarchus in vita M. Antonij refert. adhuc C
aiunt non longe à loco, in quo eſt illa Vrbs reſtaurata, conſpici ædificia fluctibus cooperta, vbi nunc eſt Vicus Catholica dictus, quo videntur aſportata maris agitationibus: niſi velimus ibi olim Piſaurum fuiſſe. Clades huiuſmodi numquam contigit in Italia poſt ætatem Conſtantini.

Denique anno 722. cum ſæpius eſſet inter Octauianum, & Antonium, varios ob prætextus, certatum, tandem victus eſt pugna nauali ad Actium Antonius IV. nonas Septembris, ac D
Reſp. Romana omnino in vnius recidit poteſtatem. Auctor eſt Dion, inter alia prodigia, quæ bellum præceſſere, in Etruria Draconem bicipitem viſum, qui longus pedes octuaginta quinque multa vaſtarit, donec, fulmine percuſſus, interijt.

Neque vero duo magna incendia Romæ exorta ſunt omit-
CXVII. tenda. horum alterum contigit anno 547. vt Liuius numerat lib. 30. cliuumq. publicum ad ſolum, quod prodigij loco eſt habitum fœdiſſime exuſſit: Alterum verò, cum Sylla Vrbem cepit, ac diripuit, quo Capitolium eſt vaſtatum, ac tunc libri om-

nes

A nes Sibyllini flammis abſumpti perierunt.

His omnibus adijciendum, ter per Romanos Italiæ vniuerſos CXVIII
prope agros, expulſis prioribus colonis, eſſe diuiſos. nam, cum deduxiſſent innumeras colonias in Italia, fundoſq. omnes dominis prioribus abſtuliſſent, ac militibus ſuis addixiſſent, Sylla ſecundo loco in earum plurimas, & alias Vrbes centum, & decem millia militum ſuorum diſtribuit, eiſque partitus eſt quęcumque antiqui coloni, ac domini poſſidebant, vt habet Appianus lib. 1. ciuilium bellorum. Tertio loco Trium viri, ad ſuos milites remunerandos, decem, & octo colonias, Octauianuſque
B poſtremo viginti octo deduxit in Italia, ita, vt plurimos illius Populos, quod ait Dion in Auguſto, deleuerit, & in varias Prouincias ablegauerit. Atq. hæc magna fælicitas illa Italiæ, quam ſcio ſi nonnulli decantant, deflet autem Paſtor ille, cum cæteris Italis in remota amandatus, apud Vatem Ecloga 1.

At nos hinc alij ſitientes ibimus Afros;
Pars Scythiam, & rapidum Cretę veniemus Oaxem,
Et penitus toto diuiſos orbe Britannos.
C *En vnquam patrios longo poſt tempore fines,*
Pauperis & tuguri congeſtum ceſpite culmen,
Poſt aliquot, mea regna videns, mirabor, ariſtas?
Impius hæc tam culta noualia miles habebit?
Barbarus has ſegetes? en quo diſcordia ciuas
Perduxit miſeros: en queis conſeuimus agros.
Inſere nunc Melibœe pyros, pone ordine vites:
Ite meę quondam felix pecus, ite capellę:
D *Non ego vos poſthac viridi proiectus in antro*
Dumoſa pendere procul de rupe videbo.
Carmina nulla canam: non me paſcente capellę
Florentem cythiſum, & ſalices carpetis amaras.

Ac talis Italiæ ſtatus fuit ab Vrbe euerſa vſque ad Auguſti Monarchiam, per annos tercentum quinquaginta nouem, quibus Vrbes deletę centum, videlicet Corenoſſa,& Corenebra in Etruſcis, Metapontum in Bruttijs, Pandoſia, ac Thebæ in Lucanis, Satricum in Volſcis, Aurunca inter Auruncos, quadraginta, & vnum oppida Aequorum, Cominium, & Aquilonia Samnitum, Vulſinium in Tuſcis, Nuceria in Cam-

Campania, Vrbes vndecim in Iapygibus, Argyripa, Canuſium, A
Picentium, Terina, Croto, ac viginti tres Vrbes ſubmerſæ in agro Pomptino, Fregellæ euerſæ in Campania, omnes Vrbes Samnitum, quarum nomina ignoramus, in vicos redactæ, & in his ęquatæ ſolo Boianum, Aeſernia, Pauna, Teleſia, Agyllę, Tarquinij, Peruſia, Piſaurum: his adde Norbam, quam Syllanis obſidentibus exuſtam ſcribit Appianus lib. 1. Verum longe plures eſſe conſtat, cum legamus, quinquaginta tres Populos exciſos in Latio, in Vmbris tredecim, quibus neceſſario ſuæ Vrbes erant. His adnumerandæ, quæ Samnitum dicuntur in vicos redactæ, atque eorum nomina non produntur, & quæ in Daunia, ac Peu B
cetia fuerunt ab Hannibale, ac Romanis euerſæ; Ita, vt, ſi quis audiet affirmare dirutas Vrbes ducentas, non aberret ille à vero.

His adde ipſam Romam ter à ſuis Ciuibus eorumque militibus atrociſſime direptam, & omnes propè Italiæ populos pau cis exceptis, deletos, Græcos antiquos, Lucanos, Bruttios, Samnitas, et quicumq. Galli circumpadanas oras tenebant.

Quid vero referemus tot hominum millia, bellis abſumpta exteris, ac domeſticis? tanta diritatis immaniſſimæ exempla edi ta in Italos ac Romanos, proſcriptiones, diluuia, fulmina, incendia, hiatus terrarum? &, quod memorandum ſit, Romanis C
nulla à bellis quies vmquam fuit: ac, licet anno 518. clauſum fuerit Iani templum, eodem tamen anno apertum. quod Velleius lib. 2. Oroſius, & Eutropius narrant. quæ ſi quis omnia ſimul conſideret, nulla fuiſſe his temporibus infæliciora cognoſcet, ac prædicabit.

Ac meritò Lucanus poſt annos propè centum conqueritur Italiæ vaſtitates durare adhuc ſuo tempore, Neroniſq. imperio ſemirutas Vrbes, ac deſertas, ædificia collapſa, inaratos, & ad ſolitudinem, ſqualoremq. adductos agros tota Italia, ob bella ciuilia. ſic enim lib. 1. D

At nunc ſemirutis pendent quod mœnia tectis
Vrbibus Italiæ, lapſiſq. ingentia muris
Saxa iacent, nulloq. domus cuſtode tenetur,
Rarus & antiquis habitator in vrbibus errat,
Horrida quod dumis, multoſq. inarata per annos
Heſperia eſt, deſuntq. manus poſcentibus aruis:
Non tu Pyrrhe ferox, nec tantis cladibus auctor
Pœnus erit: nulli penitus diſcindere ferro

Conti-

Contigit: alta ſedent ciuilis vulnera dextræ.

Quæ veriſſima eſſe, ac non per exſuperantiam dicta, oſtende-
A mus infra nos è Tacito, vbi agemus de imperio Neronis.

Octauiani adulteria, rapinæ, crudelitas, peſtis, fames, inundatio Tiberis, incendia, terræmotus eo regnante: Tiberij ſæuities, libido, rapacitas, incendia, inundatio Tiberis, fames: Caligulæ dtritas, rapinæ, auaritia, libido· Claudij atrocitas, luxuries, fames, terræmotus eo regnante: Neronis crudelitas, rapacitas: Roma incenſa, libido, terræmotus, Italię ſolitudo: Galbæ, Othonis, Vitellijque bella ciuilia, Italia direpta: Tiberis inundatio; bellum
B *ciuile Vitellij, & Veſpaſiani: Italicorum magnæ ſtrages, Cremona incenſa: Veſpaſiani rapinę: incendia Romę Tito regnante, Veſuuijq. eruptiones: Pompeij, & Herculanum Vrbes obrutę: Domitiani crudelitas, libido. omnium ſuperiorum facta atrocia in propinquos.*

Cap. VIII.

VIDIMVS hucuſque, quantis calamitatum fluctibus Roma, & Italia fuerit
C inuoluta ab Vrbis excidio vſque ad Augusti ſummum Principatum. cognouimus illam miſerrime vaſtatam, redactã ad ſolitudines, ita, vt Vrbes plus minus ducentæ fuerint euerſæ, ac Populi propè omnes deleti intra annos tercentum quinquaginta ſex. At reliquæ omnes Vrbes fœdiſſime ab Auguſto eodem ſpoliatæ fuerunt. ſic enim Dio de Auguſto: Ea, quæ in ſanis religionis cauſa erant, cæteraq. è quibus pecuniam facere poterat, ne-
D que ea ſolum, quæ Romæ, ſed etiam omnia, quæ in Italia, & in ditione, & in poteſtate eius repoſita erant, ſuſtulit.

Quid porrò dicemus, ſi oſtendamus, ex hoc tempore multo fuiſſe infælicius Romę, atque Italiæ, quam tempore vllo fuerit vmquam poſt gentium diſperſionem? Incidit enim miſera in atrociſſimas capitum multorum belluas Imperatores, Romani ſanguinis, Italici, ac Barbarici crudeliſſimos, quibus bellum fuit

cum

cum bonis ipſis, cum toto humano genere, ad exſpoliandos mortales omni re, quæ fructum, iucunditatem, decuſue vllum poſſent vllo modo adferre, eos exterminandos, omnia conturbanda, præter clades diuinitus immiſſas, incendia, Vrbis conflagrationem, fulmina, peſtilentias grauiſſimas, telluris ſterilitates, terræmotus, inundationes, gentiumque barbararum irruptiones, quibus eſt tota Gallia Ciſalpina vaſtata. Videamus tamen, qualia fuerint imperante Auguſto tempora, quæ mirifice laudantur quaſi beatiſſima, & Saturnijs ſæculis æqualia, vt ſomnijs, ac fabulis ſit aliquis locus, quando nullus eſt veritati. In primis igitur Auguſtus poſt tot Romanos trucidatos, Italiam totam ſpoliatam, populos Italiæ deletos, aut in remotiſſimas oras amandatos, vt vidimus teſtimonio ſcriptorum, talis ſcribitur fuiſſe. A B

CXIX. Adulteria exercuiſſe inquit Suetonius cap. lxix. ne amici quidem negant, excuſantes ſanè, non libidine, ſed ratione commiſſa, quo facilius conſilia aduerſariorum per cuiuſque (aduerte hoc verbum) mulieres exquireret. M. Antonius ſuper feſtinatas Liuiæ nuptias, obiecit & fœminam conſularem, è triclinio viri coram in cubiculum abductam, rurſus in conuiuium, rubentibus auriculis, incomptiore capillo reductam; & dimiſſam Scriboniam, quia liberius doluiſſet nimiam potentiam pellicis, & conditiones quæſitas per amicos, qui matres familias, & adultas ætate virgines denudarent, atq. perſpicerent, tamquam Toranio mangone vendente. Scribit etiam ad ipſum hæc familiariter adhuc, nec dum planè inimicus, aut hoſtis: Quid tè mutauit? quod Reginam ineo? vxor mea eſt. Nunc cœpi, an ab hinc annos nouem? tu deinde ſolam Druſillam inis? ita valeas, vti tu, hanc Epiſtolam cum leges, non inieris Tertullam, aut Tarentillam, aut Rufillam, aut Saluiam Citiſceniam, aut omnes. Hęc ille. Quaſi Auguſtus nihil à libidine reliquerit intactum. Et cap. 71. Poſtea quoque, inquit, vt ferunt, ad vitiandas virgines promptior, quæ ſibi vndiq. etiam ab vxore conquirerentur. Hucuſq. Suetonius. Sic igitur Auguſtus, qui nihil non eripuit Italis, ac Romanis, antequam ſolus iniret imperium, vbi ſolus omnia adminiſtrauit, propè omnia polluit. C D

Sub initium Principatus non modo Tiberis ita inundauit plana Vrbis, vt per ea nauigaretur, ſed etiam plura incendia, inquit Vlpianus, vno die Romæ extiterunt, quibus inter alia Meſſallæ domus conflagrauit: ob eamque rem nocturnas vigilum ex

cubias

A cubias in Vrbe ad illa arcenda inſtituit: de quibus titulo de Præfecto vigilum. Multæ præterea clades ſubinde extiterunt: ad quas credo reſpexit Horatius, cum ſcripſit:

Iam ſatis terris niuis, atque diræ
Grandinis miſit Pater; & rubente
Dextera ſacras iaculatus arces
Terruit Vrbem.
Terruit gentes, graue ne rediret
Sæculum Pyrrhę noua monſtra queſtæ,
B *Omne cum Proteus pecus egit altos*
Viſere montes:
Piſcium & ſumma genus hæſit vlmo,
Nota quæ ſedes fuerat columbis,
Et ſuper iecto pauidæ natarunt
Æquore damæ.
Vidimus flauum Tiberim retortis
Litore Etruſco violenter vndis
Ire deiectum monumenta Regis,
Templaq. Veſtæ.

C Peſtilentiam, famemque fuiſſe Romæ, & in Italia, ſcribit Solinus cap. 1. hanc accidiſſe vult Dio lib. LV. anno Vrbis 712. ac tantam fuiſſe, vt agris colendis nemo vacaret.

Anno 728. Salaſſi, Italiæ extremæ Populi, funditus, ait Strabo lib. 4. deleti ſunt ab Auguſto: eorumque quadraginta quatuor millia Terentius Varro Imperator vendidit ſub haſta. quod ibidem teſtatur, vt ſcilicet nullus iam Populus ex antiquis in Italia, Liguribus aliquot, & Vmbris exceptis, propè reliquus foret. D nam (verba ſunt hæc ipſius Strabonis) Lepontij, & Tridentini, & Stoni, & alij complures Populi parui, Italiam tenentes, qui ſuperioribus annis inopes latrocinabantur, hac ętate, aut deleti ſunt, aut manſuetiores facti. Hæc ille.

Anno, vt quidam volunt, 729. ingens exercitus Romanorum in Arabia perijt inuſitato morbi genere: quod cum caput inuaſiſſet, & aridum reliquiſſet, ſubito opprimebat ægrotantes, vel cæteras corporis partes peruagatum, crura arripiens, illa maxime affligebat. quæ omnia Dio teſtatur.

Anno 731. vt quidam numerant, Tiberis pontem Sublicium euertit, effecitq. vt Vrbs triduum nauigaretur, ingiſq. tempe-

ſtas multa ædificia læſit. quæ Dio ſcribit lib. LIII. ad finem. A
Iam vero, vt idem tradit, per annos triginta ſunt Auguſto a permultis inſidiæ paratæ, ac permultos ille ſibi mortem afferre coegit. & fuit inter amicos Ouidius (Vedium Tacitus vocat) Pollio qui tantæ erat crudelitatis, vt, cum in piſcinis murenas haberet, carnibus eas humanis paſceret, ſeruos laniandos proponeret, de quibus ſupplicium ſumere volebat. cumq. in conuiuio, cui fortè intererat Auguſtus, puer ſcyphum fregiſſet, vix ille Auguſti interuentu ereptus eſt, quin murenis comedendus protinus obijceretur. quod idem ſcribit. Atq. hæc illorum temporum beatitudo. B

Tertio decennio imperii exacto, Palatium conflagrauit, atq. ex eo minus crudelis eſſe cœpit Auguſtus: vt è Dione apparet.

Anno 757. Cn. Cornelio, & L. Valerio Meſſalla Coſſ. magni, ait Dion, terræmotus fuerunt, atque vt ſcribit in Chronico Caſſiodorus, per dies octo impetu miſerando clades hominum, domorumq. fuit. Tiberis ponte diſturbauit, effecitq. vt per ſeptem dies Vrbs nauigaretur. quod nunquam contigiſſe vel ante vel poſtea ſcimus.

Eadem tempeſtate, inquit Dio, Auguſtus alebat viginti tres exercitus, quibus ſumptibus cum pecuniæ deeſſent, ſanxit, vt vigeſimâ omnium hereditatum, & donationum cauſa mortis, niſi ſi qua eſſent proximis agnatis, aut pauperibus relicta, perſolueretur. quod cum preter ſolita tributa longe graue foret, tum verò grauiſſimum fuit, quod acerbiſſima fames Romanos ita oppr imeret, vt expulſi fuerint ex Vrbe vltra nonaginta quatuor paſſuum millia cuncti gladiatores, ac ſerui venales. C

Sub idem tempus Quintilius, cum tribus Romanorum legionibus eſt à Germanis trucidatus. quod tantum Romæ terrorem incuſſit, vt nemo vellet militare. Quocirca ira inflammatus iuſſit Octauianus quintum quemq. Romanorum, qui non dum triginta quinque annos attigiſſent, ac decimum eorum, qui ſupra id ętatis eſſent, ſorte educi. atq. omnes iſtos facultatibus priuauit, & ignominia notauit: quin non nullos neci dedit: veteranorumq. & libertorum quam maximum confecit exercitum, quod cum Tiberio in Germaniam contenderet. E quibus intelligi poteſt, quanta eſſet temporum miſeria, quibus tot Romani fierent infames, & ob id ſolum, quod noluiſſent aſcribi militiæ, bonis omnibus ſpoliarentur. D

Anno 758. Aemilio, & Arrontio Coſſ. Dalmatæ, Salona ca-

pta, maritimás oras Italiæ vſque ad annum prope 764. prædationibus infeſtas habuerunt, donec eos Tiberius domitos repreſſit, vt eſt apud Dionem.

A Anno 766. defunctus eſt Auguſtus, cum poſt Actiacam victoriam regnaſſet annos quadraginta quatuor, diebus tredecim exceptis, ait Dio. inſecuta eſt eius mortem penuria, inquit Solinus cap. 2. rerum omnium.

Ac talis Auguſto imperante fuit Romæ & Italiæ felicitas. quibus temporibus extiterunt horribiles & funeſti terræmotus, incendia multa, peſtilentiæ, ſterilitates, fames, inundationes, quales numquam memorantur, Italiæ gentes deletæ, aut multis crudeliter occiſis in remotiſſima amandatæ, Romanorum millia multa occiſa in acie, domi vero bonis omnibus ſpoliata, nihil ab

B adulterijs, à ſtuprijs intactum, neque prædationes, ac latrocinia per multos annos defuerunt. Et tamen hæc omnium, quæ fuerint, fæliciſſima decantantur.

Quocirca peto ab omnibus, vt mihi proferant aliquem, qui vel ex omni, vel è magna parte Italiæ ſit dominatus poſt imperium Conſtantini, ſiue ex Imperatoribus, qui vſq. ad Momyllum Auguſtulũ vixerunt, ſiue ex Herulis, Oſtrogothis, Græcis, Longobardis, Francis, Germanis, Nortmannis, Hiſpanis per mille ducentos octuaginta annos, ac tanta atrocitatis exempla in Italos, ac Romanos ediderit, quanta Auguſtus;

C Romamq. fœdiſſimis proſcriptionibus laniarit;

Centum millia virorum, præmijs propoſitis, occidi mandarit;

Et è quadraginta ſex nobilioribus Vrbibus Italiæ Ciues omnibus fundis nudatos expulerit; atque vt aiebat ille apud Vatem, ad ſitientes Afros, Scythiamq. amandarit;

Decimum quemque aut quintum, Romanorum, bonis omnibus mulctarit, ignominia notatum,

Et, quo viuente, ter tam ſæua inundatio Tiberis, fames, peſtilentia, terræmotus, incendia, latrocinia fuiſſe legantur. Quamobrem fælix ille ſibi, ſuis, ornandæq. Romæ fuit, infæliciſſimus

D in vniuerſum Italis, ac Romanis, qualis nemo poſt Conſtantinũ.

Anno Vrbis 766. Chriſti 17. poſt Octauium imperare Tiberius cœpit. de quo ſic Suetonius cap. 61. In omne genus crudelitatis erupit, numquam dificiente materia. Et mox. Sigillatim facta eius crudeliter exequi longum eſt: genera, velut exemplaria, ſeuitiæ enumerare ſat erit. Nullus à pœna hominum ceſſauit dies, ne religioſus quidem ac ſacer. Aniaduerſum in quoſdam CXX.

ineunte anno. accuſati, damnatique multi cum liberis, atque etiam vxoribus ſuis. Interdictum, ne capite damnatos propinqui lugerent. decreta accuſatoribus præcipua præmia, nonnumquam & teſtibus: nemini delatorum fides abrogata: omne crimen pro capitali receptum eſt, etiam paucorum, ſimpliciumque verborum. Obiectum eſt poetæ, quod in tragœdia Agamemnonem probris laceſſiſſet: obiectum & hiſtorico, quod Brutum, Caſſiumq. vltimos Romanorum dixiſſet. animaduerſum ſtatim in Auctores, ſcriptaque abolita, quamuis probarentur aliquot ante etiam annos, Auguſto audiente, recitata. Et poſt: Citati ad cauſam dicendam, partim ſe domi vulnerauerunt, certi damnationis, ſed ad vexationem, ignominiamque vitandam, partim in media curia venenum hauſerunt: & tamen colligatis vulneribus, ac ſemianimes, palpitanteſque adhuc in carcerem rapti. nemo punitorum non in Gemonias abiectus, vncoque tractus. viginti vno die abiecti, tractique: inter eos pueri, & fœminæ. immaturæ puellæ, quia more tradito nefas eſſet virgines ſtrangulare, vitiatæ prius à carnifice, dein ſtrangulatæ. Et cap. 62. Auxit, intenditque ſæuitiam exacerbatus indicio de morte filij ſui Druſi, quem cum morbo, & intemperantia periſſe exiſtimaret, vt tandem interemptum fraude Liuillę vxoris, atque Seiani cognouit, neque tormentis, neque ſupplicio cuiuſquam pepercit. Soli huic cognitioni adeo per tot dies deditus, & intentus, vt Rhodienſem Hoſpitem, quem familiaribus litteris Romam euocarat, aduenisse ſibi nunciatum torqueri ſine mora iuſſerit, quaſi aliquis ex neceſſarijs quæſtioni adeſſet, deinde, errore detecto, & occidi, ne vulgaret iniuriam. Carnificinæ eius oſtenditur locus Capreis, vnde damnatos poſt longa, & exquiſita tormenta præcipitari coram ſe in mare iubebat, excipiente claſſiariorum manu, & contis, atque remis elidente cadauera; ne cui reſidui ſpiritus quidquam ineſſet. In hunc igitur merito hi verſus ſcripti:

Aſpice felicem ſibi, non tibi, Romule, Syllam.
Et Marium, ſi vis, aſpice, ſed reducem.

Nec non Antoni ciuilia bella mouentis,
Nec ſemel infectas aſpice cæde manus.

Et dic, Roma perit, regnabit ſanguine multo
Ad regnum quiſquis venit ab exilio.

Refert

A Refert Dion, eum ſæpe dixiſſe, Me mortuo terra cum igne miſceatur; fortunatumque dixiſſe Priamum, quod ei vna cũ patria, & Regno perire contigiſſet. Tacitus autem lib. v. Nemque ſum ignarus, inquit, à pleriſque ſcriptoribus omiſſa multorum pericula, & pœnas, dum copia fatiſcunt, aut quæ ipſis nimia, & mæſta fuerunt, ne pari tædio lectores adficerent, verentur.

Multo turpiſſimus autem, quoad pudicitiam, fuit Tiberius Cæſar. de illo ſicidem cap. XLIII. Seceſſu vero Capreenſi etiam ſellariam excogitauit, ſedem arcanarum libidinum, in quam vndique conquiſiti puellarum, & exoletorum greges ſe inuicem B inceſtarent coram ipſo. Et cap. 45. Fœminarum quoque, & quidem illuſtrium capitibus quantopere ſolitus ſit illudere, euidentiſſime apparuit Malloniç cuiuſdam exitu. Et Dion: Cæterum dedecore, atque infamia (Tiberius) opprimebatur, quod amore nobiliſſimorum puerorum pariter, atque fœminarum captus eſſet. Et Tacitus li. VI. Præpoſiti ſerui qui quærerent, protraherẽt. dona in promptos, minas aduersũ abnuentes, &, ſi retinerẽt propinquus, aut parẽs, vim, raptus, ſuaq. ipſi libita velut in captos exercebãt. CXXI.

Rurſus, quantum ad alienas opes, ſic idem cap. 49. Procedente mox tempore etiam ad rapinas conuertit animum. Et mox, vbi C oſtendit aliquos ob diuitias ad mortem compulſos, addit: Præterea Galliarum, & Hiſpaniarum, Syriæque, & Græciæ principes confiſcatos ob tam leue, ac tam impudens calumniarum genus, vt quibuſdam non aliud ſit obiectum, quàm quod partem rei familiaris in pecunia haberent. Plurimis etiam ciuitatibus, & priuatis veteres immunitates, & ius metallorum, ac vectigalium, adempta, ſed & Venonem, regem Parthorum, qui, pulſus à ſuis, quaſi in fidem Populi Romani, cum ingenti gaza Antiochiam ſe receperat, ſpoliatum perfidia, & occiſum. CXXII.

Nec defuerunt imperante Tiberio clades acerbiſſimæ. nam D Romæ, vt in Chronico Euſebius notat, anno Chriſti 24. Pompeij theatrum eſt incenſum, & Vrbis conditæ, iuxta Tacitum lib. 1. 768. Tiberis, continuis auctus imbribus, plana Vrbis ſtagnauit, relabentemque ſecuta eſt ædificiorum, & hominum ſtrages. Sed illud omnium longe luctuoſiſſimum, quod accidit Fidenis anno 780. cum caſu amphitheatri ruinoſe ædificati. Obtrita, inquit Tacitus lib. IIII. vel debilitata ſunt hominum quinquaginta millia: & haud multo poſt tantum Romæ incendium ſæuijt, vt mons Cœlius totus ſic fuerit exuſtus, vt ſola Tiberij effigies fuerit intacta. Neque vero

fames

fames bis defuit, vt ex eiuſdem lib. iii. & vi. apparet. Rurſus 787. & Chriſti 38. Tiberis inundauit, ita vt multæ Vrbis partes nauibus eſſent peruiæ, ac plurima ædificia prope Circum, & Auentinum flammæ abſumpſerunt. vt Dio lib. lviij. refert. Inundatione quidem Tiberis, ædificiorum, & hominum factam ſtragem, ſcribit Tacitus lib. 1. A

An auditum tale vnquam monſtrum poſt Conſtantini ætatem? an tante clades? Numquid hæc tempora reduci cupiunt impij? &, qui forent impij, niſi tam portentoſa concupiſcerent, ac funeſta?

CXXIII Caligula. Tiberio ſucceſſit anno Chriſti 39. quem ſibi ſuccedere gaudebat Tiberins. quod ſceleſtiſſimus eſſet, vt memoriam ſcelerum ſuorum maioribus Caij Caligulæ ſceleribus obrueret, ac per eum maxima, & nobiliſſima pars Senatus necaretur; inquit Dion in Tiberio: ac de Caio quidem ſic idem: Cum Caius ſanguine expleri non poſſet, curabat, vt quamplurimi inter ſe dimicarent, eoſq. nonnumquam binos, interdum confertos tamquam in acie congredi iubebat, ita vt ſex, & viginti equites vno die cæſi ſint. Tanta enim fuit eius crudelitas, vt cum defeciſſent damnati ad beſtias, non nullos ex ea turba, quæ in tabulis conſederat, corripi iuſſerit, & beſtijs obijci. ijſq. quominus loqui poſſent, aut quemquam accuſare, linguas præcidi mandauit. coegit etiam illuſtrem equitem deſcendere in certamen gladiatorium, quaſi Agrippinę matri ſuæ iniuriam feciſſet, eumque poſtea, cum victor eſſet, accuſari, & interfici iuſſit, patremque eius, qui nihil commiſerat, coniectum in caueam, ſicut alios per multos, interemit. Et mox: Conclamante aliquando populo, Adoleſcens Auguſte, ratus ſibi iniuriam factam, quamplurimos occidi iuſſit. eoſq. partim abſtrai à ſpectaculis, partim abeuntes à theatro abripi (id enim ſæpe facere ſolebat) quin etiam alioquin minatus eſt vniuerſo populo, his verbis. Vtinam (inquit) omnes vnam ceruicem haberetis. Et poſt: Poſtquam fuit cibo, vinoq. confectus, pleroq. deiecit ſocios de ponte, (erat longitudo Pontis trium milliariorum inter Puteolos, & Baulos, latitudo pro ratione longitudinis, vt ſuperaret, quem Xerſes Helleſpento confecit) multoſq. cum veheretur nauibus roſtratis, iaciebat in profundum. Et rurſus. Difficile eſt enumerare nobiles viros, qui ab eo ſunt interfecti. Et iterum; Magnum exercitum comparauit, in quo erant militum ducenta quinquaginta millia, eorumque magnam partem necauit. nam eos ſigillatim, non num-

numquam etiam confertos occidebat. Et mox: Congregato au-
tem populo, magnam vim auri, argentiq. profudit de ſuperiori
A loco, (quæ plerique dum colligerent, mortui ſunt) quod cul-
telli (vt aiunt) cum ijs comixti eſſent. præterea Caſſium Meli-
num iuſſit occidi, cœgitq. Capitonem patrem eius virum bonum,
nullius accuſatum delicti, filij ſupplicio intereſſe, quod, dum à
Caio peteret, vt ſibi oculos claudere liceret, iuſſus eſt pariter
occidi. Hæc Dion addit, Alia Suetonius, quæ nos retulimus ali-
bi: atque icciro ab ijs recitandis ſuperſedemus.

Et, quantum ad caſtitatem, ſic refert Suet. cap. xxiv. Cum CXXIV
omnibus ſororibus ſtupri conſuetudinem fecit; plenoq. conui-
B uio ſingulas infra ſe viciſſim collocabat, vxore ſupra cubante.
Et mox, cap. 36. Supra ſororum inceſta, & notiſſimum proſtitu-
tę Pyrallidis amorem, non temerè vlla illuſtriore fœmina abſti-
nuit: quas plerumque cum maritis ad cænam vocatas, præterq.
pedes ſuos tranſeuntes, diligenter, ac lentè, mercantium more,
conſiderabat, etiam faciem manu alleuans, ſi quæ pudore ſum-
mitterēt. quoties deinde libuiſſet, egreſſus triclinio cum maxime
placitā ad ſe vocaſſet, paullo poſt recentibus adhuc laſciuię notis,
reuerſus vel laudabat palam, vel vituperabat, ſingula numerans
bona malaue corporis, atque concubitus.

C Deniq. quantum ad alienas facultates, ſic idem cap. 38. Egēs CXXV.
ad rapinas conuertit animum, vario, & exquiſitiſſimo calumnia-
rum, & auctionum, & vectigalium genere. Et: Teſtamenta
primipilarium, qui ab initio principatus Tiberij neque illum, ne-
que ſe heredem reliquiſſent, vt ingrata, reſcidit. item cętero-
rum, vt irrita, & vana, quoſcumque quis diceret hærede Cæſa-
re mori deſtinaſſe. quo metu iniecto, cum iam, & ab ignotis in-
ter familiares, & à parentibus inter liberos palam hæres nuncu-
paretur, deriſores vocabat, quod poſt nuncupationem viuere
perſeuerarent, & multis venenatas macteas miſit. Et mox. Au-
D ctione propoſita, reliquias omnium ſpectaculorum ſubiecit, &
vendicauit, exquirens per ſe pretia, & vſque eo extendens, vt
quidam immenſo coacti quædam emere, ac bonis ex vti, venas
ſibi inciderent. Nota res eſt, Aponio Saturnino inter ſubſellia
dormitante monitum à Caio præconem, ne prætorium virum,
crebro capitis motu nutantem ſibi, præteriret; nec licendi finem
factum, quo ad xiij. gladiatores HS nonagies ignoranti addice-
rentur. Et cap. 42. Nouiſſime contrectandæ pecuniæ cupidine
incenſus, ſæpe ſuper immenſos aureorum aceruos patentiſſimo

diffuſos loco, & nudis pedibus ſpatiatus, & toto corpore aliquã-diu volutatus eſt. Et Dion: Cæterum, conſumpta Vrbis, ac totius Italiæ pecunia, Caius in Galliam proficiſcitur, ad eam gentem fortunis, quæ tum erant maximæ, & florentiſſimæ, vna cum Hiſpanis ſpoliandam. ibi publicum crimen fuit, eſſe diuitem: atque horum poſſeſſiones cum venderet, ipſe multo inde maiorem pecuniam redegit, quod omnes cogerentur pluris, quàm res eſſent, emere. A

Talis itaque Caligula, qui imperauit, vt aliqui volunt, annis quatuor, menſibus decem, diebus octo.

Quæro itaque, an poſt Conſtantini ætatem fuerit vllus Catholicus Princeps Romæ, & in Italia, aut etiam toto orbe Catholico, qualis Caligula, tantæ diritatis, libidinis, ac rapacitatis? Ecquando fuit, qui è noſtris haberet in exercitu ducenta quinquaginta hominum millia, eoſque ipſe ſumma atrocitate occiderit, omnia libidinibus polluerit, orbem totum ſpoliarit? An hæc tempora beata? B

Claudius Caligulæ eſt ſuffectus, anno Chriſti 43. de quo ſic
CXXXVI. Dion: Cum ſoleret (Claudius) expleri ſanguine, & cædibus, multas ſubitas, & temerarias cædes fecit. In cauſa fuerunt Cæſariani, vxorque eius Meſſallina; quæ temeritate, atque intemperantia omnes fæminas ætatis ſuæ ſuperauit. nam iſti, cum cuperent aliquem necatum, ſolebant perterrefacere Claudium, vt hac ratione facerent omnia, quæ ſibi collibuiſſet. Et Victor: Huius vxor (Meſſallina) primo clam, mox paſſim, quaſi iure, adulteris vtebatur: eòq. extincti cum ſuis plerique, ingenio, ſeu metu abſtinentes; de hinc atrocius accenſa, nobiliores quaſque nuptas, & virgines, ſcortorum modo ſecum proſtituerat: coactique mares, vti adeſſent. Quod ſi quis talia horruerat, afficto crimine, in ipſum, omnemque familiam ſæuiebatur. Vt magis ipſa videretur imperare Viro, quam Imperatori nupta eſſe. ita liberti eius, poteſtatem ſummam adepti, ſtupris, & exilio, cæde, proſcriptionibus omnia fœdabant. Et Suetonius cap. 34. Sæuum, & ſanguinarium natura fuiſſe, magnis, minimiſque apparuit rebus. tormenta quæſtionum, pœnaſque parricidarum repræſentabat, exigebatque coram. cum ſpectare antiqui moris ſupplicium Tiburi concupiſſet, & deligatis ad palum noxijs carnifex deeſſet, acci tum ab Vrbe veſperam vſque opperiri perſeuerauit; quocumq. gladiatorio munere, vel ſuo, vel alieno, etiam fortè prolapſos iugulari iubebat, maxime retiarios, vt expirantium faciem videret. C D

cum

A cum par quoddam mutuis ictibus concidiſſet, cultellos ſibi paruulos ex vtroque ferro in vſum fieri ſine mora iuſſit. Beſtiarijs, meridianiſq. adeo delectabatur, vt etiam prima luce ad ſpectaculum deſcenderet; & meridie, dimiſſo ad prandium populo, perſederet; prǽterq. deſtinatos, etiam leui, ſubitaq. de cauſa quoſdam committeret, de fabrorum quoque, ac miniſtrorum, atque id genus numero.

Quoad luxuriem, ſic de illo ſummatim refert idem cap. 33. Libidinis in fœminas profuſiſſimæ fuit.

Imperante Claudio, inquit Annalium lib. 12. Tacitus, crebris terræmotibus prorutæ domus; (in Vrbe) ac, dum latius metuitur, trepidatione vulgi, inualidus quiſque obtritus. frugum quoque egeſtas, & orta ex eo fames, in prodigium accipiebatur: nec occulti tantum queſtus; ſed iura reddentem Claudium circumuaſere clamoribus turbidis, pulſumq. in extremam fori partem vrgebant, donec militum globo infeſtos perrupit. Hæc ille. Fames hæc toto Orbe vniuerſalis fuit, vt habetur in Actis Apoſtolicis cap. 11.

Regnauit Claudius annis tredecim, menſibus octo, diebus viginti, vt ſcribit Dion. Ac talis fuit, vt poſt ætatem Conſtantini C nullus Princeps Catholicus in Italia, aut etiam non Catholicus extiterit adeo ſceleſtus, ac pernicioſus, quique tot Italorum, vel quorumuis millia per ſæuitiam trucidarit.

Nero Claudio eſt ſubſtitutus anno Chriſti 57. de quo ſic Dion: CXX. Noctu Nero per totam Vrbem debacchabatur. mulieribus, pueriſq. ſtuprũ inſerebat; ſpoliabatq. eos, qui ſibi obuiã fierẽt, percutiebat, vulnerabat, occidebat. Et mox: Domi eſſe, nulli tutũ erat, VII. Nerone in domos, atque officinas inſultante. Et poſt: Eo anno magnus numerus primorum hominum mortem obierat; atque eorum non nullos accuſatos, Neroni inſidias feciſſe, milites lapi-D dibus obruerunt. Et rurſus: Cupiuit (Nero) quod antea ſemper optauerat, Vrbem, atque Imperium viuus funditus perdere. quam quidem ob cauſam ipſe quoque Priamum mirabiliter beatum fuiſſe dicebat, quod Patriam ſimul cum Regno perditam vidiſſet. Iterum, cum Romam iuſſiſſet incendi, (ait) multi in hoc grauiſſimo dolore in ignem ſe coniecerunt, & innumerabiles homines incendio perierunt. At Suetonius cap. 37. Nullus (à Nerone) adhibitus delectus, aut modus interimendi CXX. quoſcumque libuiſſet, quacumque de cauſa. dein plurimos ab eo VIII.

K necatos

necatos nominatim recenſet. Eutropius autem lib. 7. Infinitam partem Senatus (Nero) occidit. imperauit annis 13. menſibus 7. diebus 28. A

CXXIX Quid autẽ de libidine dicemus? de eo namq. ita Suetonius cap. 29. Super ingenuorum proagogia, & nuptarum concubinatus, Veſtali virgini Rubriæ vim intulit. Sed illud fœdiſſimum, & incredibile, quod refert Dio: Publice ſumptuoſam (ſcribit) cenam Nero dedit. Huic cenæ Tigellinus præfectus fuerat, eratque eius cenæ magnificus apparatus. fuere in medio amphitheatro, & in aqua poſita magna vaſa vinaria lignea, & ſuper ea tabulę fixæ. circum erant vndique tabernæ, & diuerſoria ædificata: cumque B Nero, & Tigellinus cum conuiuis ſuis medium locum tenerent, ac in tapetis purpureis, & mollibus ſtragulis epularentur, cæteri in tabernis magnam lætitiam capiebant, intrabantque lupanaria, & cum omnibus mulieribus, quæ tum ibi conſederant, palàm rem habebant, & impudenter. aderant autem pulcherrimæ, & clariſsimæ ancillæ, liberæ, ſcorta, virgines, vxores multorum Ciuium, non ſolum plebeiæ, ſed etiam nobiliſſimæ, & puellæ, & mulieres. poterat quiſque ea, quam cuperet, potiri: negare licebat nemini. multitudo congregata videlicet ex plebeijs hominibus largiter potabat, faciebatque iniuriam libidinoſe. tum C enim ſeruus cum domina, præſente domino ſuo, & gladiator cum virgine nobili, inſpectante patre, rem habuerunt. ſequebantur inde grauiſſimæ, & turpiſſimę altercationes, vulnera, tumultus, non ſolum ab his, qui intus erant, ſed etiam ab his, qui foris remanſerant. quibus ex cauſis multi homines mortui, multæ mulieres ſuffocatæ, multę raptæ ſunt. occulte noctu per totam Vrbem debacchabatur: mulieribus, puerisque ſtuprum inferebat. Hæc Dion. D

CXXX. De eodem ſic Suetonius, quantum ad pecunias, cap. 33. Iam exhauſtus, inquit, atque egens, (Nero) vt ſtipendia quoque militum, & commoda veteranorum protrahi, ac differri, neceſſe eſſet; calumnijs, rapiniſque intendit animum. Ante omnia inſtituit, vt è libertorum defunctorum bonis pro ſemiſſe dextans cogeretur ei, qui ſine probabili cauſa eo nomine eſſent, quo fuiſſent vllæ familiæ, quas ipſe contingeret. deinde, vt ingratorum in Principem teſtamenta ad fiſcum pertinerent; ac ne impune eſſet ſtudioſis viris, qui ſcripſiſſent, vel dictaſſent ea. tum, vt, lege maieſtatis, facta, dictaque omnia, quibus modo delator non deeſſet,

A ſet, tenerentur. reuocauit & pręmia coronarum, quæ vmquam ſibi in certaminibus Ciuitates detuliſſent. &, cum interdixiſſet vſũ amethyſtini, ac Tyrij coloris, ſummiſiſſetque, qui nundinarum die pauculas vncias venderent, præcluſit cunctos negotiatores. quin etiam inter canendum animaduerſam matronam è ſpectaculis vetita purpura cultam, demonſtraſſe procuratoribus ſuis dicitur, detractamque illico non veſte modo, ſed & bonis exſuit. nulli delegauit officium, vt non adijceret, Scis, quid mihi opus ſit; & hoc agamus, ne quis quidquam habeat. Vltimo, templis compluribus dona detraxit; ſimulacraque ex auro, vel argen-
B to fabricata conflauit: in his penatium deorum, quæ mox Galba reſtituit.

Et cap. 27. Aſſueuerat (Nero) tabernulas etiam effringere, & expilare; quintana domi conſtituta, vbi partæ, & ad licitationem diuidendæ prædæ pretium aſſumeretur. Et Dion: Exiſtimauit (Nero) Imperatoriæ maieſtatis, & poteſtatis eſſe, efficere, vt nullius rei, ne viliſſimę quidem, indigeret. qua ex re cœpit (vt pareſt) magnam pecuniam conſumere, multa per iniuriam quærere, multa per vim eripere. nec enim paruo, aut abiecto animo erat. & non ſolum exegit noua vectigalia, ſed etiã inhiauit locuple-
C tum facultatibus, quas per iniurias abſtulit à multis; eorumque nonnullos occidit: & occulte noctu per totam Vrbem debacchabatur, mulieribus, puerisque ſtuprum inſerebat, ſpoliabatq. eos, qui ſibi fierent obuiam. & cauſa belli Britannici fuit publicatio bonorum, quæ cum eſſet primarijs eorum à Claudio remiſſa, Decianus Catus, eius Inſulæ Procurator, dicebat, eam renouari oportere. Et: Nero magnam pecuniam à priuatis, & populis, propter incendium factum, partim vi, partim de voluntate ipſorum exegit, & Populo diuiſionem frumenti abſtulit. Et: Græciam depopulatus eſt, licet eam liberam reliquerit; fe-
D citque cædes infinitas, & bona quorundam adhuc viuentium publicauit, atque innumerabilia donaria, quæ vel Romæ in templis repoſita erant, abſtulit; quæ in Vrbe erant, atque in omni Italia, ea omnia dedit Aelio Cæſariano, cui tanta facta erat omniũ rerum poteſtas, vt inconſulto Nerone bona proſcriberet, mitteretque in exilium, ac non modo plebeios homines, ſed etiam viros equeſtres, Senatorijque ordinis iuberet occidi. Et: Polycletus autem, & Caluia Criſpillina ſeparatim vitam degebant, depopulabanturque, & ſpoliabant omnia, quæ occurrerent. Et: Omnem orbem terrarum, cuius imperium tenebat, expilauit.

Ac talis Nero, qui, vt omnibus ſe flagitijs inuoluerit, illud eius facinoroſiſſimum fuit, quod Romam incenderit: cum Totila partem illius tertiam tantum incenderit: vt ex Procopio liquet. A

Neque verò clades aliæ regnante illo defuerunt. Anno namque illius ſupremo, qui eſt Chriſti ſeptuageſimus, accidit in Italia terræmotus, quo prata, & olíueta agri Marrucini, intercedente via publica, in contrarias ſedes ſunt translata. quod narrat Plinius lib. 2. cap. 83. Et Dion in Nerone, Tam ingens, inquit, terræmotus factus eſt, vt terra funditus conquaſſari, & animæ hominum ab eo (Nerone) interfectorum inſultare ipſi putarentur. Hæc anno Chriſti 70. conditæ Vrbis 812. Sed & B Euſebius anno Chriſti 60. vult alium Romæ terræmotum contigiſſe. Tacitus quidem lib. XV. ait terræmotu Pompeios ex magna parte corruiſſe.

Porro in Italia imperante Nerone incolarum tanta erat infrequentia, quod è Lucano ſupra etiam narrauimus, atque Vrbes adeo deſertæ, vt opus fuerit Antium, Tarentumq. colonias deduci. neque tamen ob id ſatis eſt prouiſum ſolitudini locorum. quod diſertiſſime tradit lib. 14. Tacitus. & tamen hæ duæ Vrbes in fœcundiſſimis, & amœniſſimis erant locis. C

Præterea vero Britanni, ſumptis in Romanos armis, eorum, & ſociorum ſeptuaginta millia crudeliſſimis modis trucidarunt, vt eodem libro idem narrat: quamuis poſtea ſint interfecta octuaginta millia Britannorum. & anno Vrbis 819. iuxta Tacitum vaſtata Campania turbine ventorum, qui villas, arbuſta, fruges paſſim diſiecit: pertulitq. violentiam ad vicina Vrbi, in qua omne mortalium genus peſtilentia depopulabatur. Hæc ille lib. 16.

CXXXI Galba Neroni ſuccedens imperauit menſes ſeptem. qualis eſſet futurus in poſterum, non eſt certum. ſæuiſſimum fuiſſe, prodit cap. 12. Suetonius, hæc inquiens: Præceſſerat de eo fama ſæuitiæ ſimul atque auaritiæ, quod ciuitates Hiſpaniarum, Galliarumque, quæ cunctantius acceſſerant, grauioribus tributis, quaſdam etiam murorum deſtructione puniſſet, & præpoſitos, procuratoreſq. ſupplicio capitis affeciſſet, cum coniugibus, ac liberis. Hæc ille. D

De Galba ſic idem Dion: Erat in coaceruanda pecunia inexplebilis.

Suetonius cap. 18. narrat ſub ingreſſum Galbæ terram tremuiſſe,

A muiſſe, & aſſimilem mugitui ſonum dediſſe.

Illud vero longe funeſtum Romæ contigit, vt, multis in ipſa Vrbe commiſſis prœlijs, dum pugnant de Imperio Galba, & Otho, plurimi ciuium ſint vtrimque interfecti vna cum Galba.

Otho igitur, occiſo Galba, tenuit Imperium dies nonaginta CXXX-
quinque. qualis eſſet in Imperio futurus, ita Dion: Non erat ob- II.
ſcurum, eum multo etiam petulantius, atque acerbius, quam Neronem, regnaturum: nomen quidem eius ſibi ſtatim impoſuit. Et mox: Eo genere vitæ, quod inſtituerat, quodque cum
B ſorore conſuetudinem habebat, cæterisq. Neronianis vtebatur, omnes perterriti erant.

Ipſo imperante Tiberis inundauit. quod ita deſcribit Tacitus XXX-
lib. 17. Tiberis, immenſo auctu, prorupto Ponte Sublicio, ac III.
ſtrage obſtantis molis refuſus, non modo iacentia, & plana Vrbis loca, ſed ſecura huiuſmodi caſuum impleuit. Rapti è publico plerique. plures in tabernis, & cubiculis intercepti. fames in vulgus, inopia quæſtus, & pænuria alimentorum, corrupta ſtagnantibus aquis inſularum fundamenta, dein remeante flumine dilapſa.

C Sed hæc ferenda eſſent. illud luctuoſiſsimum. nam, cum prœlium conſeruiſſent interſe Vitellius & Otho, Cremonæ deſiderata ſunt vtrimque militum quadraginta millia, inquit Dio. Cæterum ſcribit Tacitus lib. 2. hiſtoriarum: Italia grauius, atque atrocius, quam bello, affligebatur. diſperſi per municipia, & colonias Vitelliani, ſpoliare, rapere, vi, & ſtupris polluere, in omne fas, nefaſq. auidi, aut venales, non ſacro, non profano abſtinebant. & fuere, qui inimicos ſuos ſpecie militum interficerent. ipſiq. milites, regionum gnari, refertos agros, dites dominos in prædam, aut, ſi repugnatum foret, ad excidium deſti-
D nabant. Et mox: At non Vitellius flexit oculos, nec tot millia inſepultorum ciuium exhorruit.

Vitellius, his de medio ſublatis, ad Imperium venit: de quo CXXX-
Suetonius ita cap. 14. Pronus verò ad cuiuſque, & quacumque III.
de cauſa necem, atque ſupplicium, nobiles viros, condiſcipulos, & æquales ſuos, omnibus blanditijs tantum non ad ſocietatē imperij allicefactos, vario genere fraudis occidit; etiā vnum veneno manu ſua porrecto in aquæ frigidæ potione, quā is affectus febre popoſcerat. tū fœneratorum, & ſtipulatorū, publicanorumq. qui vnquā ſe aut Romę debitum, aut in via portoriū flagitaſſent,

vix

vix illi pepercit. Ex quibus quendam in ipſa ſalutatione ſupplicio traditum, ſtatimque reuocatum, cunctis clementiam laudantibus, coram interfici iuſsit, velle ſe dicens paſcere oculos. Alterius pœnæ duos filios adiecit, deprecari pro patre conatos. Sed & equitem Romanum proclamantem, cum raperetur ad pœnã, Heres meus es, exhibere teſtamenti tabulas coegit; vtque legit coheredem ſibi libertum eius adſcriptum, iugulari cũ libert, imperauit. Quoſdam & de plebe, quod Venetæ factioni clare male dixerant, interemit, contemptu ſui, & noua ſpe id auſos opinatus. nullis tamen inſenſior, quam vernaculis, & mathematicis, vt quiſq. deferretur inauditũ capite puniebat. Trucidatus eſt anno Chriſti 71. regnauit annum vnũ, decem diebus exceptis. A B

CXXXIIII. Orto namque inter ipſum, Veſpaſianumque bello, pugna ad Cremonam commiſſa, occubuerunt hominum quinquaginta millia, teſte Dione. Cremona, Romanorum colonia, cunctis, vel captis vel occiſis, incenſa, & euerſa. Quam rem ſic Tacitus deſcribit lib. 3. Tempus quoque mercatus, ditem alioquin coloniam, maiorum opum ſpecie complebat. Et mox: Quadraginta armatorum millia irrupere, calonum, lixarumque amplior numerus, & in libidinem, ac ſæuitiam corruptior. non dignitas, non ætas protegebat, quominus ſtupra cædibus, cædes ſtupris miſcerentur. grandæuos ſenes, exacta ætate feminas, viles ad prędam, in ludibrium trahebant. vbi adulta virgo, aut quis forma conſpicuus incidiſſet, vi, manibuſque rapientium diuulſus, ipſos poſtremo direptores in mutuam perniciem agebat. dum pecuniam, vel grauia auro templorum dona, ſibi quiſque trahunt, maiore aliorum vi truncabantur. quidam obuia aſpernati, verberibus, tormentiſque dominorum, abdita ſcrutari, defoſſa eruere. faces in manibus: quas, vbi prædam egeſſerant, in vacuas domos, & inania templa, per laſciuiam iaculabantur. vtque exercitu vario linguis, moribus, cui ciues, ſocij, externi intereſſent, diuerſæ cupidines, & aliud cuique fas, nec quidquã illicitum. Per quatriduum Cremona ſuffecit. cum omnia ſacra profanaq. in ignem conſiderent, ſolum Mephitis templum ſtetit ante mœnia, loco, ſeu numine defenſum. Hucuſque Tacitus. C D

Rurſus, pugnantibus inter ſe iiſdem, Romę perempta ſunt hominum quinquaginta millia, ipſe occiſus, quod narrat Dio, ac Tacitus lib. 3. & 4. Atque ita intra annum militum Romanorum centum millia perempta, ac nobiliſſima Ciuitas euerſa. Quorum nihil ſimile Romanis euenit poſt Conſtantinum, maximeque Romani

A mani Pontificis auctoritate inter Romanos, atque Italos vigente.

Hucuſque Romani ſanguinis Imperatores regnarunt. Poſt hos Italici tenuerunt imperium, Romamque: vt verum fuerit oraculum, quod narrat Suetonius:

> *Hinc ter tercentum circum voluentibus annis*
> *Seditio perdet Romanos.*

Numerant enim non nulli ab Vrbe condita ad obitum Vitellij B annos octingentos uiginti. ſic itaque circumuoluebatur ſæculum nonum, cum necatus eſt Vitellius.

Veſpaſiano eſt Imperium delatum poſt annum, & dies viginti ab obitu Neronis. Veſpaſiano quidem patria fuit agri Reatini vicus Phalacrine. quamuis autem nomen Imperatoris Veſpaſianus ferret, Titus omnia tamen adminiſtrauit. quo tempore crudelem maxime extitiſſe, ait Suetonius cap. 6. his verbis: Suſpectiſſimum quemque ſibi, ſummiſſis, qui per theatra, & caſtra, quaſi conſenſu, ad pœnam depoſcerent, haud cunctanter oppreſſit. Et ſequenti ait, eum, quaſi alterum Neronem, creditum, & voca- CXXXV
C tum. Et Victor: Præfecturam Prætorianam (Titus) patre imperante adeptus, ſuſpectum quemque, & oppoſitum ſibi, immiſſis, qui per theatra, & caſtra inuidioſa iactantes ad pœnam poſcerent, quaſi criminis conuictos, oppreſſit. In quibus Cæcinam conſularem adhibitum cenæ, vix dum triclinio egreſſum, ob ſuſpicionem ſtupratæ Berenices vxoris ſuæ, iugulari iuſſit. Hæc ille. Mutatis tamen moribus, Titus, adepto Principatu, optimus omnium, qui hucuſque regnauerant, euaſit.

De Veſpaſiano hæc Suetonius cap. 16. Creditur etiam procuratorum rapaciſſimum quemque ad ampliora officia ex indu- CXXXVI.
D ſtria ſolitus promouere, quo locupletiores mox condemnaret: quibus quidem vulgo pro ſpongiis dicebatur vti, quod quaſi & ſiccos madefaceret, & exprimeret humentes. Et Dion: Multa accipiebat à multis, cum magiſtratus, procurationeſque prouinciarum, & officia militum, ac ſacerdotia ipſa, quin reſponſa Principis nonnullis venderet. Hæc ille. Peruolue nunc hiſtorias, ſi lubet, ac poſt Conſtantinum, qui tanta fuerit rapacitate, & Italiæ ſit dominatus, profer, ſi potes.

Titus, patri ſuccedens, haud male ſe geſſit. Ipſo imperante, CXXXVII.
anno primo, Veſuuius, eruptione maxima flammarum facta, tot,

ac tantas

æc tantas cinerum moles euomuit, vt duas Vrbes Campaniæ nobiliſsimas, Pompeios, Herculanumque obruerent; in Græciam, Syriam, Aegyptum, & Africam peruenirent; Romæ theatrum replerent: ex quo peſtis eſt oborta, terræmotus, mugituſque horrendi adeo fuerunt, cœlumq. caligine obductum tam dira ſpectra obijciebat, vt homines crederent Mundum ruiturum. Quæ Dio late perſequitur. A

Sequenti Romæ, vt idem ſcribit, Serapium, Iſium, Septa, Templum Neptuni, Balnea Agrippæ, Pantheon, Diribitorium, Theatrum Galbæ, Scæna Pompeij, Octauiana ædificia, vna cum libris, Templum Iouis Capitolini cum proximis templis, igne ſunt conſumpta. Triduum duraſſe hoc incendium, Suetonius tradit. An tot, tantæq. clades vnquam fuerunt, poſt Conſtantinum, Romæ, & in Italia? Numquam certe. B

CXXXVIII. Domitianus, Romæ natus, Tito ſucceſsit, anno Chriſti 84. de quo ſic Eutropius lib. 7. Neroni, aut Caligulæ, aut Tiberio, quã patri, aut fratri ſuo ſimilior (fuit Domitianus.) Et Victor: Atrox cædibus, bonorum ſupplicia agere cœpit. Et mox: Domitianus longe tetrior, in omne hominum genus, etiam in ſuos, ferarum more graſſabatur. Et Dion: Spectatoribus multa (Domitianus) crebro largiebatur in ſphæris paruulis, nonnumquam conuiuium faciebat eis in eodem loco ſedentibus, præbebatq. ſæpe numero vinum fluens nocturno tempore. quæ res, vt multitudini erat voluptati, (vt par eſt) ita potentibus viris cauſa erat interitus: multos enim occidebat, cum non haberet, vnde tantos ſumptus faceret, partim reos factos in ſenatu, partim abſentes accuſatos: nonnullos quoque ex inſidijs clandeſtinis venenis ſuſtulit. Et deinde: Nec, quot homines interfici iuſſerit, dici poteſt. Et poſt: Indagatis diebus, horiſque, in quibus Principes viri nati eſſent, pleroſque etiam ex ijs, qui potentiam numquam ſperauerant, ſuſtulerat. C D

De eodem, quantum ad caſtitatem, ita Suetonius: Fratris filiam, adhuc virginem, oblatam in matrimonium ſibi, cum deuinctus Domitiæ nuptijs pertinaciſſime recuſaſſet, nõ multo poſt alij collatam vltro corrupit, & quidem viuo etiam tum Tito: mox patre, ac viro orbatam ardentiſſime, palamq. dilexit, vt etiam cauſa mortis extiterit coactæ conceptum à ſe abigere.

Et, quoad alienas opes, ita idem cap. 12 Bona virorum, ac mortuorum, vſque quaque, quolibet & accuſatore, & crimine corripiebantur. ſatis erat obijci qualecumque factum di-

ctumq.

A ctumq; aduerſus maieſtatem Principis. confiſcabantur alieniſſimæ hereditates, vel vno exiſtente, qui diceret, audiſſe ſe ex defuncto, cum viueret, heredem ſibi Cæſarem eſſe.

Illud autem memorabile ſimul, ac miſerandum, contigit imperante Domitiano, quod his verbis recitat Dion: Per id tempus cœpere nonnulli acubus oblitis veneno, quos collibitũ eſſet, pungere. qua ex re multi eorũ, ne ſentientes quidẽ, moriebãtur. multi ex illis, cum delati eſſent, ſupplicio affecti ſunt: idq. non ſolũ Romæ, ſed in omni etiam fere Orbe terrarum factũ eſt. Hęc ille. CXXXVIII.

Occiſus eſt Domitianus, anno Chriſti 98. Vrbis 860. cum re-
B gnaſſet annis 15. demptis diebus 5.

Domitiano ſuffectus eſt Nerua, bonus Imperator, & Chriſtianis amiciſſimus, qui regnauit (ait Dion) annum vnum, menſes quatuor, dies nouem. Ac, ne vacuum foret à cladibus illius imperium, teſte Victore in vita Traiani, Tiberis magna omnium pernicie late inundauit.

Sed numquid Tiberius, Caius, Claudius, Nero, in propinquos manſueti extiterunt? Audiamus, an ita ſit. Tiberius matrem nihil de ſe male meritam ſic odio perſecutus eſt, vt toto triennio ſemel eam ſit allocutus, ægrotam inuiſere, funeri, vt mos erat, adeſſe
C noluerit; teſtamentum fecerit irritum; qui funus curauerunt, afflixerit multis modis, & in his ex equeſtri ordine virum ad lapides cædendos damnauerit; filiorumq. ſuorum alterum Druſum neglexerit mortuum, Germanico mortem dederit, eiusq. coniugem cum liberis crudelem in modum, vt Suetonius ait, afflixerit; Agrippinam nurum relegarit; oculumq. effoderit per centurionem; cumq. audiſſet mortuam, conqueſtus ſit, quod laqueo ſtrangulatam non abiecerit in Gemonias. quid, quod Neronem, Druſumque, Germanici filios, atque ex eo ſibi nepotes, talibus legum pœnis non obligatos, fame necauit? è quibus hic tomẽtum è cul-
D citra propter inediam mandere eſt conatus, vt Suetonius ſcribit. nam veneno vult ſublatum Dio. Verum non ita forſan crudelis Caligula qui auiam Antoniam compulit ad mortem, dato, vt eſt creditum, veneno, neque defunctæ vllum voluit haberi honorem; fratrem Tiberium, tribuno immiſſo, occidit, Seianum ſocerum coegit ad ſecandas nouacula fauces; Ptolemæum, Regis Iubæ filium, conſobrinum ſuum, nihil male meritum; Macronemque, & Enniam, adiutores Imperij, propinquos item ſuos, nulli crimini obnoxios, occidi iuſſit. Nihilo melior Caio Caligula Claudius ſucceſſor: cui non obijciemus, quod

vxorem ſuam Meſſallinam peremerit, fœminam nequiſſimam, ſed quod Appium Syllanum, ſocerum ſuum, Liuiaſque, alteram Druſi, alteram Germanici filiam, neptes ſuas, crimine incerto, nec defenſione vlla data, interemit. Item Cnæum Pompeium, maioris filiæ ſuæ virum, & L. Syllanum, minoris ſponſum, generos innocentes, quæ Suetonius narrat, cap. 29. Verum, quid de Nerone dicemus? num poterimus eius infandas cædes, quibus in ſuos ſæuijt, referre? Claudium namq. Imperatorem, Patruum magnum, Parentemq. ſuum adoptiuum, matri conſentiens, dato veneno, interfecit; Britannicum fratrem, matrem ipſam ſuam Agrippinam, per quam fuerat euectus ad imperium, cum veneno ter fruſtra tentaſſet, & alias molitus eſſet inſidias, pugione tandem confodi iuſſit. ad interfectæ cadauer lætus adcurrit, membra contrectauit; alia laudans, alia vituperans. Huic, amitæ necem addidit. Octauiam coniugem ſæpe fruſtra ſtrangulare conatus, adulterij falſo etiam crimine oneratã peremit, Poppæamq. poſtea ductam calce occidit; Antoniam, Claudij Imperatoris filiam, propinquamq. ob id ſuam, quod nuptias eius recuſaret, interfecit; Aulum Plancum, affinem, per vim antea conſtupratum, & innocentem necauit, ob id, quod amatus eſſet à matre, Rufinum Criſpinum, Poppæa natum, priuignũq. ſuum, impuberem, mergendum mari, dum piſcaretur, ſeruis mandauit. Denique nullum genus neceſſitudinis, ait Suetonius cap. 35. fuit, quod non ſcelere perculerit. Numquid autem crudelitate cedet huic Domitianus? qui Flauium, patruelem ſuũ, ex tenuiſſima, inquit idem Scriptor cap. 18. ſuſpicione interemit. huic adiecit & Flauium Sabinum patruelem, quod eum præco perperam non Conſulem ad populum, ſed Imperatorem pronunciaſſet, vt idem cap. 11. refert. Quin Dion ſcribit, & Titum fratrem, quem ipſe inſidijs ad mortem petierat, occiſum: ſubijcitque, tabulas repertas, in quibus notauerat omnium propinquorum, domeſticorumq. nomina, quos idem ſtatuerat necare. En igitur, quam fuerint in ſuos pij, poſt Marium, Syllamq. Principes Romani. An poterunt igitur tot Romani Principes, ex iis, qui Pontifici Romano obedierunt, argui tantæ diritatis in ſuos? Quid vero tot ego ciere velim? Numquid reperientur duo Romani, qui tot ſuorum per ſummum ſcelus immerentes occidere vmquam, aut leuiſſima, aut nulla de cauſa ſint auſi? Age, nũquid vnus Romanus? Fuerunt intra annos circiter octuaginta, ex iſtis, quatuor. Proferatur intra mille ducen-

tos

A tos octuaginta prope annos vnus è noſtris. Vide, quid petam. Non me Romæ concludam, perueſtigemus Italiæ Regiones ſingulas, quibus per tot ſæcula Principes innumeri fuerunt, legibus Pontificijs obſequentes: an poterit erui, qui tot, ac tanta in ſuos admiſerit? Vnum peto, Italiamq. totam pono pro vna Vrbe; mille, ac trecentos annos pro octuaginta. Rem prorſus admirabilem dicam. Totus Orbis Catholicus in iudicium vocetur; ac ſinguli, qui Papæ decreta ſint ſecuti, adducantur: exquiratur, an aliquis Princeps extiterit, qui tot coniunctos innocentes interfecerit, nihil in ſe auſos, nulla de cauſa, aut tenui.

B Ac, ne quis me putet loqui temere; fuere in Anglia Riccardus Tertius, in Germania Federicus II. qui Henricum filium, Iolemq. vxorem carcere incluſos mori ob incommoda coegit; Riccardus duos ex fratre nepotes, coniugemque, vt regnaret, è medio ſuſtulit; Petrus, cognomento Crudelis, impios illos æquaſſe videretur, aut aliquos etiam ſuperaſſe, niſi dicamus, eum nullo modo noſtris eſſe adnumerandum. hæreticum fuiſſe, tradit illorum temporum grauis ſcriptor Petrarcha lib. de ſolitaria vita. Quin & Federicus II. eſſet à nobis excipiendus, quod peruulgatiſsimum ſit, eum, ſemper Pontifici Romano aduerſatum,

C paruiſſe illi numquam. Quot igitur, ac quantis bonis accumulatam Romam dicemus? quot, ac quantis Italiam? quot, ac quantis Orbem totum Catholicum? quando per tot ſæcula numquã contigit, vt ſortirentur vel vnum Principem tantæ diritatis in ſuos, poſtquam Pontifex Romanus auctoritatem ſuam ſtabiliuit; cum per annos octuaginta infelix Roma tot fuerit perpeſſa.

Hactenus Italici ſanguinis Imperatores rerum ſunt potiti. Ex hoc exteri prope cuncti, vt paulo poſt oſtendemus. Sed ex ijs, quæ adduximus, apparet clariſſime, per annos centum viginti-

D duos à Principatu Auguſti ſolius vſque ad Neruæ mortem, crudeliſſimos homines, rapaciſſimos, & libidinoſiſſimos omnium mortalium Romæ dominatos, ſæuitiamq. incredibilem in ſuos ciues, ac prouinciales exercuiſſe, ac fuiſſe ab iſtis prope cunctos ſibi obſtrictos vinculo cognationis extinctos.

Interrogo Peritos igitur hiſtoriarum num legerint apud vllos probatos auctores, poſt ætatem Conſtantini, ab anno ſcilicet 312. Romæ, vel in Italia natos tot fuiſſe, ac tam ſæuos Imperatores, Principesve vllos, Catholicæ Religionis cultores, in ſuos Romanos, aut Italicos? Numquam reperient, quamuis cuncta

euoluant. Et hoc igitur eſt Vrbi, Italiæq. bonum ab auctorita A
te Pontificia, qui per tot ſæcula tantam ſæuitiam, tot Principum, ciuiumq. ſuorum, aut prouincialium nullo modo ſint expertæ. Fuerunt Romæ factiones Vrſinorum, Columnenſiumque, quæ tamen ſunt ſublatæ: ex quo magis in Vrbe Pontifex valet, ſed numquam per illos tam feræ atrocitatis exempla edita. At exteri fuerunt, inquiet aliquis. Sed neque hos fuiſſe mox ſuo loco aperiemus. Nunc illud vrgeo, vt producatur aliquis Romæ, vel in Italia Princeps, Ciuisve ortus, qui tam ferus in Romanos Ciues ſuos fuerit: & tamen centum octuaginta annis oppono mille ducentos octuaginta, & plures, qui tranſacti ſunt ab imperio per Conſtantinum Romæ inito vſque ad æta- B
tem noſtram. Quod eo magis eſt mirandum, quod à primo ciuili bello Mariano vſque ad Auguſti Principatum numerantur anni circiter quinquaginta, quibus quinque priuati ciues, Marius, Sylla, M. Antonius, Lepidus, Octauius, nihil diritatis in ſuos Ciues omiſerunt, vel in innocentes, vt apparet. Quamobrem nunc aliud peto, vt proferatur dimidium tot Ciuium, vel Principum, qui Romæ, vel in Italia nati ſæuierint adeo in Ciues Romanos, vel Italos per tot annorum ſæcula, quæ præterierunt ab imperio Conſtantini, cum tamen intra annos centum vigintiduos tot à nobis fuerint enumerati. C

Quid vero tot exigam? Satis erit mihi vnus. Vide, quæſo, quo me redigam. numerauimus octo Ciues, Tyrannideq. arrepta Imperatores efferatiſſimos, Octauium, Tiberium, Caligulam, Claudium, Neronem, Othonem, Vitellium, Domitianum. Pro iſtis, qui intra annos centum octuaginta fuerunt, detur mihi vnus è noſtris Romæ Romanus, aut Italicus intra annos mille ducentos octuaginta, qui talia patrauerit in Romanos, cum tamen poſt Conſtantinum Magnum Romæ imperauerint Conſtantinus II. Gratianus, Valentinianus II. Conſtantinus, Honorij affinis, Valentinianus III. Maiorianus, Iulius D
Nepos, quos omnes, aut Romani ſanguinis, aut Italici fuiſſe quidam volunt. Sed adhuc maiora ſum dicturus, nihilq; diſſidentia à præſcripto veritatis.

Non enim modo nulli Romanorum, vel Italicorum fuit tanta in Romanos atrocitas, verum neque vlla fuit Vrbs Italiæ, quæ tot produxerit in ſuos, aut Ciues, aut Italicos adeo ſæuos, eoſdemq. Pontificijs legibus ſubiectos, Catholiceq. Religioni addictos. Numquid vero hic nobis erit finis? Neque vnum reperiri

A periri contẽdo Italicum, qui in quemuis Italiæ Populum talia ſit auſus. quin, ſi perſcruteris omnia Catholicorum, quos impij ad ignominiam Papiſtas appellant, (quod nos gloriæ ducimus) loca per tot ſæcula, nullus reperietur talis, qualis ex iſtis quilibet fuit interuallo temporis tam paruo.

LIBER

LIBER SECVNDVS. A

Atrociſſima facta Imperatorum, qui è duodecim barbaris nationibus Italiæ ſunt dominati: clades horrendæ, terræmotus, inundationes, ſterilitates, peſtilentiæ, incendia, diruta Vrbes, irruptiones barbarorum. Cap. I. B

ITALICI ſanguinis Imperatores huc-
uſque in Italia regnaſſe, ac peſſimos
fuiſſe, oſtendimus: Ex hoc exteri pleri-
que omnes flagitioſiſsimi ſunt domina-
ti: vt pudeat eorum, qui, Romano Im-
perio ſtante, nullos exteros, quos ipſi
Barbaros vocant, Italiæ dominatos eſ-
ſe, non ſunt veriti memoriæ mandare.
CXL. Anno Chriſti centeſimo imperare
Traianus cœpit. Hiſpanus autem fuit. & ante ipſum nemo al- C
terius nationis, ait Dion, Imperium Romanorum obtinuerat.
præfuit annis decem & nouem, menſibus ſex, diebus quinde-
cim. Qui cum vocetur optimus, vno tamen munere gladiatorũ
millia decem dedit, qui mutuis vulneribus ad oblectandum Po-
pulum ſe conciderent. quod Dio refert. Illo imperante, magna
clade ædium, Tiberis inundauit, ac peſtis fuit. Hanc inundatio-
nem Plinius deſcribit lib. 8. ep. ſcribens ad Macrinum. Hic aſ-
ſiduæ, inquit, tempeſtates, & crebra diluuia. Tiberis alueum
exceſsit, & demiſsioribus ripis alte ſuperfunditur. quamquam
foſſa, quam prouidentiſsimus Imp. fecit, exhauſtus, premit val- D
les, innatat campis: quaq. planum ſolum, pro ſolo cernitur:
inde, quæ ſolet flumina accipere, & permixta deuehere, velut
obuius retro cogit, atque ita alienis aquis operit agros, quos
ipſe non tangit. Anio, delicatiſsimus amnium, ideoq. adiacen-
tibus villis velut inuitatus, retentuſque, magna ex parte nemo-
ra, quibus inumbratur, & fregit, & rapuit. ſubruit montes, &
decidentium mole pluribus locis clauſus, dum amiſſum iter
quærit, impulit tecta, ac ſe ſuper ruinas euexit, atque extulit.
viderunt hi, quos excelſioribus terris illa tempeſtas non depre-
hendit; alibi diuitum apparatus, & grauem ſupellectilem, alibi
inſtrumen-

A inſtrumenta turis: ibi boues, aratra, rectores: hic ſoluta, &
libera armenta: atque inter hæc, arborum truncos, aut villa-
rum trabes, atque culmina, varie, lateque fluitantia. Ac ne illa
quidem loca malo vacauerunt, ad quæ non aſcendit amnis. Nam
pro amne imber aſsiduus, & deiecti nubibus turbines, operti pera
opera, quibus pretioſa rura cinguntur, quaſſata, atque etiam
decuſſa monumenta: multi eiuſmodi caſibus debilitati, obruti,
& aucta luctibus damna.

Anno ſeptimo Romæ domus aurea conflagrauit, quæ Vrbem
totam cingebat, Plinio teſte lib. 36. cap. 15. decimo tertio Pan-
B theon fulmine eſt concrematum: quod Euſebius refert.

Anno præterea decimo ſexto tantus Antiochiæ terræmotus
fuit, vt pæne totam ſubuerterit: cumq. in ea Traianus hiema-
ret; ingens militum numerus Italicorum, Romanorumq. eſt op-
preſſus: quin ait Dion, in vna Vrbe Antiochiæ omnis Orbis ter-
rarum ſubiectus Imperio Romano detrimentum accepit. Sub im-
perij finem Iudæi in Aegypto, & Cyrene, Romanorum, Græco-
rumq. ducenta millia, in Cypro ducenta quadraginta millia tru-
cidarunt, vt Dio ſcribit. Hæc ſcilicet illorum temporum fælici-
tas ijs, qui Romani eſſe voluiſſent.

C Vt igitur bonus vocari Traianus poſsit, Romæ certe, & Ita-
liæ imperante illo maximæ omnium clades intra annos decem, &
nouem fuerunt. Vt vix poſt Conſtantinum poſsit inueniri tem-
pus, quo fuerint Romæ inundatio Tiberis, peſtilentia, incendium,
ac denique tot millia Romanorum fuerint occiſa, ac terræmo-
tibus obtrita.

Anno Chriſti 120. imperauit Hadrianus, quem noſtra Hiſpanica CXLI.
Patria, quibuslibet humanitatis ſtudijs aptiſsima; ſed ſæuitia Bar-
barum facit. Teſtatur Spartianus, ipſum fuiſſe Italica Hiſpanienſ-
ſi natum, atque Hadriani Afri filium. de eo ſic Dion ad finem vi-
D tæ: Hadrianus in odium venit propter nefarias, & indignas cæ-
des, quas initio, & ſub finem Principatus fecit. Et in principio:
Hadrianus, quamquam fuit Princeps humaniſsimus, tamen,
propter cædes quorundam bonorum Ciuium, quas, & initio
Principatus, & paulo antequam moreretur, fecit, culpa non
caruit; parumq. abfuit, quin ob eam cauſam ne in heroum qui-
dem numerum referretur. ij, quos, ſtatim vt adeptus eſt Prin-
cipatum, interfici iuſsit, fuere Palma, Celſus, Nigrinus, & Lu-
ſius, quod inſidias ei in venatione feciſſe dicerentur; itemq. alij
potentiſsimi, ac præclariſsimi viri ob alias cauſas occiſi ſunt. pro-

pter quos Hadrianus, cum vulgo murmurari intelligeret, non A
modo ſe purgari voluit, verum etiam, interpoſito iureiurando,
negauit eos iuſſu ſuo fuiſſe interfectos. paulo vero antequam diſ-
cederet è vita, Seuerianum, Fuſcumq. nepotem eius necari iuſ-
ſit. Et mox: Multos, propterea quod in aliqua arte, aut faculta-
te excellerent, oppreſſit, multosq. ſuſtulit, cupiens ſcilicet ipſe
omnibus antecellere. ea cauſa fuit, cur Fauorinum Gallum, ac
Dionyſium Mileſium ſophiſtas tollere conatus ſit, dum ſectato-
res eorũ perderet. Hæc Dion. At Spartianus: Facile de amicis,
quidquid inſuſurrabatur, audiuit (Hadrianus) atque ideo pro-
pe cunctos, vel amiciſſimos, vel eos, quos ſummis honoribus B
euexit, poſtea vt hoſtium loco habuit, vt Tatianum, & Nepotẽ,
& Septitium Clarum. Nam Eudæmonem prius conſcium Impe-
rij ad egeſtatem perduxit; Polenum, & Marcellum ad mortem
voluntariam coegit; Heliodorum famoſiſſimis literis laceſſiuit;
Tilianum, vt conſcium tyrannidis, & argui paſſus eſt, & proſcri-
bi; Vuidium Quadratum, & Catilium Seuerum, & Turbonem
grauiter inſecutus eſt; Seruianum ſororis virum nonageſimum
iam annum agentem, ne ſibi ſuperuiueret, mori coegit; liber-
tos denique, & nonnullos milites inſecutus eſt. Et mox: Om-
nem quidem vim crudelitatis ingenitæ vſque eo repreſſit, donec C
in villa Tiburtina profluuio ſanguinis pæne ad exitum venit. tũc
libere Seruianum, quaſi affectatorem imperij, quod ſeruis Re-
gis cenam miſiſſet, quod in ſedili Regio iuxta lectum poſito ſe-
diſſet, quod erectus ad ſtationes militum ſenex nonagenarius
proceſſiſſet, mori coegit. multis alijs venena data ab Hadriano.
Et poſt: Ob leues offenſas plurimos iuſſit occidi. Ac talis fuit
iſte, qui imperauit, vt idem Scriptor prodit, annis XXI. menſi-
bus XI. Fuerunt eius temporibus, inquit Spartianus, fames,
peſtilentia, terræmotus, ac Tiberis inundatio. D

CXLII. Hadriano ſucceſſit Antoninus Pius Nemauſenſis Gallus anno
Chriſti 140. & præfuit vigintiduobus annis, menſibus ſeptem,
diebus ſex, pius, ac bonus.

Hoc imperante, tanta Romæ caritas annonæ fuit, vt lapidi-
bus à Plebe Romana, inquit Victor, perſtringeretur.

Circus etiam corruit, incendiumq. exortum trecentas qua-
draginta inſulas, ſeu domos abſumpſit. Tiberis præterea inun-
dauit, vt refert Capitolinus.

Anno Chriſti 163. M. Aurelius, & L. Verus Antonini Impe-
ratores, Romæ præfuerunt. & regnauit ille, hoc defuncto, an-

A nis decem, & nouem, menſibus nouem; quo tempore inquit Eutropius lib. 8. vniuerſi exercitus perierunt. ſub hoc enim tantus caſus peſtilentiæ fuit, vt poſt victoriam Perſicam, Romæ, ac per Italiam, prouinciaſque, maxima hominum pars, militum omnes fere copiæ languore defecerint. Hæc ille. Hinc factum, vt Marcomanni vſque ad Aquileiam cuncta obuia in Italia vaſtantes irruperint. Famem fuiſſe ſcribit Capitolinus, & inundationem Tiberis, his verbis: Interpellauit iſtam fælicitatem, ſecuritatemq. Imperatoris Tiberis inundatio, quæ ſub eo grauiſſima fuit. quæ res, & multa Vrbis ædificia vexauit, & plurimum
B animalium interemit, & famem grauiſſimam peperit. Ita Capitolinus. Et Aurelius Victor: Per omnem Orientem, Illyricum, Italiam, Galliamq. bella feruebant: terræmotus non ſine interitu ciuitatum, inundationes fluminum, lues crebræ, locuſtarum ſpecies agris infeſtæ prorſus, vt prope nihil, quo ſummis angoribus atteri mortales ſolent, dici, ſeu cogitari queat, quod non illo imperante (Antonino philoſopho) ſæuierit.

Sic itaque, imperantibus tribus iſtis Antoninis, tot, ac tantæ clades in Vrbe, & Italia fuerunt, vt tam breui tot, ac tantas exſtitiſſe poſt Conſtantinum numquam facile legamus.

C Anno 182. Commodus, patri ſuccedens, rerum potitus eſt annis 12. menſibus nouem, diebus quatuordecim. De hoc ita Lampridius: Adhibitos cuſtodes vitæ ſuæ honeſtiores ferre non potuit, peſſimos quoſque detinuit, & ſubmotos vſque ad ægritudinem deſiderauit. Et: Honeſtiſſimos quoſque aut per contumeliam, aut per honorem indigniſſimum abiecit. Rurſus: Hac igitur lege viuens ipſe cum trecentis concubinis, quas ex matronarum, meretricumq. delectu ad formæ ſpeciem conſciuit, ac trecentis alijs pueribus exoletis, quos æque ex plebe, ac nobilitate, nuptijſq. forma diſceptatrice collegerat, in Pala- CXLIII
D tio per conuiuia, & balneas bacchabatur. Et: Feminæ nonnullæ per prouincias à Perennio ob diuitias inſimulatæ ſpoliatæ ſunt, vel etiam interemptæ. His autem, quibus deerat ficti criminis appoſitio, obijciebatur, quod ſcribere voluiſſent Commodum heredem. Iterum: Tunc primum vigintiquinque Conſules in vnum annum; venditæq. omnes prouinciæ. omnia Cleander pecunia venditabat; reuocatos de exilio dignitatibus ornabat; res iudicatas reſcindebat. Idem Scriptor, plurimis connumeratis, qui per ſummum ſcelus occiſi fuerant, ſubijcit: Inter plurimas cædes multorum ciuium quaſi quidam nouus Sylla,

idem Commodus ille Pius, ille Felix finxiſſe etiam quandã contra ſe coniurationem dicitur, vt multos occideret. Et: Sacra Mithriaca homicidio vero polluit, cum illic aliquid ad ſpeciem timoris, vel dici, vel fingi ſoleat. Et: Siquis ſane ſe mori velle prædixiſſet, hunc inuitum præcipitari iubebat. Mox: Multos præterea paſſim extinxit, alios quia Barbarico habitu occurrerant, alios quia nobiles, & ſpecioſi erant. Deinde: Vendidit etiã ſuppliciorum diuerſitates, & ſepulturas, & immunitates malorum, & alios pro alijs occidit. vendidit etiam prouincias, & adminiſtrationes, cum hi, per quos venderet, partem acciperent, partem vero Commodus. vendidit nonnullis & inimicorum ſuorum cædes. Denique: Vrbem incendi iuſſerat vt pote Coloniam ſuam. Hæc Lampridius. At Dion: Confunderem inquit, & perturbarem hiſtoriam, ſi ſcriberem accurate de ſingulis, quos ille adductus non ſolum falſa calumnia, & ſuſpicione non vera, verum etiam propter opes maximas, nobilitatemq. generis, & excellentem præſtantiam doctrinæ, atque ob alias virtutes interfecit. Hactenus iſti ſcriptores. A B

An fuit igitur vmquam talis in Italia Rex, aut Princeps vllus? an orbe Catholico toto, qui fuerit Pontificis Romani ſtudioſus? An iſt hæc antiquorum temporum beatitudo? C

CXLIV Sed, numquid alia luctuoſa defuerunt? tantam fuiſſe inopiã rei frumentariæ ſcribit Dio Commodo Imperante, vt Populus occiderit Cleandrum Commodi amiciſſimum. Idem ſcriptor, Per id tempus, inquit, tanta peſtilentia fuit, quantam numquam fuiſſe cognoui. nam vno die moriebantur ſæpe numero ad duo millia hominum. Hinc ne finis erit malorum? Multi non ſolum (ſcribit idem) in Vrbe, ſed etiam ſub omni fere Imperio Romano necabantur à maleficis hominibus, quod acus oblitas venenis quibuſdam pretio, atque mercede adducti in alios conijcerent, (id malum etiam extiterat Domitiani temporibus) ob eamq. cauſam innumerabiles homines interibant. Bis incendiũ fuiſſe notat in Chronicis Euſebius; ſemel anno octauo, cum fulmine Capitolium, Bibliotheca, ac vicinæ ædes ſunt concrematæ; iterum duodecimo, cum Palatium, Veſtæ ædes, plurimaq. Vrbis pars eſt ſolo coæquata, inquit ille. Hoc late deſcribit Herodianus, Totum, inquiens, de improuiſo Pacis templum conſumptum incendio eſt: quod vnum ſcilicet opus cunctorum tota Vrbe maximum fuit, atque pulcherrimum: idem templorum omnium opulentiſſimum, egregieq. munitum, multoq. orna- D

tum

A tum auro, & argento. quippe vniuerſi ferme ſuas illuc diuitias, quaſi in theſaurum congerebant: ideoq. per noctem debacchatus ignis multos ex opulentis egenos reddidit. quapropter communem quidem iacturam publice omnes, ſuam autem quiſque priuatim deplorabat. Sed, vbi templum omne conſumptũ ignibus eſt, plurima quoque, & pulcherrima Vrbis ædificia conflagrarunt: inter quæ etiam Veſtæ templum, & multæ præterea, pulcherrimæq. Vrbis partes combuſtæ, plurimoſq. dies peruagatum incendium non prius ſedatum eſt, quàm repentinis imbribus extingueretur.

B Ac talia temporibus his contigere; Numquam poſt Conſtantinum, niſi cum Pontifex Romanus indigniſſime eſt habitus, eiuſq. auctoritas imminuta, & oppreſſa; vt, cum Romæ tertiam partem Gothi euerterunt.

Commodo occiſo ſuffectus eſt Pertinax bonus Princeps, qui ob id à Prætorianis eſt interfectus poſt 82. dies. quod illi, rapinis, & iniurijs inferendis aſſueti, refugerent omnem diſciplinam, rapere, inquit Herodianus, cupientes: vt ſciamus, quo ſtatu eſſent omnium bona ante Conſtantinum. Subſtitutus eſt illi Didius Iulianus, qui pretio comparauit apertè imperium ve-
C nale à Prætorianis anno 195. quo, & necatus eſt à Seuero. Obſeruat Herodianus, ex hoc tempore fuiſſe Prætorianis immanem licentiam rapiendi aliena, ac nihil non mali miſcendi. quæ videtur fuiſſe cauſa, cur ſuſtulerit Prætorianos Conſtantinus. Ex hoc tempore præterea lecti Imperatores plerumq. à militibus per factiones, ijq. lecti, per quos cuncta ipſis licerent, homines Barbari, ac diriſsimi, qui contra voluntatem Senatus, Romæ, & Italiæ per ſummam crudelitatem dominabantur.

Igitur Anno 196. Septimius Seuerus Libya oriundus, è Lepti, CXLV.
vt habent Spartianus, & Eutropius (Leptis vero eſt in Libya, vt
D diſcimus è Ptolemæi lib. IV. tabula Libyæ II. & Plinio lib. V.) eſt imperator factus à militibus apud Carnutum, inquit Spartianus, de quo ſic ille: Poſt hoc de ſua clementia diſſeruit, (Seuerus in ſenatu) cum crudeliſsimus fuerit, & Senatores conſcriptos occiderit. occidit autem ſine cauſæ dictione hos nobiles. Et mox, enumeratis quadraginta, & vno Senatoribus, addit: Horum igitur tantorum, ac tam illuſtrium virorum (multi in his cõſulares, multi prætorij, omnes certe ſummi viri fuere) interfector Ab Afris vt Deus habetur. Et poſt: Multos inter hæc cauſis, vel veris, vel ſimulatis occidit. damnabantur autem plerique,

cur iocati eſſent; alij, cur tacuiſſent; alij, cur pleraq. figurata di- A
xiſſent, vt eſſet Imperator vere nominis ſui, verè Pertinax, vere Seuerus. Et iterum: Inter hæc Peſcennianas reliquias Plautiano auctore perſequebatur; ita, vt nonnullos etiam ex amicis ſuis quaſi vitæ ſuæ inſidiatores appeteret. multos etiam quaſi Chaldeos, aut vates, de ſua ſalute conſuluiſſent, interemit; præcipue ſuſpectos, vnumquemq. idoneum imperio. Rurſus: Infinita multorum cæde crudelior habitus. At Dio, qui tum vixit, in Senatu Romæ tum perſpicuum fuit nihil eſſe in ipſo (Septimio Seuero) boni Principis, tum vero multo magis nos, populumq. per li-
teras perterruit: quippe qui potitus omnibus armatis militibus B
euomebat apud inermes omnem iram, quam longo tempore ante in ipſos conceperat: ſed, & nobis timorem longe maximum fecit, cum ſe Marci filium, & Commodi fratrem diceret, & Commodo, in quem antea contumelioſus fuerat, heroicos honores daret. nam, cum haberet orationem in Senatu, extolleretq. Syllæ, Marij, & Auguſti acerbitatem, ac crudelitatem, veluti rem tutiſſimam; modeſtiam autem, & humanitatem Pompeij, atque Cæſaris, vt rem illis ipſis pernicioſam, deprimeret, ad defendendum Commodum proceſſit, increpans Senatum, quod immerito eum
notaret ignominia. Et poſt, vbi dixit viginti nouem Senatores ab C
ipſo necatos, cumq. ad bellum deinde profectū ſubijcit: Interea Plautianus, cuius erat apud Seuerum maxima auctoritas, quiq. Præfecti poteſtatem habebat, eratq. omnium hominum potentiſſimus, morte affecit magnum numerum priuatorum hominū, & optimatum. is erat homo inexplibili cupiditate: omnia enim petebat ab omnibus, & capiebat omnia; nullamq. gentem, nullam ciuitatem reliquit, quam non prædaretur: cumq. cuncta diriperet vndequaque, ea congerebat in domum ſuam. Hæc Dio
de Plautiano, qui ſocer erat Seueri, ac poſtea iuſſu ipſius eſt inter- D
fectus vna cum multis alijs, vel innocentibus. Hinc idem: Interea Seuerus apertè multas cædes fecit, atque in primis Quintilli Plautiani viri nobiliſſimi, qui erat vnus ex primis Senatoribus: cumq. iam eſſet grandis natu, viueretq. ruri, nec quidquam quæreret, aut faceret curioſius, tamen calumniam non effugit, ſublatuſq. eſt. Hæc Dio: qui deinde narrat, occiſum Apronianum, qui præerat Aſiæ, non alia de cauſa, niſi quod eius nutrix ſomniata eſſet illum regnaturum: ob eamq. cauſam ſimiliter occiſus Marcellinus. Seueri hæc vltima verba ad filios fuerunt. Locuple-

tate

A tate milites: ceteros omnes contemnite. Regnauit annos de-
cem, & ſeptem, menſes octo, dies tres. duo bella ciuilia geſ-
ſit contra Albinum, & Nigrum, diuerſis temporibus, ac locis,
in quibus innumerabiles ceciderunt. CXLVI
Anno 213. Antoninus Baſſianus Caracalla, Patri, quem
gladio conatus eſt occidere, ſucceſſit: ſtatimque, vbi potiuit,
Getam fratrem, poſt multas vtrimque ſuorum cædes editas
in Vrbe, necauit, & quidem in ſinu matris, vt ſolus impera-
ret. Poſt hoc, ait Spartianus, Capitolium petijt, & eos,
quos occidere parabat, affabiliter eſt allocutus; innitensq. Pa-
B piniano, & Chiloni, ad Palatium redijt. Cum flentem ma-
trem Getæ vidiſſet, aliasq. mulieres, poſt necem fratris mulie-
res occidere conatus eſt. ſed ob hoc retentus, ne augeretur
fratris occiſi crudelitas, Lætum ad mortem coegit, miſſo à ſe
veneno. ipſe enim inter ſuaſores Getæ mortis primus fuerat;
qui & primus interemptus eſt. ipſe mortem eius ſæpiſſime
fleuit: multos, qui cædis eius conſcij fuerant, interemit, eum-
que, & imaginem eius honorauit. poſt hoc fratrem patru-
elem Afrum, cui pridie partes de cena miſerat, iuſſit occidi:
qui cum ſe præcipitaſſet percuſſorum timore, & ad vxorem
C crure fracto erepſiſſet, tamen per ludibrium à percuſſoribus
deprehenſus eſt, & occiſus; occidit etiam Pompeianum Marci
Nepotem ex filia natum, & ex Pompeiano, cui nupta fuerat
Lucilla poſt mortem Veri Imperatoris. Et mox, vbi retulit in-
terfectum ſummo ſcelere Papinianum Iuriſconſultum, quod in
Senatu noluerit approbare ſuâ ſententia cædem Getæ, filiumq.
ipſius, & Petronium, ſubijcit: Iiſdem diebus occiſi ſunt in-
numeri, qui fratris eius partibus fauerant. occiſi etiam liberti,
qui Getæ adminiſtrauerant. cædes deinde in omnibus locis, &
D in balneis factæ, occiſiq. nonnulli etiam cenantes. Et poſt, re-
latis aliquorum, qui ſunt occiſi, nominibus, addit: Multas præ-
terea poſtea cædes in Vrbe fecit, paſſim raptis à militibus non
nullis hominibus, & occiſi, quaſi ſeditionem vindicans. Hel-
uium Pertinacem ſuffectum Coſſ. ob hoc ſolum, quod filius eſ-
ſet Imperatoris, occidit. neque ceſſauit vmquam ſub diuerſis
occaſionibus eos interficere, qui fratris amici fuiſſent. ſæpe in
Senatum, ſæpe in Populum ſuperbum inuectus eſt, aut edi-
ctis propoſitis, aut orationibus editis, Syllam ſe etiam oſten-
dens futurum. Denique ſic idem ſcriptor: Hic (Caracalla) omniũ

duriſſimus, &, vt vno complectar verbo, parricida, inceſtus, A
patris, & matris, &, fratris inimicus in Deos eſt relatus. Ac
Xiphilinus ex Dione, Mihi, inquit, non eſt neceſſe percenſere,
numerando omnes clariſſimos viros, quibus ille nullam iuſtam
ob cauſam mortem attulit: quamquam enim Dio, quod eſſent
celeberrimi viri, atque notiſſimi illis temporibus, omnes perſe-
quatur nominatim, tamen mihi ſatis erit dicere, eos omnes, quos
ipſi collibitum fuit, quoquo iure quaq. iniuria morte affectos,
Vrbemq. Romam priuatam bonis viris, comminutam, & quo-
dam modo mutilatam fuiſſe. Et rurſus: Si quis vel ſolum no-
men Getæ ſcripſiſſet, aut pronunciaſſet, ſtatim morte mulcta- B
batur, adeo vt ne Poetæ quidem in comœdijs eo nomine dein-
ceps vterentur. Idem narrat, ab ipſo gladium, quo fratrem
peremerat, Deo conſecratum. & poſt innumeras cædes atroci-
ter factas, nobiles cunctos Alexandrinos ad conuiuium vocatos,
ceteros autem domi occluſos ab ipſo interemptos, non aliam ob
cauſam, niſi quod ab Alexandrino Populo argueretur ob multas
cauſas, ac præſertim ob cædem fratris, indigniſſimis modis ha-
bitum Romanum Senatum. Hic regnauit annos duos, menſes
ſex, dies aliquot. Ac tales fuere è Libya oriundi Imperatores.
Vbi nunc igitur Macchiauellus, qui dicit, Romani Pontificis cul- C
pa fieri, vt Italia diripiatur à Barbaris? an non hi barbari erant?
an non Italiam maxime diripiebant? Quis autem Rex poſt Con-
ſtantinum tam fœda patrauit, ſtante Pontificis Romani au-
ctoritate?

CXLVII. Anno 219. Macrinus natione Maurus, Caracallæ eſt ſuffectus.
qui magnum, inquit Capitolinus, numerum Equitum, & Sena-
torum per calumniam interemit; eos, quos moleſte ferre ſuſpi-
cabatur aut ignobilitatem eius, aut inopinatam adeptionem im- D
perij, tractabat incurioſius, eosq. de medio tollebat. tribunum,
qui excubias deſeri paſſus eſt, carpento rotali ſuper adnexum
per totum iter viuum, atque exanimem traxit. reddidit etiam
Mezentij ſupplicium, quod ille viuos mortuis illigabat, & ad
mortem cogebat longa tabe confectos. viuos etiam homines pa-
rietibus incluſit, & ſtruxit. Hæc ille. peremptus eſt Macrinus,
cum filio Diadumeno, ac talis fuit, vt tam dirum numquam
paſſa ſit Italia poſt ætatem Conſtantini.

CXLVIII. Anno 220. excepit, occiſo Macrino in acie, Imperium M. Au-
relius Antonius Heliogabalus, ſiue Auitus Pſeudantoninus Va-
rius. E Syria fuit. de illo ſic Lampridius: Cecidit & humanas ho-
ſtias,

A ſtias, lectis ad hoc pueris nobilibus, & decoris per omnem Italiam patrimis, & matrimis, credo, vt maior eſſet vtrique parenti dolor. omne denique magorum genus aderat illi; operabanturq. quotidie hortante illo, & gratias dijs agente, quod amicos eos inueniſſet, cum inſpiceret exta puerilia, & excruciaret hoſtias ad ritum gentilem ſuum. Et: Cum ipſe priuatus (Heliogabalus) diceret ſe Apicium, Imperator vero Neronem, Othonem, & Vitelliũ imitaretur. Et: Oppreſsit in triclinijs verſatilibus Paraſitos ſuos violis, & floribus, ſic, vt animam aliqui efflauerint. Et: Serpentes per Marſicæ gentis Sacerdotes col-
B legiſſe fertur, eosq ſubito ante lucem, vt ſolet populus ad ludos celebres conuenire, effudiſſe, multosq. afflictos morſu, & fuga. Et: Paraſitos ad rotam aquariam ligabat, & cum vertigine ſub aquas mittebat, rurſusq. in ſummum reuoluebat, eosq. Ixionios amicos vocauit. Hic regnauit annos tres, menſes nouem, dies quatuor.

An non autem Heliogabalus hic barbarus fuit? An non Italiam ſpoliauit, ac miſerrime vexauit? Et quis vmquam talis poſt Conſtantinum fuit in Italia, vigente Romani Pontificis auctoritate? Nullus certe. Quid igitur impius aduerſus illam latrat?

C Anno 224. interfectus eſt Heliogabalus. Cui ſuccedens Alexander Mammeæ bene imperauit. Sed, hoc occiſo per militarem tumultum,

Anno 237. Maximinus cum filio è Thracia natus imperauit. CXLIX de quo ſic Capitolinus: Tam crudelis fuit, vt illum alij Cyclopem, alij Buſiridem, alij Scirronem, nonnulli Phalarim, multi Typhonem, vel Gygem vocarent. Senatus eum tantum timuit, vt vota in templis publice è priuatimq. mulieres etiam cum ſuis liberis facerent, ne ille vmquam vrbem Romam videret. audiebat enim alios in crucem ſublatos, alios animalibus nuper
D occiſis incluſos, alios feris obiectos, alios fuſtibus eliſos. atque omnia hæc ſine delectu dignitatis. cum videretur diſciplinam velle regere militarem, cuius exemplo ciuilia etiam corrigere voluit: quod non conuenit Principi, qui velit diligi. erat enim ei perſuaſum, niſi crudelitate imperium non teneri. ſimul & verebatur ne propter humilitatem generis barbarica nouitate contemneretur. Et: Ignobilitatis tegendæ cauſa, omnes conſcios generis ſui interemit: nonnullos etiam amicos, qui ei ſæpe miſericordiæ, ac pietatis cauſa pleraq. donauerant. neque enim fuit crudelius animal in terris. omnia ſic in viribus ſuis ponens,

quaſi

quaſi non poſſet occidi. Et: Nobilem circa ſe neminem paſſus eſt, prorſus vt Spartaci, aut Athenionis exemplo imperaret. Et: Cum eſſet ita moratus, vt ferarum more viueret, triſtior, & immanior factus eſt. Et: Denique ſine iudicio, ſine accuſatione, ſine delatore, ſine defenſione omnes interemit. omnium bona ſuſtulit, & plus quatuor millibus hominum occiſis, ſe ſatiare non potuit. Et: Cum Romani eius crudelitatem ferre non poſſent, quod delatores euocaret, accuſatores immitteret, crimina fingeret, innocentes occideret, damnaret omnes, quicumque in iudicium veniſſent. Imperauit triennio, & paucis diebus, ait Eutropius. A B

CL. Quæro igitur, an hic Barbarus fuerit, & an talis in Italia poſt Conſtantinum regnarit. Sed illud longe acerbiſſimum non eſt nobis omittendum: nam Romæ, coorta ſeditione inter Prætorianos, qui Maximino ſtudebant, & Populum Romanum, qui Balbino, ſæpius cōmiſſæ pugnæ, plurimiq. ſunt occiſi, ac magna pars Vrbis incenſa, ac tota direpta fuit. Alibi in Balbino idem teſtatur, Vrbis maiorem partem perijſſe. ſic enim ait: Populus à Prætorianis laniatus eſt: denique magna pars Vrbis incenſa eſt. Et Herodianus: Neque vero pauci extincti mortales, quod ianuis igne occupatis, proripere ſe domo copia non foret: bonaq. diuitum direpta penitus, immiſcente ſe militibus ſtudio rapiendi facinoroſiſſimo quoque, & tenui plebecula: ſed adeo peruagatum longe lateq. incendium eſt, vt plus multo conſumpſerit, quàm quantum ſpatij maxima quæq. Vrbs ædificijs occupet. Hæc ille. Quæ quidem Romani Pontificis auctoritate in Italia vigente nunquam contigerunt. C

CLI. Anno 241. occiſis Aquileiæ, dum bella ciuilia feruerent in Italia, quibus Italorum multa millia cæſa, Maximinis, præfuit Gordianus bonus imperator. Sed, ne libera à cladibus Italia foret, quid acciderit, è Capitolino referamus: Fuit, inquit ille, terræmotus eouſque grauis imperante Gordiano, vt ciuitates etiam terræ hiatu cum populis deperirent: ob quæ ſacrificia per totam Vrbem, totumq. orbem terrarum ingentia celebrata ſunt. Sic ille. Atqui poſt Conſtantinum nihil ſimile in Italia legimus accidiſſe. D

CLII. Anno 246. Gordiano occiſo, ſuffectus eſt Philippus Arabs, vna cum filio: quos Maximinis crudelitate æquales fuiſſe, aſſerit Vopiſcus in Aureliano, his verbis: At contra quæ ſeries malorum? vt enim omittamus Vitellios, Caligulas, & Nerones,

quis

A quis ferat Maximinos, & Philippos, atque illam inconditæ multitudinis fœcem? Hæc ille. Cumq. à nemine Philippi vita, niſi à Victore, ſummatim ſit memoriæ mandata, atrocia ipſius facinora non poſſumus recenſere. Illud è Capitolino in Gordiano Iuniore conſtat, malis eius artibus interfectum Miſitheum Præfectum Prætorio, cuius ſingulari virtute Reſp. ſtabat, poſtea vero Gordianum. Quo circa, cum ſe Chriſtianæ Religioni vellet addicere, à Fabiano Papa non niſi in humilem pænitentium locum recipi, propter multa delicta, quæ ab illo ferebantur admiſſa, voluit, vt narrat Euſebius hiſtoriæ Eccleſiaſticæ lib.
B 6. cap. 27. Regnauit annis ſeptem.

Certe, & hic Barbarus fuit, atque adeo crudelis, vt nullus ei ſimilis in Italia poſt Conſtantinum regnarit.

Ac, ne quid ad cumulum malorum Romæ deeſſet, memorat in Chronico Euſebius, anno Philippi tertio theatrum Pompeij incenſum, & hecatoſtylon.

Anno 253. Philippis occiſis, Decius cum filio ſucceſſit, è Pannonia inferiore, Bubaliæ natus, inquit Eutropius: eoq. imperante Amphitheatrum, quod Euſebius notat, eſt incenſum.

Qualis autem fuerit, quando ipſius vitam nemo deſcribit, ſcire
C non ſatis poſſumus: quamuis eum dicat Victor cunctis virtutibus inſtructum. Sed ipſe cum filio, vna cum toto exercitu, à Scythis in Mœſia eſt obtruncatus. quod Conſtantinus in oratione, quam recitat Euſebius, narrat.

Anno 254. imperium Decij exceperunt Gallus Hoſtilianus, CLIII. Meninge in Africa natus, & Galli filius Voluſianus, Lybici, qui ſunt exercitu profligato occiſi, non completo biennio, ad Interamnam, ab Aemiliano Mauro, qui & ipſe interfectus eſt ad Pontem Sanguinarium, prope Spoletum, cum tenuiſſet imperium menſibus, ait Eutropius, tribus.

D Sic igitur tres Imperatores Barbari Italiam tenuerunt, atque intra annos quatuor cum ſuis exercitibus cæſi, commotis in Italia ciuilibus inter eos bellis, quibus multitudo incredibilis eſt abſumpta. Quod numquam legimus accidiſſe poſt Conſtantinum.

Præterea vero peſtilens morbus, ait Euſebius, totius Orbis multas Prouincias occupauit, ita, vt ſola peſtilentia, morbis, atque ægritudinibus Galli, & Voluſiani notus fuerit Principatus, inquit Eutropius.

Licinius Valerianus his ſucceſſit, anno 256. qui cæſo exercitu CLIV.

victus à Sapore, Perſarum Rege, captusq. ignobili ſeruituté conſenuit. nam, quamdiu vixit, Sapor, incuruato eo, pedem ceruicibus imponens, equum conſcendebat. Quod nulli vmquam Principi Catholico, qui paulo ſit illuſtrior, ſcimus obtigiſſe. A

CLV. Anno igitur 262. Gallienus eius filius, imperium iniuit. de quo ſic Pollio: Natus abdomini, & voluptatibus, dies, ac noctes vino, & ſtupris perdidit orbem terrarum. Et: Fuit nimiæ crudelitatis in milites. nam; & terna millia, & quaterna militum ſingulis diebus occidit. Quod autem magis fuit acerbum cunctis, occupato in tranſalpinis expeditionibus Gallieno, Alemanni, ac Scythæ, arrepta occaſione, in Italiam ſeſe effuderunt; B Romamq. petentes, Rauennam peruenere. Zoſimus addit, Italiam prope vniuerſam per iſtos excurſionibus afflictam. nam Borani adijcit, & Gothi & Carpi, & Vrugundi nullam nec Italiæ, nec Illyrici partem à continuis vexationibus immunem relinquebant, omnia, nemine reſiſtente, diripientes.

Sic igitur, & ab hoſtibus, & à domeſticis, ita vexabatur Italia, vt numquam nacta ſit poſt Conſtantinum, vel Regem tam dirum, vel inimicos, qui Italiæ nullam partem reliquerint à vexationibus immunem, omniaque, nemine reſiſtente, diripuerint.

CLVI. Inter tot bellicas clades, inquit idem Pollio, etiam terræmotus C fuit, & tenebræ per multos dies. auditum præterea tonitruum terra mugiente, non Ioue tonante. quo motu multæ fabricæ deuoratæ ſunt cum habitatoribus; multi terrore mortui. quod quidem malum triſtius in Aſiæ vrbibus fuit. mota eſt & Roma, mota & Libya: hiatus terræ plurimis in locis fuerunt, cum aqua ſalſa in foſſis appareret. maria etiam multas Vrbes occuparunt. Et mox: Peſtilentia tanta extitit vel Romæ, vel in Achaicis vrbibus, vt vno die quinque millia hominum pari morbo perirent. D Hucusq. ille. At Zoſimus, referens ad luctas ab Alemannis, quos vocat Scythas, in Italia vaſtitates. Tanta, inquit, peſtis in oppidis exorta, quanta nũquam prius vllo tempore extiterat, calamitates à Barbaris illatas leuiores reddebat, efficiebatque, vt morbo correpti beatos ſe dicerent, & Ciuitates occupatas, in quibus omnino virorum ſolitudo eſſe occœperat. Enimuerò poſt ætatem Conſtantini tot, ac tantæ clades, ſimul Italiam numquam vaſtarunt.

Anno 269. Claudius excepit imperium Gallieni, bonus Princeps, quem Pollio vult à militibus occiſum: nonnulli tradunt morbo perijſſe. Zoſimus lib. 1. peſte abſumptum ſcribit. bien-

nium

A nium non exegit in imperio: frater vero eius Quintillus paucis diebus imperio potitus eſt, ac poſt decimumſeptimum diem necatus. Zoſimus vult ſibi mortem conſciuiſſe execta vena.

Anno 271. Imperator creatus eſt Aurelianus Dacus, vt Victor ſcribit. Vopiſcus dubitat, Dacusne fuerit, an Moeſius. hic ab initio viſus eſt optimus; ſed, finito, ait Vopiſcus, prœlio Marcomannico, Aurelianus, vt erat natura ferocior, plenus iratum, Romam petit, vindictæ cupidus, quam ſeditionum aſperitas ſug- CLVII.
B gerebat. inciuilius denique vſus imperio, vir alias optimus, ſeditionum auctoribus interemptis, cruentius ea, quæ mollius fuerant curanda, compeſcuit. Interfecti ſunt enim nonnulli etiam nobiles Senatores, cum his leue quiddam, & quod contemni à mitiore Principe potuiſſet, vnus, vel leuis, vel vilis teſtis obijceret. quid multa? magnum illud, & quod iam fuerat, & quod non fruſtra ſperatum eſt, infamiæ triſtioris ictu contaminauit imperium. Et: Crudelitas denique Aureliani, vel (vt quidam dicunt) ſeueritas eatenus extitit, vt epiſtola eius feratur, confeſſionem immaniſſimi furoris oſtentans, cuius hoc exemplum eſt.
C Aurelianus Auguſtus Ceionio Baſſo: Non oportet vlterius progredi militum gladios. iam ſatis Palmyrenorum cæſum, atque occiſum eſt. mulieribus non pepercimus, infantes occidimus, ſenes iugulauimus, ruſticos interemimus. cui terras, cui vrbem deinceps relinquemus? Et: Hæ literæ, vt videmus, indicant, ſatiatam eſſe immanitatem Principis duri. Et: Dicitur præterea huius fuiſſe crudelitatis, vt pleriſq. Senatoribus ſimulatam ingereret factionem coniurationis, ac tyrannidis, quò facilius eos poſſet occidere. addunt nonnulli, filium ſororis, non filiam, ab eodem interfectum. pleriq. autem, etiam filiam ſororis. Hæc ille.
D Victor autem, cui conſentit Eutropius, tradit, illum ſæuum fuiſſe, ſanguinarium, trucemq. omni tempore. Regnauit annis, vt volunt aliqui, ſeptem.

Talis denique fuit, vt nullus æquè crudelis Italiæ vel toti, vel maiori parti ſit vnquam dominatus poſt Conſtantinum.

Imperante Aureliano, Alemanni, ac Marcomanni in Italiam iam ſe rurſus effuderunt, & vſque ad Fanum fortunæ proceſſerunt, teſte Vopiſco, ac Victore, qui narrat ab eo tria prœlia cõmiſſa aduerſus illos, primum ad Placentiam, iterum ad Fanum fortunæ, poſtremò Ticinenſibus in campis. Addit ille, ab ijs cuncta circa Mediolanum grauiter euaſtata; acceptamq. ab ipſis per errorem tantam cladem apud Placentiam, vt Romanum CLVIII

pæne ſolueretur imperium. Sic ille. Romam tunc muris, ob A
metum, cinctam fuiſſe, ſcribit Zoſimus. Teſtatur Hieronymus,
ad Innocentium ſcribens, Vercellas raro habitatore ſemirutas
ſuo tempore fuiſſe. Et Ambroſius ad Fauſtiniam narrat, Pla-
centiam, Parmam, Brixillum, Regium, Mutinam, Bononiam,
& Claternam ſemiruta eodem modo. quod accidiſſe Gallie-
ni, & Aureliani temporibus, neceſſe eſt dicamus, ob teſtimo-
nium Vopiſci, Victoris, ac Zoſimi. Nam, qui ad tempora
Conſtantini hæc referunt, nullo teſte nituntur. cum nihil vaſti-
tatis attuliſſe Italiæ Conſtantinus vllibi legatur. Ad ſummam,
quoties Romæ Pontifex fuit, & auctoritate valuit, tantum va- B
ſtitatis Italiæ numquam fuit illatum. nam, cum Gothi eam va-
ſtarunt, abductus eſt Roma Pontifex, in vincula coniectus, Con-
ſtantinopolimq. miſſus de iuſſu Theodoræ Auguſtæ. quod Proco-
pius lib. I. belli Gothici, & Liberatus in Breuiario tradunt.

Eodem Vopiſco auctore diſcimus, circa Placentiam denſiſ-
ſimas fuiſſe ſiluas. atqui, ita incultum ſolum nunc non eſ-
ſe, quiuis earum regionum peritus non ignorat: cognoſcimusq.
Italiæ terras nunc magis eſſe excultas.

Anno 278. Aureliano occiſo, ſucceſſit Tacitus poſt interre- C
gnum ſex menſium, regnauitq. totidem, Floriano eius fratre
arripiente imperium, ſed intra duos menſes à militibus in-
terfecto.

Quo circa anno 279. Probus, Pannonici ſanguinis, vt vult
Vopiſcus, optime tamen moratus, imperium ſumpſit. eo im-
perante, gladiatores numero ad octuaginta, eruptione fa-
cta, cuſtodibuſq. ſuis interemptis, in Vrbem ingreſſi, quidquid
offerretur, diripiebant, multis, vt fieri ſolet, eorum numero
permixtis. verum & illos Imperator, miſſis copijs, excidit.
Hæc ille. Interfectus eſt autem Probus apud Syrmium, factio- D
ne militari.

CLIX. Anno 283. Imperator factus eſt Carus, cum filijs Carino,
& Numeriano Cæſaribus, qui Patri ſuperſtites imperarunt.
Et Carum quidem Victor, & Eutropius Narbonenſem faciunt,
Cærellianus apud Vopiſcum tradit natum in Illyrico, Pœnis pa-
rentibus; Oneſimus Romæ ortum, parentibus Illyricianis. Si-
cut autem Carus ab omnibus laudatur, ita Carinus, qui Occi-
dentale adminiſtrauit imperium, ſceleſtiſſimus, ac diriſſimus
fuit. Sic enim Vopiſcus: Amicos optimos quoſque relegauit,
& peſſimum quemq. elegit, aut tenuit. Et Victor: Carinus

(ait)

A (ait) omnibus ſe ſceleribus inquinauit, plurimos innoxios fictis
criminibus occidit. Et Eutropius: Condiſcipulis quoque, qui
cum in auditorio vel leui fatigatione taxauerant, pernicioſus
fuit. Præfuit Carinus annis prope tribus. Cumq. eius Pater Ca-
rus fulmine ictus interijſſet prope Tigrim, ac Numerianus eius
filius in itinere ab Apro ſocero fuiſſet interemptus, Diocletia-
nus à militibus factus Imperator apud Murgum ingenti prœlio
Carinum vicit, & interfecit, in quo innumeri ex Italis perierunt.

Anno 284. Diocletianus Dalmata iniuit imperium: quem li-
cet aliqui ſcriptores non admodum velint ſæuum fuiſſe, tamen,
B ait Eutropius, admodum ſubtilis ingenio fuit, & qui ſeueritatem
ſuam aliena inuidia vellet explere. Sed, crudeliſſimum re vera
fuiſſe, quamuis id tegere vellet, callide per alios exequens, quæ
animo atrociſſime concipiebat, plurima oſtenderunt. omitta-
mus eius iuſſu occiſos Caium Papam, Gabiniumq. conſobri-
nos ſuos, & Gabinij filiam Suſannam; diriſſimamq. omnium,
quæ fuerant vmquam, proſcriptionem Chriſtianorum, atrociſſi-
ma in illos adhibita tormenta: illud referamus. Diocletianus,
cum viciſſet Achilleum, qui occuparat Aegyptum, Victoria, in-
quit Eutropius, acerbe vſus eſt, totam Aegyptum grauibus
C proſcriptionibus, cædibusq. fœdauit. Adijcit Euſebius, Buſirim,
Coptomq. Vrbes ſolo æquatas.

Anno eodem Collega imperij delectus eſt à Diocletiano Ma-
ximianus Herculeus è Pannonia natus, qui vna cum Diocletia- CLX.
no imperauit. de quo ſic Eutropius lib. IX. Vir fuit ad omnem
aſperitatem, ſæuitiamq. procliuis, infidus, incommodus, ci-
uilitatis penitus expers. ei fuiſſe temeritatem ſanguinariam tra-
dit. Et Victor, Maximianus (ait) cognomento Herculeus ferus
fuit natura, ardens libidine, conſilijs ſtolidus, ortu agreſti,
Pannonioq. Imperauit vna cum Diocletiano annis viginti, ac ta-
D lis fuit, vt tã diris, durisq. moribus nullus aut Italiæ toti, aut eius
maiori parti poſt Conſtantinum ſit dominatus. Maxentius porrò
eius filius ab Eutropio ſcribitur Romæ omnibus exitijs aduerſus
nobiles ſæuiſſe. Et Zoſimus lib. 2. Bello, inquit, in hunc modũ ex- CLXI.
tincto, latus Sicophantis apertus eſt campus (apud Maxentium)
omnes prope dixerim quotquot in Africa vel genere, vel opi-
bus præſtabant, velut Alexandri partium ſectatores, deferendi:
nec vlli omnino parcebatur, dum alij necarentur, (per Maxen-
tium) alij facultates ſuas amitterent. Quin & Romæ triumpha-
tum eſt ob perpetrata Carthagine mala. Et Maxentij quidem

rerum

rerum ita geſtis, & omnibus per Italiam, & in ipſa Vrbe per ſummam crudelitatem, libidinemq. ita habitis, hic ſtatus erat. Hæc ille. Regnauit annis ſex Maxentius, Cuius ſimilem Tyrãnum poſt ætatem Conſtantini Italia non eſt perpeſſa. Multis prœlijs in Italia fuſus à Conſtantino, in Tiberi denique eſt ſubmerſus, innumerabilibus ſuorum cæſis: quod è Zoſimo, & Nazario, Euſebioq. conſtat. A

E ſuperioribus inter alia conſtat, numquam Romæ, & Italiæ poſt Conſtantinum contigiſſe tot Imperatores, aut Reges, è tot barbaris nationibus, & tantæ crudelitatis (hoc enim barbarum facit) quot ante ipſum, ſiue quot ante Pontificiam poteſtatem magis conſtitutam. Vbi ſunt igitur imperiti illi, qui conqueruntur, Italiæ dominatos barbaros ex eo dumtaxat tempore, quo Pontifici Romano obediri eſt inceptum? an non è duodecim nationibus, tum re vera Barbaris, quod Papæ haud obedirent, multos protulimus efferatiſſimos Imperatores, Hiſpanica, Libyca, Maurica, Syria, Threicia, Arabica, Daca, Gallicana, Dalmatica, Pannonica, Mœſa, Illyrica? B

Sed proferantur, quæſo, tot ex Herulis, Gothicis, aut Longobardis, qui aut Italiam totam, aut eius maximam partem tenuerunt, ſæuierintque in Romanos, Italosve, cum ſubiecti ipſis fuerunt, (hoc enim maxime obſeruandum) vel cum bella etiam geſſerunt in ipſos tot ac tanta atrocitatis exempla? C

Sed, quid ego tot, qui Romæ, Italiæq. ſint dominati, ſæuiſſimos Principes flagito? Satis erint mihi dimidio pauciores. peto vnum; & tamen iſti omnes intra annos ducentos duodecim fuerunt. At poſt Conſtantinum tranſacti iam ſunt anni mille ducenti octuaginta, quid ad iſta reſpondebunt impij? An repetemus hic etiam clades alias, terræmotus, peſtes, incendia, dirutas Vrbes, bella ciuilia, ſtrages in eis editas, irruptiones barbarorum, rapinas, latrocinia perpetua prætorianorum, corruptas virgines, matronas, adoleſcentes, pueros ſacrificatos, aliaq. huiuſmodi multa, quæ poſt imperium Traiani extitiſſe retulimus? Sed audiamus maiora. D

Oſtenditur

A. *Oſtenditur, ſuperioribus Imperatoribus illud in primis fuiſſe in animo, vt omnes bonos, omnem virtutem tollerent è terris: ipſos autem plerumq. occiſos.* Cap. II.

IMPERATORIBVS pleriſq. Romanis ante Conſtantinum videtur illud cordi fuiſſe, vt virtutes omnes excinderent, ac præſtantiſſimos quoſq. è mundo tollerent; nam cum Senatus Romanus conſtaret ex ijs, qui-
B bus aliquod eſſet ſpecimen virtutis, & laudabilis quiſque in illum cooptaretur, apparet, pleroſq. omnes Imperatores illius fuiſſe hoſtes acerrimos, & optimos ex eo quoslibet abſtuliſſe, necíq. tradidiſſe, aut aliquo modo vexaſſe, vna cum cœteris viris bonis.

De Tiberio ſic Dion: Cumq. non haberet (Tiberius) ſibi propinquitate coniunctiorem, ſciretq. eum peſſimum, & ſceleratiſſimum fore, (Caium Caligulam) libenter ei, vt aiunt, imperium reliquit; quò memoriam ſcelerum ſuorum maioribus Caij ſceleribus obrueret, vtq. maxima, atque nobiliſ- CLXII.
C ſima pars Senatus poſt mortem ſuam necaretur. Sæpe enim dictum illud vetus fertur vſurpaſſe,

Ἐμοῦ θανόντος, γαῖα μιχθήτω πυρί.

Me mortuo, terra igne miſceatur.

Sæpe numero Priamum fortunatum dixiſſe, quod ei vna cum Patria, & Regno perire contigiſſet. Quæ de eodem Tiberio verè licet ſcribere ex ijs, quæ tum acciderunt. Tam
D magna enim multitudo Senatorum interijt, & reliquorum hominum, vt magiſtratus prouincias, quas ſortiti fuerant, prætorij quidem viri triennium, conſulares autem ſex annos penuria ſucceſſorum obtinerent. Hæc ille. Quibus quid illuſtrius ad Senatorum, bonorumque, quibus adminiſtratio prouinciarum committenda eſſet, interitum, quem Tiberius attuliſſet, explicandum proferri poteſt?

De Caio Caligula ſic idem: Caius, vt eſt in Vrbem ingreſſus, fere voluit vniuerſum Senatum perdere, quod ſibi honores prope diuinos non decreuiſſet. Et Tranquillus cap. 26. CLXIII

Alios

Alios (Senatores) cum clam interemiſſet, citare nihilominus, A vt viuos, perſeuerauit, paucos poſt dies voluntaria morte periiſſe mentitus. Et cap. 27. Multos honeſti ordinis deformatos prius ſtigmatum notis, ad metalla, & munitiones viarum, aut ad beſtias condemnauit; aut, beſtiarum more, quadrupedes cauea coercuit; ac medios ſerra diſſecuit. Et cap. 28. Cum diſcerpi Senatorem concupiſſet, ſubornauit, qui ingredientem Curiam repente hoſtem publicum appellantes inuaderent, graphijsq. confoſſum lacerandum cæteris traderent. nec ante ſatiatus eſt, quam membra, & viſcera hominis tracta per vicos, atque ante ſe congeſta vidiſſet. Et 30. Sæpe in cunctos Senatores, B vt Seiani clientes, matris, ac fratrum ſuorum delatores, inuectus eſt, prolatis libellis, quos crematos ſimulauerat: defenſaq. Tiberij ſæuitia, quaſi neceſſaria, cum tot criminantibus credendum eſſet. Et: Ingentia facinora auſus. Et cap. 49. Aliquanto maiora moliens. Siquidem propoſuerat Antium, deinde Alexandriam commigrare, interempto prius vtriuſque ordinis (Senatorij, & equeſtris) electiſſimo quoque: quod ne cui dubium videatur, in ſecretis eius reperti ſunt duo libelli diuerſo titulo: alteri Gladius, alteri Pugio index erat. ambo notas, & nomina continebant morti deſtinatorum. C

CLXIV De Nerone autem ſic Dion: Erat crimen omnibus publicum, virtus, opes, nobilitas: atque ob eam cauſam vel ſibi mortem inferebant, vel ab eo occidebantur. Et Eutropius lib. 7. Infinitam partem Senatus interfecit, bonis omnibus hoſtis fuit. Et Tacitus lib. XVI. Trucidatis tot inſignibus viris, ad poſtremum Nero virtutem ipſam exſcindere concupiuit, interfecto Barea Sorano, & Thraſea Pæto.

CLXV. De Domitiano Eutropius ita lib. VII. Interfecit nobiliſſimos ex Senatu. Et Dion: Ruſticum Arulenum interfici iuſſit, propterea quod philoſophabatur, quodq. Thraſeam diuinum fuiſſe hominem dicebat. itemq. Herennium Senecionem, quod, cum vixiſſet diutiſſime, poſt quæſturam nullum magiſtratum petiuiſſet, quodq. Eluidij Priſci vitam conſcripſiſſet: compluresq. alij ex eadem cauſa, quod ſtudio philoſophiæ operam darent, occiſi fuerunt, cæteris omnibus ex Vrbe iterum expulſis. D

CLXVI De Hadriano ſupra retulimus è Dione, quemadmodum præſtantiſſimos quoſlibet in ſingulis artibus occiderit, eorumq. ſectatores oppreſſerit, & amiciſsimos quoſque, ac ſummis ho-

noribus

A noribus perfunctos, vita ſpoliarit. ob has cauſas, eodem teſte,
Homerum volebat è medio tollere.

De Commodo Lampridius ita ſcribit: Adhibitos cuſtodes CLXVII.
vitæ ſuæ honeſtiores ferre non potuit, peſſimos quoſque deti-
nuit, & ſubmotos vſque ad ægritudinem deſiderauit. Et
mox: Honeſtiſſimos quoſque aut per contumeliam, aut per
honorem indigniſſimum abiecit. Tot hic Senatores occidit,
vt illo occiſo ſic ſtatuerit Senatus, Qui Senatum occidit, in ſpo-
liario lanietur; qui Senatum occidit, vnco trahatur; qui inno-
centes occidit, vnco trahatur. carnifex Senatus more maio-
B rum vnco trahatur; ſæuior Domitiano, qui omnes occidit, vn-
co trahatur; qui Senatum vendidit, vnco trahatur.

De Septimio Seuero produximus ſupra Spartianum narran- CLX-
tem plurima in plurimos Senatores iniquiſſima homicidia per VIII.
petrata. Quibus addimus ex eodem, Senatores illos, qui cum
Nigro militauerant ducis, vel tribunorum nomine, occiſos;
ſimiliter & qui fauerant Albino. Hinc ille: Interfectis, ait,
innumeris Albini partium viris; inter quos multi Principes Ci-
uitatis, multæ fœminæ illuſtres foerunt. Et tum: Hiſpanorum,
& Gallorum proceres multi occiſi ſunt. Et: Vltus igitur gra-
C uiter Albinianam defectionem, interfectis plurimis, genere quo-
que eius extincto, iratus Populo, & Senatoribus, Romam ve-
nit; Commodum in Senatu, & concione laudauit, Deum appel-
lauit, infamibus diſplicuiſſe dixit. Addit deinde, interfectos
quoſlibet imperio idoneos, timens, ne filijs illud eriperetur, iiq. à
militibus eueherētur. Rurſus idē in Peſcennij vita: Tunc innume-
ros Senatores interemit Seuerus, & ab alijs Marij nomē accepit.

Antoninus Caracalla omnium duriſſimus, inquit Aelius Spar- CLXIX
tianus, & Septimio patre duro crudelior, Romam bonis om-
nibus, ait Dio, ſpoliauit, ac mutilauit. Et idem, qui fuit his
D temporibus, Hic Antoninus, inquit, Alexandri amantiſſimus,
militibus comis, atque humanus erat; reliquos omnes ſpo-
liare, depeculari, & opprimere conabatur, atque in primis Se-
natores. Hæc ille: qui deinde plurima indigniſſima in Sena-
tores perpetrata deſcribit. Quamobrem Capitolinus in vita Ma-
crini narrat, Caracallam vocatum Senatus decreto interfecto-
rem Senatus, & Populi. Hinc Herodianus lib. V. inquit: Vni-
uerſi gratulabantur extinctum Antoninum. nam, vt quiſque
auctoritate aliqua, aut dignitate præcellebat, ita maxime im-
minentem ſuis ceruicibus depuliſſe gladium arbitrabatur.

delatores autem, & ſerui omnes, quicumque dominos detulerant, patibulo ſuffixit: totaq. Vrbs, atque adeo Romanum imperium ſceleratis hominibus perpurgatum. A

CLXX. De Macrino, qui Antonino ſucceſſit, ita Dion: Macrinus magnum (ait) numerum equitum, & Senatorum per calumniam interemit.

CLXXI. Antoninus Heliogabalus imperium Macrini excepit. De illo ſic Herodianus, vbi ſcripſit; Alexandrum filium Mammeæ Cæſarem creatum: Mammæa, ab omni illa fœditate (Heliogabali) vindicabat Alexandrum, ſummiſsis clam doctoribus omnium diſciplinarum, modeſtiamq. edocens, ac palæſtræ, virilibusq. gymnaſijs aſſuefaciens, Græcisq. eum pariter & Latinis litteris inſtituens. quibus rebus magnopere Antoninus indignabatur; iamq. adoptionis, imperijq. participati pænitebat. quapropter omnes illius doctores aula exegit, quoſdamq. illuſtriores partim morte, partim exilio affecit. Hæc Herodianus. Addit Lampridius, exactum iuſſu ipſius Vrbe vniuerſum Senatum, iuſſumque, vt è Senatoribus nonnulli necarentur. B

CLXXII. Maximinus Thrax qualis, quoad argumentum propoſitum, fuerit, ita Herodianus: Complures, inquit, exercitibus, aut prouincijs præpoſitos, conſulares, triumphalesq. viros (hi ſolebant eſſe ex ordine Senatorio) leuiſſima, tenuiſſimaq. calumnia attactos, corripi de improuiſo iubebat, ac ſine vllis miniſterijs ſolos vehiculis impoſitos die noctuq. iter facere ab Oriente, aut Occidente, ſi ita cecidiſſet, itemq. à Meridie in Pannoniam vſque, in qua tunc ipſe morabatur, dein ſpoliatos, omniq. ignominia affectos, exilio, vel morte puniebat. Et Capitolinus: Sine delicto, inquit, conſulares viros, & duces multos interemit. C

CLXXIII. Aurelianum necem attuliſſe nonnullis nobilibus Senatoribus ob leues cauſas, è Vopiſco ſupra retulimus. D

CLXXIV. Carinus, vt Vopiſcus ait, optimos quoſque relegauit, peſſimum quemq. elegit, aut tenuit, præfectum Vrbi vnum ex Cancellarijs ſuis fecit. quo fœdius nec cogitari potuit aliquando, nec dici. præfectum prætorio, quem habebat, occidit. Et: Superbas ad Senatum literas dedit, Vulgo Vrbis Romæ quaſi Populo Romano bona Senatus promiſit. Et: Hominibus improbis plurimum detulit.

CLXXV. Maxentium narrauimus ſupra ex Eutropio omnibus exitijs in nobiles ſæuiſſe. Hinc Prudentius, contra Symmachum lib. I.

Ipſe

A *Ipſe Senatorum meminis clariſſimus ordo,*
Qui tunc concreto proceſſit crine, catenis
Squalens carcereis, aut nexus compede vaſta.
Et paulo ante, alloquens Romam:
Hoc ſigno, inuictus tranſmiſſis Alpibus vltor
Seruitium ſoluit miſerabile Conſtantinus.
Cum te peſtifera premeret Maxentius aula,
B *Lugebas longo damnatos carcere centum,*
Vt ſcis ipſa, patres.

Hinc in Panegyrico Nazarius, verba faciens de Conſtantini triumpho: Non agebantur (inquit) quidem ante carrum vincti ducis; ſed incedebat tandem ſoluta nobilitas; non coniecti in carcerem barbari, ſed deducti e carcere conſulares; non captiui alienigenæ introitum illum honeſtauerunt; ſed Roma iam libera nihil ex hoſtico accepit, ſed ſe ipſam recuperauit; nec præda auctior facta eſt, ſed eſſe præda deſiuit.

C Tales itaque fuere Imperatores quatuordecim. non enim filios aliquorum connumeramus ijs, quamuis fuerint & ipſi Imperatores. Imperauerunt omnes annis centum triginta ſex, & aliquid amplius. Quocirca, cum numerarentur à Tiberij Principatu vſque ad Maxentium defunctum ducenti nonaginta quinque anni, dimidium prope tempus eſt illud, quo Senatus eſt adeo vexatus, interfectis eorum plurimis vna cum cæteris bonis, Imperatorum iuſſu; cum reliqui tamen Imperatores memorentur crudeliſsimi fuiſſe.

D Hic peto à quibuslibet, an poſt imperium Conſtantini vſque ad Momyllum fuerint tot Imperatores Catholici in Senatum crudeles per annos centum ſexaginta quatuor plus minus, qui intercedunt à Conſtantino ad Momyllum? Quid tot exigo? Proferatur eorum dimidium: proferantur duo: proferatur vnus.

Age, maiora dicamus. Excepto Vittige, ac Teia, nullus Vrbi imperauit, ea ve potitus eſt, non dico Catholicus, (Vitiges enim, Teiasq. Ariani fuerunt, ac Pontifici Romano infenſi) ſed cuiuſuis ſuperſtitionis, qui in Senatum Romanum, ac bonos ſæuierit adeo, vt iſti ſæuierunt. Et tamen à Conſtantino ad noſtra tẽpora colligũtur anni mille ducenti octuagintaduo. Senatus enim Romanus ille conſtans ex hominibus, quos laicos vocamus, deſijt eſſe, quod, recepta Vrbe, Gothisq. deletis, non

curarunt Imperatores in locum Senatorum, qui moriebantur, A
vllos ſufficere, aut extinctis pleriſque, dum bella Gothica ardebant, aut Romam redire, e qua profugerant, vt oſtendimus, negligentibus, Clerus in antiquum Senatum ſubſtitutus eſt. quod alibi explicauimus.

Neque vero mihi ſatis eſt hoc dixiſſe. Tot ſunt Vrbes in Italia, quibus ſuus eſt tenuis Senatus, ac fuit: nulla erit tamen, cui contigerint tot Principes, tam ſæui, tam nulla de cauſa atroces in ſuum Senatum, vel ipſos bonos, ſæculis omnibus, quæ tranſacta ſunt ab ætate Conſtantini. Vide, quæ bona ſint nobis Catholicis poſt Romani Pontifices auctoritatem magis B
conſtitutam.

Nec conſiſtamus hic. Eſt Pontifici Romano Cardinalium cœtus, loco cuiuſdam Senatus; & cuilibet Epiſcopo ſuum, quod vocant, Capitulum Clericorum. Non quæram, num fuerit ex iſtis Catholicus aliquis (nam de his eſt nobis ſemper oratio) adeo ſæuus in illos, quamuis Vrbanus VI. Ioannes XII. & Alexander VI. in Cardinales ferantur fuiſſe crudeles, cum nemo ex iſtis occiderit ſex Cardinales. Sed totus orbis Catholicus in iudicium vocetur. Sunt in eo, fueruntq. Reges innumeri, quibus ſunt Procerum conuentus loco Senatorum, quibus, & C
Epiſcopi annumerantur, vt Poloniæ, Hungariæ, Boemiæ, Germaniæ, Daniæ, Suetiæ, Angliæ, Galliæ, Aragoniæ, Caſtellæ, Luſitaniæ. Num tot Reges Catholici, tam ſæui, tam breui tempore vlli iſtorum Regnorum fuere in proceres ſuos, aut generatim in bonos ipſos, vt vel nullas, vel leues ob cauſas ipſos interficerent? numquid per tot ſæcula extiterunt tot? numquid eorum dimidium? ſed neque vnum credo produci poſſe talem ex ijs Regibus, qui Pontificis dicto, ac legibus fuerunt audiētes.

CLXXVI. Sed forſan bene iſtis Imperatoribus, aut Regibus fuit: eorum vita in tuto poſita erat: omnes fere atrociſſime interfecti. Quin D
à Iulio Cæſare, vſque ad Conſtantinum nonnulli numerant quinquaginta ſeptem tum Cæſares, tū Auguſtos: ex his octo ad ſummum non fuerūt indubitate vel veneno, vel ferro ſublati. quod eorum vitas legentibus apparebit. effugerunt violentam mortem Veſpaſianus, Traianus, Hadrianus, Antoninus Pius, Antoninus Philoſophus, Septimius Seuerus, Claudius Conſtantius. Quæ fuit igitur fælicitas vitæ Romanis. Italicis ve priuatis hominibus, aut Imperatoribus per iſta tempora? Illud enim poſco ab eruditis, vt omnium Italicorum Principum, qui Catholici fuerunt,

A runt, ſucceſſiones recordentur, aut euoluant; ac proferant mihi ex aliqua tot Principes, tam breui interemptos. quid peto tam breui? ſumant, me dante, omne tempus, ex quo Pontifices Romanos colunt: neque poterunt tot Principes alicuius gentis inter Italos ab alijs ſublatos enuntiare. Atque, vt pudeat impios, qui Pontificum Romanorum tempora incuſant, circumſpiciatur totus Orbis Catholicus, excutiantur omnium Regum, Principumq. illuſtrium, qui fuerint Catholici, ſucceſſiones, ac nihil tale reperient. Non temere verba effundimus. libro namq. de ſignis Eccleſiæ XX. ſigno LXXXIX. noſtra nos

B cum quibuslibet exteris, quorum ſint exitus memoriæ proditi, ſigillatim contulimus, atque iccirco hæc poſſumus aſſeueranter affirmare. Hoc autem cui non faciat admirationem? toto Orbe Catholico, per tot ſæcula, nullam Regum ſeriem poſſe inueniri, qui, cum Pontificij fuerint, nihil adeo ſæuum perpeſſi ſunt, quale tot Imperatores per annos tercentum ſexaginta plus minus.

Verum enimuero, ſi non oſcitanter legimus ſuperiora, & contulerimus cum cæteris, quæ memoriæ fuerint vmquam prodita, cognoſcemus Imperatores Romanos ad ſummum nequi-

C tiæ, quæ fuerit inter mortales, & quę ad hos perdẽdos à Principibus vllis extiterit, perueniſſe. Nam, quis crudelitate par Tiberio, Caio, Neroni, Domitiano, Commodo, Septimio Seuero, Maximino, Carino, vt cæteros mittamus? quis luxu, ac libidine tum iſtis prope omnibus, tum Heliogabalo? Hæc ſcilicet Italiæ fælicitas: Hæc Romæ erat beatitudo; & non pudet aliquos iſtis vllam tribuere partem laudis? non iſta tempora abominari?

En igitur, quo loco vita eſſet Imperio Romano florente, non modo quibuslibet, ſed etiam bonis ipſis, & quidem præſtanti-

D bus dignitate, opumq. abundantia, quin ipſis Imperatoribus. quo loco erant itaque plebeij? quo pauperes, ac cæteri omnes? neceſſe eſt, vt fateamur, iniquiſſimo. Quid ad hæc dicemus? quot, & quanta bona nobis Catholicis adſunt auctoritate Pontificis Romani magis dilatata? Sed reliqua inſpiciamus.

Tributa

Tributa immenſa, quibus Itali, ac Romani opprimebantur ante ætatem Conſtantini. Cap. III. A

VENIAMVS, quæſo, ad Tributa. Nam, ne quis ſibi fingat fuiſſe Imperatores quidem rapaces, vectigalia tamen fuiſſe modica, & tolerabilia; demonſtremus, hæc ab Auguſti temporibus vſque ad Conſtantinum fuiſſe immoderatiſsima, & quæ nullo modo ferri poſſent. Atque, vt omittamus ab Auguſto ſtatutum, B quod refert Dion, vt vigeſima pars hæreditatum, legatorum, donationumve cauſa mortis fiſco inferretur, niſi ad proximos agnatos, aut pauperes homines pertinerent, idq. præter ordinaria Tributa, vectigalia, & portoria, quibus adeo Senatores oppreſſit, vt multi Senatu migrare ſint coacti. quæ Dio lib. 53. hiſtoriæ ſuæ teſtatur, & à Tiberio plurimis Ciuitatibus, ac priuatis hominibus veteres immunitates, & ius metallorum, vectigaliumq. adempta, quod hæc ſint leuiora, ſi comparentur cum alijs, quæ dicturi ſumus.

CLXXVII. Caius Caligula, inquit Suetonius cap. 40. vectigalia noua, C atque inaudita, primum per publicanos, deinde, quia lucrum exuberabat, per centuriones, tribunoſq. pretorianos exercuit, nullo rerum, aut hominum genere omiſſo, cui non tributi aliquid imponeret. pro edulijs, quæ tota Vrbe venirent, certum, ſtatumq. exigebatur; pro litibus, atque iudicijs vbicumque conceptis, quadrageſima ſummæ, de qua litigaretur; nec ſine pœna, ſiquis compoſuiſſe, vel donaſſe negotium conuinceretur; ex gerulorum diurnis quæſtibus pars octaua; ex capturis proſtituta- D rum quantum quæque vno concubitu mereret; additumq. ad caput legis, vt tenerentur publico & quæ meretricium, & quæ lenocinium feciſſent; nec non & matrimonia obnoxia eſſent. Et cap. ſequenti: Ac, ne quod non manubiarum genus expediretur, lupanar in Palatio conſtituit; diſtinctiſque, & inſtructis pro loci dignitate compluribus cellis, in quibus matronæ, ingenuiq. ſtarent, (nota incredibile ſimul, & abominandum facinus) miſit circum fora, & baſilicas, nomenclatores ad inuitandos ad libidinem iuuenes, ſeneſque, præbita aduenientibus pecunia fœnebri: appoſitiſque, qui nomina palam ſubnotarent, quaſi adiuuãtium Cæſaris reditus; ac, ne ex luſu quidem aleæ compendium

ſpernens,

A ſpernens, plus mendacio, atque etiam periurio lucrabatur. Et cap. 42. Filia vero nata, paupertatem, nec iam Imperatoria modo, ſed & patria conquerens onera. collationes in alimoniam, ac dotem puellæ recepit. edixit & ſtrenas ineunte anno ſe recepturum: ſtetitq. in veſtibulo ædium Kal. Ian. ad captandas ſtipes, quas plenis ante eum manibus, ac ſinu, omnis generis turba fundebat.

Nero, ait Suetonius cap. 38. collationibus non receptis modo, verum & efflagitatis, prouincias priuatorumq. cenſus prope exhauſit. Et Dion: In Britannia, cauſa belli fuit publi- CLXX-VIII.
B catio bonorum, quæ cum eſſet primarijs eorum à Claudio remiſſa, Decianus Catus, eius Inſulæ procurator, dicebat, eam renouari oportere. Et mox, inducens Bunduicam, fœminam Britanicam, quæ loquatur, Nonne (inquit) maximis, atque ampliſsimis facultatibus priuati ſumus? nonne reliquorum tributa pendimus? nonne præter cætera, quæ damus, & agros quos colimus, ad eorum vtilitatem, noſtrorum etiam corporum omnia tributa conferimus?

Galba, inquit Suetonius cap. 12. Cũ Ciuitates Hiſpaniarum, Galliarumque, quæ cunctantius ſibi acceſſerant, grauioribus tri- CLXX-IX.
C butis, quaſdam etiam murorum deſtructione puniſſet, & præpoſitos, procuratoresq. ſupplicio capitis affeciſſet cum coniugibus, ac liberis; quodq. oblatam à Tarraconenſibus è vetere templo Iouis coronam auream librarum XV. conflaſſet, ac tres vncias, quæ ponderi deerant, iuſsiſſet exigi. Et Dion: Erat inquit (Galba) in coaceruanda pecunia inexplebilis.

De Veſpaſiano ſimiliter cap. 16. Sola eſt (inquit) in qua meri- CLXXX.
to culpetur pecuniæ cupiditas. non enim contentus omiſſa ſub Galba vectigalia reuocaſſe, noua, & grauia addidiſſe, & auxiſſe Tributa prouincijs nonnullis, & duplicaſſe, negotiationes quo-
D que vel priuato pudendas propalam exercuit, coëmendo quædam tantum, vt pluris poſtea diſtraheret; nec candidatis quidem honores, reisve tam innoxijs quã nocentibus abſolutiones venditare cunctatus eſt. creditur etiam Procuratorum rapaciſsimũ quéque ad ampliora officia ex induſtria ſolitus promouere, quò locupletiores mox condemnaret. quibus quidem vulgo pro ſpõgijs dicebatur vti, quod quaſi, & ſiccos madefaceret, & exprimeret humentes. & 23. reprehendenti filio Tito, quod etiam vrinæ vectigal commentus eſſet, pecuniam ex prima penſione admouit ad nares, ſciſcitans num odore offenderetur; & illo negante.

atque

atqui (inquit) è lotio eſt: & Dion, Nullo genere Tributi prætermiſſo, vt ne mendicis quidem pepercerit, ac de Diuinis humaniſq. rebus pecuniam fecerit. multa enim vectigalia, quæ tum ſolui deſierant, renouauit, auxitq. multa ex ijs, quæ obtinebant. idq. in cæteris Prouincijs ſubditis imperio Romano, ac poſtea in Vrbe fecit. A

CLXXXI Atque hæc iſti: Romæ porro erant Tributa vſitata, quæ pendebantur à lenonibus, meretricibus, exoletis ob ſcelera ſua. quod in Alexãdro Lampridius teſtatur; quem laudat ex eo, quod illa in ædificia publica conuerterit, & quod ad Thermas conſtruendas à ſingulis quibuſq. artificibus exegerit nummos. B

At Conſtantinus omnium Tributorum ſuſtulit quartam partem. quod Euſebius teſtatur in vita ipſius lib. 4. cap. 2. 3. 4. Lenones, atque exoletos expulit. qua in re mendaciſſimus & calumniarum plenus eſſe Zoſimus apparet.

Producantur itaque è tot ſæculis poſt Conſtantinum tranſactis tot vel Imperatores, vel Principes, qui Romæ ſint dominati, ac tam grauibus eam tributis onerarint. Quid ego tot produci flagitem? duo ſint ſatis ſimiles, aut Caligulæ, aut Veſpaſiano. Age detur vnus horum par, aut ſimilis aliquo modo. Quid autem Romam duntaxat tanta fælicitate donatam contendo? En tot Vrbes Italiæ, tot Regiones, quibus Principes aliqui dominati ſunt per annos octingentos, cum poteſtas Comitum, Marchionum, Ducumq. maxime cœpit vſurpari, quam multo ante Longobardi viſi ſunt inuexiſſe, & tamen huiuſmodi vllus non poterit cieri, qui Caligulæ, Veſpaſiono ve ſimilis fuerit in exigendis tributis. Atqui tantum bonum poſt ætatem Conſtantini neque ſoli Romæ, neque ſoli Italiæ contigit. nulla Catholicorum Regio Regi Pontificis Romani ſtudioſo ſubiecta vmquam fuit, quæ memoretur tam grauibus exactionibus toties, ac tot oppreſſa. C D

Quid toties dico, vel à tot? A nullo vmquam Principe Catholico, vel per exiguum tempus.

Dire

A

Diræ, & infandæ leges, moresve vſu recepti, & comprobati in Vrbe, & Italia. Cap. IV.

INTOLERABILIA ſunt hæc, quæ diximus: ſed multo intolerabiliora, & pernicioſiſſima quædam, legibus apertis, aut moribus publicis ita comprobata, vt vel laudabilia re-
B putarentur, vel nulla ijs perpetratis pœna aut irrogaretur, aut conſtituta fuerit vmquam. quamuis enim ſit neceſſe quodammodo, vt admittantur flagitia, atque, vt aiebat Chriſtus, ſcandala naſcantur, & in omni domo magna Paulus adijciebat, Sint vaſa honoris ad vſus ſplendidos, & vaſa ignominiæ ad vſus inhonoratos, ſi tamen ſupplicio fuerint admiſſa facinora aliquando caſtigata, aut ſaltem pœna legibus fuerit appoſita, quæ repeti poſſit, ſine dubio rarius delinquitur; cum veriſſimum ſit illud:

C *Oderunt peccare mali formidine pœnæ.*

ac rectiſſime dixerit Plato, reſpublicas pœna, ac præmio contineri, ita, vt, ſi quid mali fiat, idq. non coerceatur, neceſſe ſit in præceps ire Remp. Igitur, quamuis ſuperiora fuerint hominibus maximo detrimento, & grauia, quæ ſubijcientur, tamen multo erunt acerbiora, & magis damnoſa, quod vel honeſta exiſtimarentur, vel ſaltem nulla mulcta coercerentur. Sit igitur hoc Romæ, & Italiæ adductum bonum per Pontifices Romanos poſt ætatem Conſtantini, quod non amplius innumeri mortales
D cancellis vllis includuntur coacti ſeſe mutuis vulneribus concidere. quod fiebat in ludis gladiatorijs, qui ſolebant quotannis CIXXX-
edi à magiſtratibus multis diuerſo tempore ad oblectandum Populum, conciliandamq. ſanguinis humani copioſa profuſione illius beneuolentiam. atque hoc adeo laudabile iudicabatur, vt Traianus maximam ſibi comparare gloriam ſit viſus, qui decem millia gladiatorũ dederit vno ſpectaculo. quod refert Dion. Suſtulit hanc immanitatem Conſtantinus, vt eſt in Codice Theodoſiano. & nihilominus adeo peſſima conſuetudo confirmata erat, vt, quamuis eandem ſanctionem Conſtantius Conſtantini filius renouauerit, breui fuerit repetita. Hinc Auguſtinus, in Confeſſionibus, ea ſe Romæ aliquando vidiſſe dolet, & ingemiſcit;

ac Symmachus, qui Theodoſio imperante florebat, exhibitos A
refert in Conſulatu Flauiani. Sublati vero fuerunt prorſus imperante Honorio. Operæpretium porro eſt cognoſcere, qui mos fuerit Veſtali Virgini, cum gladiatores inuicem ſe necarent. Deſcribit illum Prudentius his verſibus, contra Symmachum lib. 2.

Interea, dum torta vagos ligat infula crines,
Fatalesq. adolet prunas innupta ſacerdos,
Fertur per medias, vt publica pompa, plateas,
Pilento reſidens molli, ſeq. ore retecto B
Imputat attonitæ virgo ſpectabilis Vrbi.
Inde ad conſeſſum caueæ pudor almus, & expers
Sanguinis. it pietas, hominum viſura cruentos
Congreſſus, morteſque, & munera vendita paſtu
Spectatura ſacris oculis. ſedet illa verendis
Vittarum inſignis phaleris, fruiturq. laniſtis.
O tenerum, mitemq. animum. conſurgit ad ictus,
Et, quoties victor ferrum iugulo inſerit, illa
Delicias ait eſſe ſuas, pectusq. iacentis
Virgo modeſta iubet conuerſo pollice rumpi, C
Ne lateat pars vlla animæ vitalibus imis,
Altius impreſſo dum palpitat enſe ſecutor.

CLXXX-III. Hæc ille. An hic illud adijciemus? ſolitum bibi ſanguinem gladiatorum, qui occidebantur. Hæc ſunt Plinij verba lib. 28. cap. 1. Sanguinem quoque gladiatorum bibunt, vt viuentibus poculis comitiales morbi pellantur: quod ſpectare facientes eadem arena feras quoque horror eſt? At Hercule illi ex homine ipſo ſorberi efficaciſſimum putant calidum, ſpirantemque, & vna ipſam animam ex oſculo vulnerum. En felicitas anti- D
quorum.

CLXXX-IV. Huic proximum ſit illud, in more apud Romanos, & Italos fuiſſe, vt homines ipſi, quaſi pecora, ad aras ſacrificarentur. &, quamuis ſublatus fuerit hic mos in Latio, cum dicitur Hercules eo veniſſe multo ante Aeneæ aduentum, (quod Dionyſius refert lib. 1.) in Italia tamen perdurauit, vt refert Plinius, vſque ad annum 657. & eam conſuetudinem reſtituerunt Imperatores aliqui. Octauius namq. Auguſtus plurimos Romanos ad arã Iulij Cæſaris Peruſiæ mactauit, & Heliogabalus nobiliſſimos

quoſque

A quoſque pueros, & formoſiores, quibus eſſent parentes, ex
Italia deligi iuſſit, quos litaret. quod in eius vita Lampridius
narrat. & Imperator Domitianus (niſi me fallit) Gallam, Græ-
cumq. innocentes defodi viuos ex oraculis Sibyllinis imperauit.
Iulianus eodem modo multos pueros ad artis magicæ vſum diſ-
ſecuit. quod refert Theodoretus. & Hadrianus Antinoum ſuum
ſcribitur a nonnullis ad eadem ſcelera interfici voluiſſe. quod aſ-
ſeueranter affirmat Dion: qui & teſtatur, a Didio Iuliano Impe
ratore pleroſque pueros interfectos artium magicarum cauſa.
quamuis tota hæc conſuetudo publice remanſerit in gladiatori-
B bus buſtuarijs. En, quæ Religio quondam foret Italicis Popu-
lis. Et hic itaque mos ita ſublatus, vt nihil ſimile vnquam toto
orbe Catholico ſit auditum.

Illud vero longe grauiſſimum, fuiſſe in poteſtate Dominorum CLXXX
ſuos ſeruos caueis publicis includere, vt cum ferociſſimis be- V.
ſtiis ad oblectandum populum depugnarent; a quibus illi ſæpe
atrocem in modum diſcerpi ſolebant. Et, quamuis Lucius, &
Verus Antonini Imperatores, qui inierunt imperium anno Chri-
ſti 163. id vetuerint, vt Martianus Iuriſconſultus teſtatur, ac Mo *l. domini*
deſtinus lege Petronia cautum dicat, ne id fieret abſque Iudicis *ff. de cõt.*
C conſenſu; tamen, id non omnino obſeruatum fuiſſe, ex eo li- *empt. l.*
quet, quod & Iudicum conſenſu id fiebat, & ante hos per mul- *circu. de*
ta ſæcula hic mos eſt obſeruatus. & Conſtantinus habuit neceſ- *re. ff. ad*
ſe Antoninorum legem renouare. vt eſt in Codice Iuſtiniani, tit. *l. Corne.*
de emend. ſeru.

Cui ſimilis erat alius, quo licebat dominis ſuos ſeruos, vt lu- CLXXX
bebat, interficere. quod fuiſſe olim iuris gentium, & ab omni- VI.
bus gentibus obſeruatum, teſtatur Caius Iuriſconſultus. hinc *l. 1 ff. de*
oſtendimus, ſupra Auguſto imperante fuiſſe, qui carnibus hu- *iis, qui*
manis ſeruorum paſcerent murenas. Verum temperauit hæc *ſunt ſui,*
D Antoninus Pius, vt idem ſcribit. quod & Vlpianus, qui floruit *vel al. iu*
Alexandro Mammeæ imperante, narrat. Sed, & ante hunc, *ris. l. ſi*
qui cœpit imperare anno Chriſti 140. impune admitti id poterat; *dominus*
poſtea vero cum cauſa licebat. quod per multa ſæcula fuerat in *de Co.*
Vrbe, in Italia, ac toto Orbe factitatum.

Quod adeo verũ, vt parẽtibus ipſis fas olim foret ipſoſmet filios CLXXX
arbitrio ſuo necare; quod Paulus Iuriſcon. refert, & Diony. lib. 2. VII.
Quo circa, cum lege à Pompeio lata puniantur plurimi, qui *l. in ſuis.*
ſuos propinquos occidunt, non recenſetur in his Pater, cum fi- *ff. de lib.*
lium morti tradit, vt habetur in Digeſtis. Primus Hadrianus Im- *et poſth.*

P 2 perator

peratator, quod Martianus ſcribit, hoc delictũ coercuiſſe videtur. A
l. diuus, Defunctus eſt Hadrianus anno 163. Sic itaque per tot ſæcula,
D. ad l. antequam Romę Pontificia poteſtas confirmaretur, atrociſſimis
Pomp. legibus hic locus erat.

CLXXX VIII. An omittemus illud in omnes debitores diriſſimum? ſi qui ex ijs die conſtituta non ſoluiſſent, creditoribus vincti tradebantur, *Gell. lib. X. c. 1.* plumbatis cædebantur. adijcitq. Gellius, qui verba legum Duodecim tabularum recenſet, permiſſum fuiſſe ijs, poſt tertias nundinas hominem diſſecare, ac partiri. Teſtatur Dionyſius Halicarnaſſeus lib. 6. non modo debitores, ſed & eorum filios creditoribus tradi ſolitos. B Et, quamuis tanta atrocitas ſecandorum debitorum, quoad Romanos ciues, poſtea fuerit aliquo modo temperata, quin & nectendorum, ac verberandorum, anno, vt vult Liuius lib. 8. 429. tamen vſque ad Conſtantinum durarunt aduerſus alios ponderum, ac plumbatarum ſupplicia, quibus illi cædebantur, ac diſtendebantur incredibili tormento. quod apparet è Codice Theodoſiano l. 3. tit. de exactionibus.

En, quanta in ſeruos, in debitores, in ipſos filios ſæuitia exerceretur à Ciuibus Romanis, & Imperio Romano ſubiectis, in ipſa Roma, in Italia, ac toto Orbe Romano? Numquis vult has C leges renouare, has diritates ex inferis educere, cum fuerint ablatæ poſt Romani Pontificis auctoritatem conſtitutam? Nemo erit, qui non exclamaret nullo modo reuocanda atrocitatis immaniſſimæ exempla. Vnus erit Macchiauellus, qui velit reuocari; credo, vt ſeruos, filios innocentiſſimos, ac Ciues ſuos Italos omnes his pœnis addicat. Addicatur ijs ipſe, quando vult, & experiatur, non qui Pontificem Romanum colunt, à quo ita Conſtantinus edoctus, alijq. Imperatores hæc ſuſtulerunt.

Atque hæc quidem, quantum ad vitam, & ea, quæ proxime D accedunt ad illam tuendam in mores inducta, & comprobata. Nunc ad alia reſpiciamus, ſpectantia ad facultates. neque de Colonijs aliquid dicamus, ex quarum deductione contingebat, vt ex alijs in alios omnia bona transferrentur, ſed de vſuris, quibus priuatorum quælibet res breui abſumebantur. Has igitur Romanis, & cunctis Romano imperio ſubiectis fuiſſe permiſſas, nemo eſt antiquitatis mediocriter peritus, qui ignoret. poſterioribus quidem temporibus per leges modus eſt vſuris accipiendis præſcriptus. Summa vero moderatio fuit huiuſmodi,
CLXXX IX. vt duodena poſſent exigi quoannis in ſingula centena. iccirco

autem

A autem vocabantur Centeſimæ, quod menſibus quibuſlibet centeſima pars dati exolueretur; atque ita, centum menſibus tranſactis, intra annos octo menſesq. ſeptem æquabatur vſuris ipſa ſors. Illud præterea concedebatur, vt, niſi fœnus exolueretur ſuo tempore, ſingulis ſcilicet menſibus, ex illo etiam deberentur vſuræ, atque id vocabatur Anatociſmus, cuius ſæpe Cicero meminit in Epiſtolis ad Atticum. quamobrem, quæ viſæ ſunt Romanis mitiſſimæ vſuræ, ſine dubio erant huiuſmodi, vt Cato dixerit, nihil aliud eſſe illas exercere, niſi homines ipſos occidere. quod in libris de Offic. Cicero narrat. Ob hæc factæ in Vrbe

B graues exactiones; multæque, ac periculoſæ ſeditiones, vt anno 258. & rurſus 260. vt meminit in Coriolano Plutarchus; ſed & paulo ante, cum Tarquinius Vrbe fuiſſet eiectus, coniuratio eſt inita ab ijs, qui fœneratoribus reſpondere non poterant; cuius meminit Dionyſius lib. V. nam binis, ternis, ac quaternis etiam centeſimis multi fœnerabantur. quod è Verrinis, & Epiſtolis ad Atticum cognoſcimus. Tacitus lib. 3. ſcribit, grauia bella in Romanos excitata à multis Populis ob fœnoris grauitatem. Diõ refert in Nerone, inter alias cauſas defeciſſe Britannos à Romanis, & ob hanc, quod Seneca ille Philoſophus, quem non nulli

C tantopere laudant, quadringenta millia aureorum ſub magnis vſuris credidiſſet, eamq. ſummam omnem ſimul magna vi, atque violentia exigebat. Sic etiam Salluſtius ait, Catilinæ adhæſiſſe in primis maximam obæratorum manum. Et ſane Gracchorum, Cinnæ, Carbonis, Marij, Syllæ, & aliorum ſeditiones ab oppreſſis huiuſmodi fœnore oriri ſolebant. Nunc, quis ignorat has ſublatas toto Orbe Catholico, per Pontificias leges? an non hoc bonum? quis negabit, niſi impius?

Quod ſi mentis oculos aduertamus ad ineptas Romanorum, gentiumq. ſuperſtitiones, nullus eſſet dicendi finis. Ab his Cloa-

D cinæ, quod Cloacis præeſſet, Deæ, ab his Sterquilinio, quod CXC.
ſtercoribus, Febri, Pallori, Serpenti, Aeſculapij lapidi è Peſinunte allato, monſtris Ægyptiacis, diuini honores decreti; vt recte hæc deridens Prudentius cecinerit, contra Symmachum lib. I.

Sint hæc barbaricis Gentilia Numina pagis.
Quos penes omne ſacrum eſt, quidquid formido tremendum

Suaſerit

Suaſerit: horrificos quos prodigialia cogunt A
Credere monſtra Deos, quos ſanguinolentus edendi
Mos iuuat, vt pinguis luco lanietur in alto
Victima, viſceribus multa inter viua vorandis.

CXCI. Sed, numquid hic finis? fœdiſſima quæque, & obſceniſſima ſuperis ſunt aſcripta, & veluti cœleſtia numina ſupplicationibus, ac ſacrificijs culta. An non talis Venus, Flora meretrix, Antinous Hadriani cynædus, Fauſtina coniux impudiciſſima Antonini Philoſophi, Liuia Auguſti, Priapus ipſe hortorum Deus? En ait Prudentius: B

Hic Deus è Patrio prænobilis Helleſponto
Venit adusq. Italos ſacris cum turpibus hortos:
Sinum lactis, & hæc votorum liba quotannis
Accipit, ac ruris ſeruat vineta Sabini.
Turpiter affixo pudeat quem viſere ramo.

Quocirca Romæ, & in quibuslibet paulo celebrioribus Ciuitatibus erant publica obſoletorum proſtibula: quæ fuiſſe à Conſtantino deleta, teſtatur S. Hieronymus in Iſaiam lib. 2. C cap. 2.

Quin multis in locis habebatur ab aliquibus pium, religioſumque, ſiquando corpore ſuo quæſtum feciſſent, quem Dijs offerrent, ac dedicarent. quæ refert Euſebius in vita Conſtantini, & libro de Præparatione Euangelica. Sic igitur nihil erat purum toto Orbe Romano, nihil non erat omnibus modis contaminatum. Quæ ſublata ſunt omnia per D ipſos Romanos Pontifices, eorumq. ſtudioſos. Sed pergamus ad alia.

Clades

A

Clades maximæ è terra, aquis, aere, igniq. obortæ, in Italia, & Roma, ante tempora Conſtantini. Cap. V.

SVPERIORIBVS alia non minora mala ſuccedunt, quæ diuinitus immiſſa ſunt, eaq. pertinent ad terram, aquam, aerem, ignem: quæ quidem elementa interdum coniuraſſe aduerſus Italos, ac Romanos videri poſſunt ante ætatem Conſtantini, poſtea vero non
B ita, niſi cum Pontifices Romani, vel Roma, Italiaq. depulſi, vel alioquin male habiti ſunt à Principibus, vt appareat ab eis bona, vel mala pendere. Incipiamus à terra nobis viciniore: ac de terræmotibus agamus primo loco, quibus olim ſæpius Italia concutiebatur, ita vt in agro Gabienſi non procul ab Vrbe Roma forent olim ducenta telluris iugera, quæ ſemper tremebant, vbi equites in ijs ſtetiſſent. idemq. in Reatino agro contingebat. quæ Plinius teſtatur. nunc horum nihil auditur. Vt autem cæteros minores terrarum *lib. 2. c.*
motus, aut antiquioris memoriæ omittamus, quoſdam refere- *94.*
C mus, qui humanam fidem ſuperare videantur. Anno *536.* ſe- *lib. 2. c.*
pties & quinquagies Italia interruptis quaſſationibus eſt con- *84.*
cuſſa. quod idem ſcriptor narrat.

At *662.* in agro Mutinenſi duo montes inter ſe concurrerunt CXCII.
crepitu maximo aſſultantes, inquit ille, recedenteſq. inter eos flamma, fumoq. in cœlum exeunte, interdiu ſpectante è via Aemilia magna equitum Romanorum, familiarium, viatorumq. multitudine. eo concurſu Villæ omnes eliſæ, animalia permulta, quæ intra fuerant, exanimata. Et *536.* in Sabinis fuiſſe terræmotus Liuius tradit. lib. 41. 560. L. Cornelio, & Q. Mucio
D Coſſ. crebros Romæ, & in Italia fuiſſe, quo tempore crediderim contigiſſe, vt maxima pars Rhegij in Calabria corruerit. quod lib. VI. Strabo refert. Is vero funeſtiſſimus, qui contigit 770. Chriſti vigeſimo, & Italiæ parum nocuit ille quidem, ſed Aſiæ tredecim Vrbes vna nocte ad ſolum proſtrauit. eæ ſunt, vt refert Euſebius, Magneſia, Sardis, Moſthene, Magaechvero, Cæſarea, Philadelphia, Timolus, Temis, Cumæ, Myrrhina, Apollonia, Diahrcania. Idem refert Tacitus lib. Annalium ſecundo.

Anno

Plin.lib. 2. c. 83. Anno Neronis ſupremo, qui eſt Chriſti ſeptuageſimus, accidiſſe in Italia terræmotum, quo prata quædam, & oliueta agri Marrucini, intercedente via publica, in contrarias ſedes ſunt tranſgreſſa, teſtatur Plinius. Et Dion: Tam ingens, inquit, terræmotus factus eſt, vt terra funditus conquaſſari, & animæ hominum ab eo (Nerone) interfectorum inſultare ipſi putarentur. Atque hæc anno Chriſti 70. Conditæ Vrbis 812. A

Sed & Euſebius anno Chriſti 60. vult alium Romæ terræmotum contigiſſe. minora ſunt illa, quod Galba ineunte Imperium terra in Vrbe, & Palatio non modo concuſſa eſt tremore, ſed ſimilem mugitui ſonum dedit. quod Suetonius refert. Imperante autem Tito, ſub annum Chriſti 82. de Campania ſic Dion: Repente ita graues terræmotus facti ſunt, vt & omnis ea planities feruida eſſet, & culmina montium ſubſiderent. ad hæc ſonitus ſubterranei tamquam tonitrua, & ſuper terram mugitibus ſimiles extiterunt. ob id mortales innumeri perierunt. B

Traiano rerum ſummam tenente, anno Chriſti 107. & 108. terræmotus vniuerſalis Orbem totum viſus eſt quatere. Illo quatuor Vrbes Aſiæ dirutæ ſunt, Elea, Myrrhina, Prytanæ, Cumæ, & duæ in Græcia Opuntiorum. Rurſus, alio, quod contigit anno 112. tres Galatiæ Ciuitates erutæ, & 126. aliæ ſubmerſæ; Antiochia tota prope concidit. quæ late deſcribit Dio. Refert Euſebius in Chronico, hunc terræmotum per Prouincias multas extitiſſe, Narrat Victor, Romæ, & Italiæ. An aliquid inſignis detrimenti attulerit, nobis non eſt compertum. C

Hadriano rerum potito, circiter annum 123. Nicomedia terræmotu corruit, & Nicenæ Vrbis plurima conciderunt. quod Euſebius narrat. Capitolinus ait, Romæ Circum corruiſſe. Xiphilinus è Dione, Cyzicum funditus perijſſe. D

Gordiano imperante, ſub annum 241. terræmotum fuiſſe vniuerſalem, Capitolinus indicat, inquiens, adeo grauem fuiſſe, vt Ciuitates cum Populis perirent: ob idq. in Vrbe inſtituta fuiſſe ſacrificia.

Galieno autem præſidente, circiter annum Chriſti 260. terræmotus Romæ fuit, in Aſia, & Libya, quo multa abſorpta, & diruta ædificia ſunt, vt è Trebellio habemus.

At hi terræmotus per annos quadringentos ſexaginta ſex in Italia, & Vrbe contigerunt. ab anno enim 536. Vrbis conditæ vſque ad 260. Chriſti tot anni numerantur. Quærant igitur homines

A mines curioſi, num tot, ac tanti extiterint ab anno 312. quo, Pontificia poteſtas robur nanciſci eſt viſa vſque ad ætatem noſtram per annos mille ducentos octuaginta, in Italia, & Vrbe: ac nil ſimile comperient.

Atqui neque dimidium contigit harum cladium. Et tamen nos annis quadringentis ſexagintà ſex opponimus mille ducentos octuaginta, quod eſt triplo prope amplius. Non hic mihi quieſcendum videtur. nulla Catholicorum Regio, Regi Catho-
B lico parens, tot, ac tantos, tam breui tempore terræmotus vmquam paſſa memoratur. En, quantum boni Romæ, Italiæ, Orbi Catholico peperit Pontificia poteſtas.

Poſt terræmotus ponemus hiatus, ac voragines terrarum dehiſcentium, cum ſcilicet illæ fatiſcunt, & Vrbes, Populos ue abſorbent; qualis accidit, cum Sicilia à continenti Italiæ eſt auulſa, & alias Prochyta contra Campaniam ſita facta eſt Inſula, quod ſubſederit quidquid eſt intermedium ſpatij, quod à mari eſt abſorptum. Idem contigit Pithecuſuæ, Capreiſq. inſulis: vt diligens auctor Strabo narrat ſic. Vrbis Tindaridis in Sicilia di- CXCIII
C midium à Mari eſt abſorptum, quod Plinius teſtatur: & Archippe oppidum Marſorum à Fucino lacu, quod refert Plinius lib. 3. c. 12. & aliud in Campania, vt habet idem lib. 2. cap. 88. Sed hæc forſan antiquiora. illud non ita, quod Plutarchus in M. Antonij vita refert, hiatu terræ hauſtum Piſaurum, quam coloniam deduxerat Antonius. videtur hoc contigiſſe ſub annum conditæ Vrbis 710. & adhuc aiunt non longe ab ijs ſedibus, in quibus eſt illa Vrbs reſtaurata, conſpici ædificia in profundo mari demerſa, vbi nunc eſt vicus, qui dicitur Catholica, quò videtur vndis aſportatum, niſi velimus ibi olim fuiſſe. Poſt obitum *Strab. li. 1. Plin. lib. 2. c. 92.*
D Neronis hauſtas ſimiliter Vrbes in Italia ſcribit Tacitus hiſtoriarum lib. 1. quæ fuerint illæ, haud refert. Idem diſcimus è Capitolino accidiſſe imperante Gordiano, cum ſcribit, Ciuitates cum Populis hiatu terræ hauſtas: & Trebellius, rerum potito Gallieno, multas fabricas ait terris dehiſcentibus deuoratas cum ſuis habitatoribus. Quorum nihil vmquam poſt annum 312. ab ortu Chriſti eueniſſe, quod inſigne ſit, in Vrbe, & Italia, memoratur.

His proximum ſit illud, ſterilitas terræ, frugumq. inopia, CXCIV quas conſequitur fames. atque, vt omiſſa faciamus vetuſtiora, contenti erimus ea recitaſſe, quæ poſt Auguſtum contigere.

Prima ſit igitur, quæ contigit Auguſto ipſo Imperante, quam

Q refert

refert in annum Chriſti octauum Euſebius in Chronico, qui fuit Auguſti quinquageſimus. ob hanc Roma expulſi peregrini omnes, laniſtæ, ac ſerui venales, aliorumq. mancipiorum magna pars, vt cap. 42. refert Suetonius. tum Romæ quinque modij vendebantur viginti ſeptem denarijs ac ſemis, ait Euſebius. A

Secunda, eſt Imperante Tiberio, vt retulimus.

Tertia, eſt imperante Claudio quæ toto Orbe terrarum vagata eſt, ob quam Romæ iterum peregrini eiecti. fuit autem ſub annum Chriſti 50. prædicta eſt ab Agabo in Actibus Apoſtolorum. tum modius in Græcia ſex drachmis eſt venditus. aſſiduas autem fuiſſe imperante Claudio ſterilitates, non vnam, docet B Suetonius cap. 18. habens, ipſum vix effugiſſe manus Populi maledicentis.

Quarta extitit Principatu Traiani: vt Victor refert.

Quinta eſt Imperio Hadriani: quod tradunt Spartianus, & Capitolinus.

Sexta eſt Antonino Philoſopho imperante, cum locuſtæ cunctas fruges exediſſent: quod Victor narrat, & Capitolinus.

Septima, Commodo rerum potito, ſub annum 184.

Octaua contigit imperio Gordiani.

Nona Galli, & Voluſiani. C

Decima Gallieni.

Vndecima Claudij.

Duodecima Maxentij Principatu, quo tanta Romæ inopia fuit, quantam fuiſſe vmquam nulla memoria extabat. quæ omnia Spartianus, Capitolinus, Vopiſcus, Pollio, Victor, Eutropius, Zoſimusq. ſcribunt. In Oriente quidem pro vna tritici menſura perſolutæ ſunt bis mille quingentæ drachmæ Atticæ, inquit Euſebius lib. IX. cap. 7.

Sic igitur intra annos tercentum duodecim fuit duodecies maxima annonæ caritas, ac tanta, quantam tam breui, ac toties D haud facile comperies contigiſſe non dico Romæ, & in Italia, ſed in ulla Orbis Catholici regione.

Illud mirum, ſi proferamus, in Italia fuiſſe olim loca quædam non aere dumtaxat inſalubri, qualia vult eſſe Strabo lib. V. finitima Tuſculano agro mare ſpectantia, aut loca Latij maritima, aut prope Grauiſcas, vt Rutilius deſcribit,

Quas premit æſtiuæ ſæpe paludis odor.

Sed peſtilentia, quæ protinus afflatu ſuo, atque odore necarent

A rent non modo volucres, ſed & hõmines ipſos accedentes. Quatuor autem talia ſcribuntur olim fuiſſe; primum, in agro Puteolano; ſecundum, in Sinueſſano; tertium, in Soracte, hoc tamen volucribus tantum Plinius ait mortiferum fuiſſe; quartum, Amſancti in Hirpinis, vt idem refert lib. 2. cap. 93. e quibus halitus letales emittebantur. Deſcribit ex his tria Virgilius: Primum, lib. VI. volens ex illo ad Tartara deſcendi, quaſi foret inferorum Ianua.

Spelunca alta fuit, vaſtoq. immanis hiatu,
B *Scrupea, tuta lacu nigro, nemorumq. tenebris:*
Quam ſuper haud vllæ poterant impune volantes
Tendere iter pennis. talis ſeſe halitus atris
Faucibus effundens ſupera ad conuexa ferebat.
Vnde locum Graij dixerunt nomine Auernum.

Secundum, lib. VII.

Eſt locus Italiæ in medio, ſub montibus altis,
Nobilis, & fama multis memoratus in oris,
Amſancti valles. denſis hunc frondibus atrum
C *Vrget vtrinque latus nemoris: medioq. fragoſus*
Dat ſonitum ſaxis, & torto vertice torrens.
Hic ſpecus horrendum, & ſæui ſpiracula Ditis
Monſtrantur; ruptoq. ingens Acheronte vorago
Peſtiferas aperit fauces. queis condita Erynnis
Inuiſum numen, terras, cælumq. leuabat.

Tertium, lib. eodem.

At Rex ſollicitus monſtris, oracula Fauni
D *Fatidici genitoris adit, lucosq. ſub alta*
Conſulit Albunea; nemorum, quæ maxima ſacro
Fonte ſonat; ſæuamq. exhalat opaca Mephitim.
Hinc Italæ gentes, omnisq. Oenotria tellus
In dubijs reſponſa petunt. huc dona ſacerdos
Contulit; & cæſarum ouium ſub nocte ſilenti
Pellibus incubuit ſtratis; ſomnosq. petiuit.
Multa modis ſimulacra videt volitantia miris,
Et varias audit voces, fruiturq. deorum
Colloquio; atque imis Acheronta affatur Auernis.

Quo nunc igitur abierunt loca iſta? cuncti ignorant, vbi extiterint. abolita ſunt veſtigia, niſi illius, quod in agro Puteolano, & in Hirpinis erat; quorum tamen neutrum dicitur homines accedentes enecare, neque volucres etiam protinus, aut animalia, quæ tamen exanimentur. En, quid boni nacta ſit Italia poſt Romani Pontificis auctoritatem conſtabilitam. Omittimus inſalubri aere terras, quales fuiſſe maritimas Latij, finitimæq. huic Etruriæ, & quæ in agro Tuſculano reſpiciebant Auſtrum, de quibus Strabo lib. V. nam tales etiam nunc cuncti fatentur. In Italia priſcis temporibus erant mures aranei, quibus venenatus erat morſus, vltrà Apenninum duntaxat non erant, Plinio teſte, lib. IX. cap. 58. Nunc relegati videntur iſti in extremos Apuliæ tractus; alibi numquam, aut non ita infeſti. A B

CXCV. Quid illa? Boæ ſerpentes olim frequentes erant in Italia, tantæ magnitudinis, vt Claudio Principe Romæ fuerit occiſa ex his in Vaticano quædam, ſolidusq. infans in aluo ipſius fuerit repertus. quod Plinius, ac Solinus narrant. addit hic, ab illis regiones aliquando redigi ad vaſtitatem. quo circa haud mirandum fuiſſe, Amyclas à ſerpentibus vaſtatas, ac deletas. quod idem Plinius ſcribit. Quo nunc abierunt iſte Boæ? quò tot ſerpentes? quò tot per Italiam totam ſparſi mures aranei? Ecquis audiuit vmquam, ſolidos infantes poſt ætatem Conſtantini abſorptos? Ecquis deletas ab anguibus Ciuitates? Quis iſta portenta diſiecit, exterminauit, ad nihilum redegit? Numquis illa vult iterum reuocari? Is profecto volet, qui in Pontificem Romanum non bene animatus, illum de Italia ſublatum cupit. Ridet Rutilius Numatianus, qui ſcripſit imperante Honorio, poſt Conſtantinum, quod Coſa fuerit à muribus euerſa, incolæq. ab illis fugati. & tamen multo incredibiliora his narrantur: C

Cernimus antiquas nullo cuſtode ruinas, D
Et deſolatæ mœnia fœda Coſæ.
Ridiculam cladis pudet inter ſeria cauſam
Promere, ſed riſum diſsimulare piget.
Dicuntur ciues, quondam migrare coacti,
Muribus infeſtos deſeruiſſe lares.

CXCVI Abſoluimus, quæ pertinent ad terram. Videamus de aquis: quarum nonnumquam tantæ erant eluuiones, vt anno, quantum nonnulli colligunt, Vrbis quingenteſimo ſexageſimo primo

à palude

A à palude Pomptina viginti tres Ciuitates demerſæ fuerint, ac Roma à Tiberi inundata duodecies, omniaq. illius ædificia poſita in plano diſiecta. Numquis aliquando audiuit, aut legit, poſt Imperium Conſtantini talia paſſam vel Vrbem, vel Italiam? Num viginti tres Italiæ Ciuitates vndis obrutas? numquid decem? numquid vnam? Num toto orbe Catholico contigit aliquid ſimile in regione Catholicorum, quæ Catholico Regi obediat: quamuis in Phriſia ſcribant aliqui inſignem aliquando eluuionem contigiſſe? Christophorus Caſtellettus magna diligentia collegit ſingulas Tiberis inundationes ab Vrbe condita vſ-

B que ad nos. & ex illo tempore ad Cõſtantinum per annos 1064. triginta quatuor enumerat. ſed à Conſtantino ad nos per annos 1282. recenſet viginti. ſic itaque duplo fere plures ante illum contigerunt; ſi temporis habeamus rationem.

Videamus autem, quæ fuerit aeris clementia Romæ, & Italiæ priſcis temporibus ante Conſtantinum. Et quidem nos collegimus alias ab anno 248. vſque ad 572. per annos 324. peſtes decem, & octo in Vrbe, ita, vt cuilibet non detur annorum viginti interuallum. Sed, his omiſſis, recenſeamus, quæ Imperio Romano florente contigerunt.

C Prima, imperãte Auguſto. Cuius meminit Solinus c. 2. & Dio.

Secunda, euenit imperante Nerone. vt in Tacito habetur.

Tertia, euenit imperante Veſpaſiano, cum per multos dies Romæ decem millia mortuorum prope referrentur in Ephemeridem, quod Euſebius ſcribit, anno Chriſti 80.

Quarta, Tito, cum cinis è Veſuuio monte erumpens in Syriam, Aegyptum, Africamq. peruenit, ac Romæ theatrum cooperuit, aeremq. & morbum peſtilentem, & grauem immiſit. Quod refert Dio.

V. Traiano. Hanc vocat atrocem Victor.

D VI. Hadriano. Quod teſtatur Spartianus.

VII. Antonino philoſopho, ſub annum octauum. Quod refert Euſebius.

VIII. Eodem regnante, ſub annum duodecimum. quæ tanta per orbem fuit, inquit idem, vt pene vſque ad internecionem Romanus exercitus deleretur, vehiculiſque, & carrucis cadauera exportarentur, ait Capitolinus.

IX. Commodo regnante.

X. Gallo, & Voluſiano.

XI. Gallieno, vt docuimus ſupra.

Sic

Sic itaque intra annos ducentos ſeptuaginta (nam tot numerantur à prima peſte, quæ contigit ſub Auguſto vſque ad Gallienum) decem maximæ peſtes extiterunt. vt vigeſimo quinto quoquo anno videatur peſtis extitiſſe in Vrbe. quod adeo non euenit poſt Romani Pontificis auctoritatem ſtabilitam. vt numerentur iam ſexaginta ſex anni, ex quo nulla Romæ fuit: & poſt Conſtantinum vſque ad Alaricum prope nulla memoretur per annos centum. A

CXCVII. Eodem ſpectant ventorum maximæ tempeſtates. E quibus ſatis erat retuliſſe, tantam fuiſſe imperante Nerone, vt eius turbine vaſtatum fuerit quidquid erat villarum, arbuſtorum, frugumq. à Capua ad Vrbem. quod eſt interuallum centum quinquaginta milliariorum, diſiectis omnibus. Et Titi Principatu vẽtus è Veſuuio erumpens, tam late cineres diſperſerit, vt propinqua terrarum, mareque, & Theatrum Romæ oppleuerit, in Africam, & Aegyptum peruenerit, ac duas Vrbes in Campania Pompeios, & Herculanum obruerit. Quorum nihil vmquam contigit poſt Imperium Conſtantini, Romæ, aut vllo Italiæ loco. B

CXCVIII. Huc referri poſſunt illa prodigia, quæ in ſingulos annos Liuius refert, pluiſſe ſcilicet lapidibus, ſanguine, carnibus, & ſi quid eſt huiuſmodi monſtroſum. quæ vix vmquam poſtea contigerunt, vel rariſſimo ſcimus audita. Credimusq; olim tam crebra fuiſſe, quod dæmones ea procurarent, & efficerent. atque ijs euenientibus publicę ſupplicationes fiebãt, ac publica ſacrificia, quibus dæmones ipſi colebãtur. Nerone imperãte, ait Tacitus, ita ſanguine in Albano pluiſſe, vt eo fluerẽt amnes. Veniamus modo ad Ignẽ. C

CXCIX. Incipiamusq. à Fulminibus, quę tam crebra olim iaciebantur, vt Plinius aſſerat, Italiam præ cunctis regionibus fuiſſe illis obnoxiam, maxime vero Romam, Campaniamq. Et vero, ita eſſe, colligimus ex hiſtorijs. Imperante Nerone, ait Tacitus, non alias fuiſſe tam crebram fulminum vim. Domitiano autem, per octo menſes continuos tot fulmina cecidiſſe, inquit Dion, vt imperator exclamarit, Feriat iam, quem volet. At imperante Traiano, inquit Euſebius, Pantheon fulmine eſt concrematum. Commodi imperio Capitolium, Bibliotheca, vicinæq. ædes fulminis ictu arſerunt. quod Capitolinus refert, & Euſebius. Denique Plinius lib. 2. cap. 55. narrat, olim deſijſſe fieri turres inter Terracinam, & ædem Feroniæ, quæ erat ad montem Soractis, quod nullæ non earum fulmine dirruerentur. Oroſius lib. 4. c. 4. ſcribit, anno 477. mœnia Formiarum fulminibus D

crebris

A crebris ambuſta, & diſſoluta. & eodem lib. c.1. in exercitu Romano trigintaquatuor milites fulminibus occiſos.

Quo circa mirum non videbitur, Vulſinium, oppidum opulentiſſimum Tuſcorum, inquit Plinius lib.2.cap.52. Fulmine perculſum conflagraſſe. Quin addit idẽ, in more poſitum fuiſſe apud antiquos, vt magicis quibuſdam cantionibus, ac precibus fulmina aduerſus inimicos impetrarent. ob idq. tum prædictam Vrbẽ concrematam, tum vero ipſius agros à monſtro quodam vaſtatos: ac citat L. Piſonem, grauem, vt ait, auctorem, qui aſſerat, à Numa Pompilio ſæpius euocata fulmina, Tullumq. Hoſtilium,

B qui id non rite tentaſſet, occiſum. Sed quis vmquam poſt Conſtantini tempora audiuit in Italia tantam fulminum frequentiam? quis vllo eorum fuiſſe vllam Vrbem incenſam? Hoc ſcilicet peperit nobis Pontificia poteſtas, vt minus eſſet nobis iratus Deus.

Atqui apertiſſimum cunctis erat, hæc fulmina de Cœlo miſſa. Quid illud? E terra ſæpius enatos ignes, qui maximas mortalibus in Vrbe, & Italia vaſtitates inferrent. Huc ſpectat ignis Veſuuij, qui Tito imperante erupit, Campaniæq. toti plurima damna intulit. quæ Dion refert, ac ſupra retulimus. Inſequen- C C.

C ti anno Romæ extitit è terra incendium, quod conſumpſit fana Serapis, atque Iſidis, Templum Neptuni, Balnea Agrippæ Pantheon, Diribitorium, Theatrum Balbi, Scenam Pompeij, Octauiana ædificia, Templa Iouis Capitolini, cum proximis templis. Hæc Dion. Triduum duraſſe hoc incendium, narrat Suetonius. Incertumq; porro eſt, aliqua incendia, quæ contigerunt, an è terra ſint orta, an aliunde excitata, quæ nos capite ſequenti referemus.

Incredibile namq. eſt, quot, & quanta incendia Romæ ante Conſtantini tempora ſæuirent, ſiue fortuito, ſiue acciderent

D aliquorum dolo malo. vt omittamus, quod intulit Nero. Et quidem, priuſquam Octauianus Auguſtus Imperium iniret, id malum frequentius erat. ipſe enim prior inſtituit excubias nocturnas, vigileſque, ac ſuis eos in Vrbe ſtationibus diſpoſuit, vt viderent, ne quid incendij exoriretur, & exortum ſtatim reſtingueretur. quod habetur in Digeſtis, tit. de off. præfect. vigil. & Suetonius refert cap. 30. & nihilominus mirum, quam crebris incendijs multæ ac magnæ Vrbis partes concremarentur. Referamus illa, vt cognoſcamus, antiqua fuiſſe multo crebriora. Primumq. ſit, cum Capitolium, pugnantibus inter ſe Vitellij,

lij, Veſpaſianiq. militibus, eſt incenſum. quod Dion refert, & Tacitus. A

Secundum, contigit imperio Traiani, vt Victor narrat. illo conflagraſſe auream Neronis domum, ſcribit Euſebius. ea porro tanta erat, vt ille dixerit:

Roma domus fiet. Veios migrate, Quirites,
Si non & Veios occupat iſta domus.

B

Teſtis eſt Plinius lib. XXXVI. cap. 15. hac domo Vrbem totam cinctam.

Tertium, fuit Antonino Pio regnante, quod abſumpſit trecentas quinquaginta domos, vt auctor eſt Capitolinus.

Quartum, Commodi Principatu: quo conflagrauit Palatium, Veſtæ ædes, ac plurima Vrbis pars, inquit Euſebius. Et ipſe quidem Commodus, Vrbem, Neronis exemplo, iuſſerat incendi. quod Lampridius teſtatur. Et Dion: Incendium, ait, excitatum in quibuſdam ædibus, ad templum Pacis peruenit, conſumptiſq. tabernis, in quibus merces Aegyptiorum, & Arabum C erant, comprehendit Palatium.

Quintum, imperio Philippi, quo Theatrum Pompeij incenſum, & Ecatoſtylon, inquit Euſebius in Chronico.

Sextum, Decio regnante, quo Amphitheatrum concrematum ſcribit idem.

Septimum contigit imperante Maximino, quo magna pars Vrbis eſt incenſa. quod Herodianus teſtatur. cuius hæc ſunt verba: Adeo peruagatum longe, lateq. incendium eſt, vt plus multo conſumpſerit, quam quantum ſpatij maxima quæq. Vrbs ædificijs occupet. D

Octauum fuit, cum Maximianus Imperium contra Maxentium recepit. eo Fanum Fortunæ conflagrauit, ac parum abfuit, quin tota Vrbs à militibus incenderetur. quod Zoſimus lib. 2. refert, & anno 307. Sigonius reponit.

Cum vero incendium primum contigerit anno 71. vt è Tacito colligi poteſt, fit, intra ducentos triginta annos hæc incendia fuiſſe. vt omittamus, quod Nero attulit. Atqui, ſi mille ducentos octuaginta poſt Conſtantinum tranſactos circumſpicias, certiſſimo cognoſces, neque tot in Vrbe, vel in vlla Italiæ parte, aut etiam totius Orbis Catholici vllo tractu, qui Catholico

Regi

A Regi obedierit, obtigiſſe, neque dimidium. En, quibus ſeruie-
bant illæ opes Romanorum, moles illæ vaſtiſſimæ, vt ſæpius igne
abſumerentur, vt è ditiſſimis pauperrimos homines facerent, ac
forent in cauſa, vt ad eas reficiendas tributis nimijs totus Orbis
Romanus oneraretur, atque exhauriretur; atque ita breuis hæc
molium magnificentia, &, ſi quidem vocare ita velimus, fæli-
citas infælicitati, & ruinæ maximæ foret omnibus Prouincijs,
& Romæ ipſi.

B

De incendio, euerſione, & direptionibus Vrbis, perpetuiſque, ac diuturnis Italiæ vaſtitatibus ante Conſtantinum. Cap. VI.

ROMAM, quam vocarunt antiqui ſcriptores
Orbis epitomem, quod ſcilicet contineret vna
quidquid in terris eſſet admirandi, plurimæ cla-
des afflixerunt ante Conſtantinum, quibus nul-
læ poſtea pares euenerunt. vt ſciamus, quot,
C ac quantis ſit à Deo bonis illa cumulata, quam-
uis iacturam fecerit immenſæ illius admirabi-
litatis, quæ in ſede Imperij profani, vaſtitate molium conſtru-
ctarum ad iactantiam, voluptateque, ac rerum luxu ſpurciſſi-
mo poſita erat. Hæc enim ſecum ferebant vim maximam ma-
lorum, ita, vt Romanis, atque Italis adeſſet adumbrata quædã
fælicitatis imago, ac larua, ſed re vera nullo non malorum ge-
nere diſcruciarentur, ac miſerrime vexarentur. Et quidem nu-
merauimus hucuſque mala tam dira, vt eorum prope nullum
contigerit vllo ſæculo, vlli Catholicorum Regioni, aut Vrbi Re-
D gi Catholico ſubiectæ. Recenſeamus adhuc alia. Sitq. hoc inter
illa: Numquam fuiſſe Romam poſt Conſtantinum concrema-
tam incendio per aliquem Principum ſuorum, vt à Nerone ſci- CCI.
mus fuiſſe incendio conſumptam. In regiones, ait Tacitus,
quatuordecim Roma diuidebatur: quarum quatuor integræ
manebant; tres ſolo tenus deiectæ; ſeptem reliquis pauca te-
ctorum veſtigia ſuperarent lacera, & ſemiuſta. Hæc ille. At,
inquies, Totila Gothorum Rex Vrbem incendit, atque euer-
tit. Quid autem refert, Catholicus ne fuerit, an in Pontificem
Romanum contumax? Equidem, Romæ eueniſſe mala multa
poſt Conſtantinum, non diffiteor: ſed nullo modo à Pontifice
Romano, vel eius ſtudioſis: quin longe ſecus accidiſſe illa oſten-

demus, vel ab hoſtibus Romanorum Pontificum, vel cum Roma Pontifex Romanus eſt exturbatus, aut etiam Romani Imperatores, vel Ciues in illum fuerunt iniquiores. vt ſcilicet apertiſſimum fiat, quidquid eſt Vrbi, & Italiæ boni, id cælitus à Deo per Pontificem deriuari, per eumq. innumera mala, quæ Romæ, & Italiæ prius obueniebant, fuiſſe depulſa. Igitur & Totilas hæreticus erat Arianus, ac Papæ inimicus, & quod malorum caput fuit, Pontifex Romanus tunc Vigilius peſſime habitus à Iuſtiniano, Roma expulſus, Conſtantinopolim cum ſumma ignominia perductus, & in vincula coniectus. Non itaque mirum, ſi Roma eſt hoc tempore incenſa. &, quod maxime ſit obſeruandum, anno 545. captus eſt à Beliſario Vigilius, Conſtantinopolimq. miſſus, & ſequenti percuſſus alapis, per Vrbem tractus, in carcerem traditus, modico pane, & aqua ad vitam miſere tolerandam datis: eodemq. anno Roma per Totilam capta & inflãmata, vt è Marcellino, Liberato, Procopioq. poſt alios refert Sigonius lib. XIX. de occidentali Imperio. En, vt bona Italiæ per auctoritatẽ Pontificis conſtitutã, mala per euerſam contingant. A B C

Neque tamen Roma prorſus eſt incendio tradita per Totilã. teſtatur enim, qui vidit hæc, Procopius lib. 3. belli Gothici, tertiam tantum Romæ partem fuiſſe ab illo deiectam. at incendio Neronis è quatuordecim decem Tacitus narrat abſumptas.

Quod ſi quis dicat, à Nerone Vrbem reſtitutam, non id negamus. Sed, quo modo? Audi eundem ſcriptorem, qui ſic lib. XV. Interea conferendis, inquit, pecunijs peruaſtata Italia, prouinciæ euerſæ, ſocijq. populi, & quæ Ciuitatum liberæ vocantur. Hæc ille, narrans euerſas omnes regiones, vt Vrbs reſtitueretur, ædificiaq. ad omne illicitarum voluptatum genus excitarentur.

Stet itaque, numquam ſic Romam fuiſſe ab vllo Catholico Principe, qui Pontifici Romano faueret, quamdiu paruit Vrbs eidem, fuiſſe concrematam. Sed, quid ego Romam dumtaxat in cõparationem voco? nulla Vrbs illuſtrior Catholicæ Religionis adhærẽs, Catholicoq. Principi ſubiecta ab eodem ſimile aliquid eſt vmquam paſſa: vt iam ſit hoc commune totius Orbis Catholici bonum. D

CCII. Succedet huic aliud Romæ proprium, numquam fuiſſe illam poſt ætatem Conſtantini ita ſubuerſam, vt à Gallis anno 363. qui, Capitolio excepto, cunctã ſolo æquarũt. quod Plutarchus in vita Camilli tradit, Polybius lib. 8. Dionyſius, & Plinius lib. 34. cap. 1. Poſt hanc Gallorum numquam maior accidit Romæ clades,

A des, ac ruina. nam Totila partem dumtaxat illius tertiam proſtrauit. quod Procopius, qui vixit eo tempore, teſtatur lib. 3. Gothici belli. Quod enim priſca ædificia collapſa videamus, id fuit in cauſa, quod nulli ſeruiebant alij rei ipſorum plurima, ac maxima quæque, niſi luxui, ac voluptatibus, quas in poſtremis habent Chriſtiani. ac talia ſcilicet fuerunt amphitheatra duo, nymphæa, lupanaria 45. theatra quattuor, ludi quinque, naumachiæ quinque, thermæ duodecim, balneæ, lacusq. priuati innumeri, circi duo. quæ ſane ædificia maximam totius Vrbis partem conſtituebant; ſuaq. vaſtitate, & magnificentia cunctos, qui aſpicerent,
B ſtupore defixos tenebant: vt è Publio Victore apparet. Pro his vero neque tam vaſta, aut ſumptuoſa, & elegantia, ſed honeſtiſſima, & vtiliſſima ſunt ædificia repoſita Romæ domorum hoſpitalium viginti; monaſteriorum, in quibus Virgines Deo ſacratæ morantur, vigintiduo; aliorum, in quibus Viri religioſi, vigintiquinque; in quibus adoleſcentes literis operã dant, octo; præter alia, quæ ſunt alijs pijs operibus dedicata; de quibus mox loco ſuo.

Iam vero, ſicut neque vnquam Roma, vel adeo incenſa, vel CCIII.
euerſa, ſic poſt Conſtantinum non eſt ex omni, aut maiori parte
C toties direpta. nonum namq. eſt illa à militibus fœde ſpoliata ante ætatem Conſtantini.

Primum, à Gallis, cum ſolo eſt æquata.

Secundum, à Cinnæ militibus. quod Appianus lib. 1. Ciuiliũ bellorum narrat, ita, vt ea verba ſcripta reliquerit de Vrbe: Omnino, inquit, nihil à multitudine, & varietate malorum aberat.

Tertium, à Syllæ copijs, vt eodem libro idem refert.

Quartum, ab exercitu triũm virorum. quod lib. 4. ſcribit idẽ.

Quintum, à Neronis ſatellitibus, cum fuit Vrbs inflammata. ſic enim Dio: Multi ſua exportare, multi aliena rapere, ſe inuicem decipere, in farcinis errare, nec, quò progrederentur, aut
D vbi ſtarent, ſcire, tum expellere & expelli, exturbare alios, mox ipſi exturbari, multi ſuffocari, multi opprimi; poſtremò nihil, quod in huiuſmodi calamitate hominibus accidere poteſt, prætermitti: neque vero aliò poterant profugere; nam, ſi quis proximũ euaſiſſet ſaluus, mox incidebat in aliũ, & ab eo necabatur. Id non vno tantum, ſed pluribus diebus, ac noctibus, eodem modo factum eſt. Et mox: Milites cæteri, & excubitæ nocturnæ ad rapinas ſpectantes, non ſolum non reſtinguebant incendium, verum etiam magis incendebant.

Sextum, à Vitellij, & Veſpaſiani militibus eſt Roma dire-

pta, quin & Italia tota. Sic enim Dio: Neque enim milites hæc ob aliam cauſam agebant, quàm vt Italiam diriperent. quod & factum eſt. Et deinde: Dum Vrbs (Roma). hoc modo diriperetur, pugnarentq. alij, alijq. fugerent, & ijdem poſtea rapinas, & cædes pariter facerent. A

Septimum, à Seueri militibus. Sic enim Spartianus: Tota deinde Vrbe milites in templis, in porticibus, in ædibus Palatinis, quaſi in ſtabulis, manſerunt: fuitq. ingreſſus Seueri odioſus, atque terribilis, cum milites inempta diriperent, vaſtationem Vrbi minantes. B

Octauum, à Maximini fautoribus aduerſus Balbinum pugnantibus. Sic enim Capitolinus. Balbinus, inquit, Romæ bellis inteſtinis, & domeſticis ſeditionibus vrgebatur, occiſis præcipue per populum Gallicano, & Mæcenate; quod populus à Prætorianis laniatus eſt, cum Balbinus reſiſtere ſeditionibus non ſatis poſſet. denique magna pars Vrbis incenſa eſt. Hæc ille in Maximinis. At in Balbino: In Vrbe autem, prius quàm dictum eſſet, milites pacatos venire, & tegulæ de tectis iactæ ſunt, & omnia, quæ in domibus erant, vaſa proiecta. atque ideo maior pars ciuitatis perijt, & multorum diuitiæ. nam latrones ſe militibus miſcuerunt ad vaſtanda ea, quæ notant, vbi reperirent. C Et Herodianus lib. VII. Intellecto periculo, milites, (Prætoriani) ac robus deſperatis, erumpunt vniuerſi patentibus portis, congreſſiq. multitudinem fugientem in Vrbem vſque perſequuntur. ſed, vbi iam ſtatario illo certamine plebs inferior intra domos ſe receperat, ac tegularum, lapidumque, & teſtarum iactibus deſuper vrgere cœperat milites, haud auſi illi ignota ædificia ſubire, clauſis etiam domibus, & tabernis, ignem ianuis, ac ligneis ædificiorum proiecturis, quales in Vrbe plurimæ ſunt, illico admouerunt. Quo factum eſt, vt partim crebitate inſularum, partim lignea materia, bona pars Vrbis conflagrauerit, multiq. ex opulentis pauperes facti, maximis, atque egregijs amiſſis poſſeſſionibus, vel prouentu vberrimis, vel ſplendore ipſo, & varietate pretioſis. neque vero pauci extincti mortales, quod, ianuis igne occupatis, proripere ſe domo copia non fuerat; bonaq. diuitum direpta penitus, immiſcente ſe militibus ſtudio rapiendi facinoroſiſſimo quoque, & tenui plebecula. ſed adeo peruagatum longe lateq. incendium eſt, vt plus multo conſumpſerit, quàm quantum ſpatij maxima quæque Vrbs ædificijs occupet. Hæc ille. D

Nonum,

A Nonum, Probo imperante, ab octuaginta gladiatoribus, quibus deinde alij multi ſe admiſcuerunt, qui egreſſi è carceribus, atque interemptis multis, conſpiratione facta, Romæ obuia cuncta diripuerunt. quod Zoſimus refert lib. 1. ad finem.

Sed, cum recenſuerimus nouem Vrbis direptiones, vel à ciuilibus bellis, vel hoſtilibus quibuſcumque obortas; ſi quis ſuperioribus alias velit adnumerare, quas ipſi Imperatores prætextu ſcelerum vindicandorum, quæ diuitibus obijciebantur, per calumniam faciebant, adiungentur his octo aliæ: quarum Prima aſcribetur Tiberio, Secunda Caligulæ, Tertia Domitiano, B Quarta Commodo, Quinta Caracallæ, Sexta Heliogabalo, Septima Carino, Octaua Maxentio. Sed, quando non prouenerunt hæ à ciuilibus ſeditionibus, vel exteris bellis, merito diſtinguendæ nobis videntur. quamuis hæ re vera dicantur non Vrbē modo, ſed Orbem præterea terrarum ſpoliaſſe: appareatq. multo flagitioſius, & atrocius id ipſos feciſſe. nam falſa crimina impoſuerunt ijs, quos diripuerunt; ac plerumq. eos capitali ſupplicio, aut alioquin acerbo affecerunt: neque potuerunt illi effugere hæc omnia, quæ in publicis Vrbium direptionibus ſæpe effugi ſolent; cum quis vel occultat rerum ſuarum pretioſa quæ-C que, ac ſubtrahit imminenti rapinæ, quæ cum duret duobus, tribusve menſibus, videtur omnium ſæuiſſima. at iſti Imperatores pluribus annis ſunt crudeliſſime dominati: ac pauci potuerunt euadere ex illorum manibus: vt è verbis ſcriptorum, quæ ſupra recitauimus, liquet. Quo circa, ſi vellemus iſtas multo diriores prædationes ſuperioribus adiungere, ſeptimum decimum dicemus eſſe Romam direptam. Atqui, ſi enumeremus, quoties eadem fuerit ſpoliata poſt ætatem Conſtantini, cognoſcemus, nullo modo toties, neque tam diriter: excepta, credo, hac ſuprema, quam duce Borbonio Germani, & Hiſpani fecerunt.

D Prima eſt autem, quæ contigit ab Alarico, Viſigothorum Rege, cum regnaret Honorius, de qua ſic Iornandes: Romam ingreſſi (Gothi) Alarico iubente, ſpoliant tantum, non autem, vt ſolent gentes, ignem ſupponunt, nec locis Sanctorum in aliquo penitus iniuriam irrogari patiuntur. Idem ſcribit Socrates lib. IX. cap. 9. & S. Auguſtinus lib. de Ciuitate Dei.

Secunda eſt, quæ accidit imperante Maximo, cum Genſericus Vrbem populatus eſt. quod lib. 1. belli Vandalici refert Procopius. Poſt hæc neque Odoacer Herulorum, neque Theodoricus

Oſtrogothorum Reges, qui Italiam ſummo imperio tenuerunt, aliquid Vrbi abſtulerunt. A

Tertia eſt, cum Totila eam cepit, ac tantum viginti è militibus ſexaginta plebis Romanæ ſunt obtruncati. quod lib. 3. Procopius narrat. nec paſſus eſt Barbarus Rex, vt Gothi Romanos fugientes vllo modo proſequerentur.

Quarta eſt, cum rurſus eandem populati ſunt ijdem Gothi, eodem regnante, & humane ſimiliter actum cum Romanis.

Quintam volunt eſſe non nulli, cum fuit ab Arnulfo Germaniæ Rege capta, ſed ab Arnulfo fuit tantum ſuburbium Vaticanum, quam Leoninam vocant Vrbem, populatum. quod Luitprandus horum temporum ſcriptor lib. 1. cap. 8. narrat. neque Otho. 1. eandem prædatus ſcribitur, quamuis eam bis ceperit, vt ex eodem habemus lib. VI. cap. vlt. quæ poſt alios refert etiam Sigonius lib. VII. de regno Italiæ anno 964. Conſentiunt antiqui Marianus Scotus, & Rhegino. Idemq; aſſerimus de Henrico III. quod liquet è Sigeberto æquali horum temporum, in Chronico anni 1084. & de Henrico IV. vt Sigonius narrat anno IV. lib. X. Et Dodechinus, qui fuit hac ætate, & Friderico II. quod liquet ex Vrſpergenſi, qui temporibus his viuebat, quamuis hi vere dici poſſint agros populati, & partes Vrbis, quæ mœnibus haud includerentur, vel ædificijs Vaticano continentibus cis Tiberim, quod innumeri fecere ante Conſtantinũ, quibus cũ bella Romani gerebãt. Quamobrẽ quinta eſt, quã fœdiſſime hoc ſæculo fecerũt Borbonio Duce Germani, & Hiſpani. Atq; ita intra annos mille ducẽtos octuaginta, & amplius, quinquies dũtaxat Roma tota militares prædationes eſt paſſa, cũ ſupra illud tẽpus intra annos mille quinquaginta quatuor plus minus, q numerãtur ab Vrbe cõdita ad Cõſtantinũ, ſit nonũ direpta, aut omnino, aut maiori ex parte. B C

CCIV. Age vero, non dum finem faciamus, oſtendamuſque Italiã ſemper in maximis maximarum regionum vaſtitatibus, ac ſolitudinibus fuiſſe vſque ad Conſtantinum. Atque, vt omittamus Aboriginum, Pelaſgorumq. incredibiles, quas memorauimus, clades, Vrbesq. ipſorum in deſertum redactas; veniamus ad ea, quæ non ita ſunt antiqua. Anno ducenteſimo ſecundo ab Vrbe condita, Galli tranſalpini, irruptione facta, cunctas circa Padum terras occuparunt, vndecimque Ciuitates ab Etruſcis conditas in ijs locis euerterunt, ita vt vna ſuperfuerit Mantua è duodecim, quas illi ædificauerant. quod nos docet Liuius lib. V. Dionyſius VII. & Plinius lib. III. cap. 17. & 19. Ex illo, quamdiu Galli tenuerunt D

A nuerunt eas oras, neque Romani colonias in illis deduxerant, in Vicis eſt habitatum tercentum prope annorum ſpatio, vſque ad Hannibalis aduentum, qui fuit anno 535. Hinc Strabo lib. V. ait, Mediolanum non ita pridem ante ætatem ſuam (floruit autem Strabo imperante Tiberio) vicum fuiſſe, populosq. illarum regionum vicatim habitaſſe. Ac Liuius lib. 21. teſtatur, loca circa Mutinam pleraq inculta, & circa viam ſiluas fuiſſe. Similiter in Placentino, ac Parmenſi agris paludes erant, ac ſtagna lata, quæ Scaurus, vt retulimus, exiccauit anno 638. Veluti multo ante Etruſci loca mari Hadriatico viciniora, vt ſupra narrauimus.

B Donec autem Galli tenuerunt circumpadanas terras per annos tercentum, & amplius, nulla in ijs Vrbs fuit, ſed vici tantũ. quod Polybius, qui fuit poſt ſecundum bellum Punicum, lib. 2. teſtatur, his verbis: Præcipuæ igitur auctoritatis Populi ex Gallis qui in Italia morabantur, hi ſunt: Villas habitabant, nullis ſeptas mœnibus; apparatuum omnium prorſus expertes erant; in terra ſuper ſtrato gramine dormiebant; veſcebantur carne; bellicas ſolummodo res, atque agriculturam exercebant, & ſimplicem vitam viuentes neque ſcientijs, neque alijs artibus operam dabãt. Hæc ille de Laijs, Lebitijs, Inſubribus, Cenomanis, Ananibus,

C Boijs, Eganibus, Senonibus, qui è Gallia profecti terras Italicas circa Padũ multos ante annos occuparant, vndecimq. inter alia Ciuitates euerterant, latiſſimiq. terrarum tractus nihil aliud, niſi vicos, habebant. Sed, nondum finitis in Gallia Ciſalpina vaſtitatibus per Gallos illatis, ita vt nulla Vrbs in ijs locis per annos tercentum fuerit, tantum villæ eſſent, Hannibal loca Apulię, Calabriæq. cum ſuis Vrbibus vaſtauit. Romani etiam Bruttiorum, Lucanorumq. Ciuitates in vicos redegere. quod lib. V. Strabo refert, qui duraſſe illas clades adhuc ſuo tempore vſque ad annum prope octingenteſimum narrat. Ex eodem diſcimus, à

D Sylla dirutas Vrbes omnes Samnitum, ita vt non niſi vici eſſent in latiſſimis terris, & has euerſiones extaſſe temporibus ſuis imperante Tiberio. Rurſus è Cornelio Tacito habetur, Nerone in Italia regnante tã magnã fuiſſe ſolitudinẽ, vt ob incolarum infrequentiã deducti fuerint coloni Tarentũ, & Antiũ, neque tamen loca deſerta fuiſſe ab eis repleta. Recitauimus pterea è Lucano, in Italia tẽpore Neronis extaſſe Vrbes deſertas, ſemirutas, agros incultos ob ciuilia bella. quãdiu poſtea durarint, certo nõ põt omnino affirmari. poſt obitũ ſane Neronis, Italiã rurſus vniuerſam à Vitellianis direptam, ac multas editas ruinas, oſtendimus. &

impe-

imperante Pertinace, docet nos Herodianus, in Italia fuiſſe A plurimos agros incultos, donec Gallieno, & Aureliano imperium tenentibus plurimæ Vrbes in Gallia Ciſalpina à Marcomannis, Alemannisq. ſunt ſemirutæ, ad ſolitudinemq. adductæ, quæ perſtitere usq. ad tempora Hieronymi, & Ambroſij, qui florebant anno 390. poſt Conſtantini imperium Romæ initũ 78.

En igitur, vt, Imperio Romano florente, ante Conſtantinum, ante Romani Pontificis auctoritatem ſtabilitam, latiſſima Italiæ loca perſtiterint, euerſis Vrbibus, inculta, ac prope deſerta, non vno ſæculo, ſed multis, ob incurſationes barbaricarum gentium: quorum tamen nihil vmquam ſimile contigiſſe poſtea, palam fiet à nobis: vt, qui ſecus opinantur, facile poſſint illi confutari. B

CCV. Illud tamen haud prateribimus ab Aeliano adnotatum, qui floruit imperante Hadriano, ad quem non nullos è ſuis libros mittit: in Italia per multos, variosq. exterarum gentium populos habitaſſe, plures quidem, quam in vlla alia terra. Sic ille lib. IX. cap. 16. variæ hiſtoriæ. Quod eſſe verum, conſtat è ſuperioribus. non ita contigiſſe poſt Conſtantinum, faciliime dignoſcemus inde, ſi aduertemus, nullas exteras gentes in ea conſediſſe, niſi Longobardorum, per annos mille ducentos C octuaginta. nam Gothi poſt Herulos ab ipſis deiectos fuere omnes vel occiſi à ducibus Iuſtiniani, vel adducti in ſeruitutẽ. quod Iornandes lib. de rebus Geticis, Procopius lib. vlt. Gothici belli, Agathiasq. ſcribunt.

Similiter, quod Aelianus idem tradit eodem capite, in Italia fuiſſe aliquando ante Hadriani tempora Vrbes mille centum nonaginta ſeptem, clariſſime oſtendit, Imperio Romano florente, fuiſſe in Italia minus Vrbium, quàm fuerit ante illud. Et vero ita videtur eſſe aliquo modo, antequam Galli tranſalpini Etruſcas Vrbes in circumpadanis oris diruerent, Romani Latium D fœdiſſime vaſtarent, oppida quadraginta, & vnum ſubuerterent in Aequicolis, ac vaſtitates aliæ Samnitibus, Bruttijs, Lucanis, Apulisq. contingerent. de quibus eſt à nobis tractatum. nihilominus falſum putamus, tot Vrbes vmquam fuiſſe Italiæ, niſi dicamus, Vrbes antiquis dictas, vel ipſas arces; quod in vita Poblicolæ notat Plutarchus. Quem ſenſum ſi ſequamur, nihil impedit, quin dicamus eſſe hodie in Italia Vrbium viginti millia. Quod ſi Vrbes vocemus coniunctionem plurium domorum, quibus ſint communia ſpatia, templum commune, quo modo definit

A definit Cicero libris, de Republica, falſum putamus, quod inquit ille. Nam Plinius memorat Populos omnes, quicumque vmquam narrentur in Italia fuiſſe, quorum multis nullæ erant ciuitates, & oppida; ad quæ conſtituenda populus eſt neceſſarius aliquis; &, his adnumeratis, vna cum dirutis Vrbibus, & extantibus, non perueniunt ad ſummam ſexcentorum. quod ſequentibus libris apertiſſime explicabitur. Igitur Aeliani verba accipienda ſunt in eam ſignificationem, vt Vrbium nomine intelligamus ipſas quoque arces paulo laxiores, quomodo Plinius ſcribit Tyrrhenos ademiſſe Vmbris tercentum caſtella, ita,
B vt Hadriani Imperatoris tempore in Italia non fuerint oppida, & arces ſimul mille centum nonaginta ſeptem. Sed huius rei veritas maxime eluceſcet, cum populos, & oppida Italiæ, tùm temporis antiqui, tùm noſtri enumerabimus.

Interim non omittemus illud ad Italiæ vaſtitatem, quæ florente Imperio Romano contigit, ac durauit, potentiſſimas ab ipſis Romanis ciuitates, vel exciſas, vel imminutas, neque illorum loco vllas ijs æquales vſque ad Conſtantini ætatem ad tantam magnitudinem perductas. ſecus autem poſt illam. nam noſtra ſunt multæ. vt ſequentibus libris aperiemus. Ciuitates porro, CCVI.
C ante ætatem Conſtantini exciſæ, aut diminutæ ſunt, vt memorauimus ſuperiori tractatu, ſequentes.

Sybaris, quæ tercentum millia militum produxit aliquando in aciem, euerſa anno tercenteſimo.

Croto, quæ centum viginti millia, exciſa eſt ab Hannibale, & cuius circuitus erat duodecim millium paſſuum, teſte Liuio lib. 24. atque ita par fere Romæ erat, vt habet Plinius lib. 3. cap. 5.

Spina, quæ Hadriatici maris, inquit Strabo, imperium diu tenuit, euerſaq. eſt à Gallis.

Canuſium, &

D Argyripa, Italicarum Vrbium, ait idem lib. VI. maximæ, verum deletæ ipſius ætate. quod ſi Italicarum maximæ fuerunt, haud Sybari, & Crotoni cedebant.

Agylla, quæ tantæ fuit potentiæ, vt Gallos Romæ dirutæ, ac ſeptem iam collibus inſidentis ſpolijs onuſtos vicerit, templumq. habuerit opulentiſſimum, è quo ſcutatorum ſeptingenta viginti millia diripuit, quod ſupra retulimus, Dionyſius Syracuſarum Tyrannus.

Veij, quæ anno 360. tantæ erat amplitudinis, vt ſitu, magnificentiaq. priuatorum, ac publicorum tectorum Romæ ipſi præ-

poneretur, & opulentiſſima Etruſcarum foret, inquit Liuius A lib. V. Iam tum ſeptem colles Roma erat complexa ſtudio Tullij Regis, vt habet Dionyſius lib. IV.

His haud paulo minores Vulſinij erant, Pæſtum Lucanorum, Picentia Picentinorum metropoles, & quidem ſuperioribus nullæ vſque ad Conſtantinum pares poſt Romam fuerunt in Italia. nam quæ? producantur, ſi quæ creduntur huiuſmodi fuiſſe. adducantur teſtimonia antiquorum. Atqui ego contra adducam. Mela ſcribit lib. 2. cap. 2. Vrbium, quæ procul habitantur à mari, opulentiſsimas in Italia fuiſſe, Patauium, Bononiam, Mutinam, Capuam, Romam. Nulli harum, Roma excepta, B tantum fuiſſe potentiæ poſt imperium conſtitutum, legimus, quantum ſuperioribus. Quin Strabo lib. V. teſtatur, ætate ſua imminutum maxime Patauium, quamuis ita magnam retineret dignitatem, vt equeſtris ordinis quingentos haberet viros, & præcelleret cunctis Vrbibus Galliæ Ciſalpinæ, & finitimarum regionum, cum prius temporibus antiquis centum viginti millia militum mitteret. Sic igitur hæc Vrbs amiſerat plurimum è priſcis opibus: &, cum cenſeret quingentos ordinis equeſtris viros, omnibus alijs præſtabat. qua in re ſuperata fuiſſet ætate noſtra à pluribus Ciuitatibus, vt Mediolano, Brixia, Cremona, C Ferraria, Mantua, ſi fuiſſent hæ tunc eo ſtatu, quo nunc ſunt. Vt Neapolim, Venetiasq. omittamus.

Apparet itaque, poſt Imperium Romanum conſtitutum plurimum dignitatis, atque opum, ciuitatibus Italicis detractum.

Simulq. ante Imperium Romæ ſtabilitum, multo nobiliores, ac potentiores in Italia fuiſſe Vrbes, quam poſt illud, excepta ſcilicet Roma: idq. fuit vſque ad Conſtantinum. nam poſt illum, vt oſtendemus, clariſsimæ Vrbes ad maximum dignitatis ſunt euectæ ſplendorem, qualem nunc etiam multæ habent, neque Conſtantini tempore vel ipſæ vel vllæ aliæ habebant D in Italia. quod in ſequentibus aperietur.

Numquam porrò in Italia poſt illius imperium fuere tot, ac tam diræ ſterilitates, diluuia, peſtilentiæ, incendia, clades è terra, aqua, aere, igne, tot exterarum gentium irruptiones, à quibus priſtini coloni vel eijcerentur, vel in ſeruitutem redigerentur, aut etiam trucidarentur, tot, ac tantæ Vrbes euerſæ, regiones euaſtatæ, populi deleti, tot Italicorum, Romanorumq. ſtrages editæ, tot, tam ſæua, perpetuaq. bella, tot, ac tam crudeles tyranni, rapaces, contaminati; tot ac tam barba-

ri, &

A ri, & efferati Principes, fœdi, ac truculenti mores; atrociſſimæ leges, peſtilentia loca. quæ ſequentibus adhuc libris illuſtriſsima lectori fient. vt liquidiſsimum ſit, ante conſtitutam Romani Pontificis auctoritatem fuiſſe infelicius Italiæ, ac Romæ, quam poſt illam magis dilatatam.

A

LIBER TERTIVS.

De maiori fœcunditate Italicæ telluris, optimis eius arboribus, & fructibus, qui olim non erant ea magis habitata; pluribusq. illius Vrbibus poſt Romani Pontificis auctoritatem ſtabilitam, quàm prius.

Cap. I. B

RECENSVIMVS hactenus mala, quibus Itali olim, Romaniq. ſunt oppreſsi ante ætatem Conſtantini. explicatum abunde, quot, & quantis illi cladibus fuerunt afflicti, ac vexati: quarum nulla euenit poſt ea tempora, quibus Romani Pontificis auctoritas eſt maxime conſtituta. Nunc aperiamus, quot, & quantis Italia bonis ex illo fuerit amplificata, & cumulata; quorum C nullum prius ei contigit. Et quaſi enauigauerimus è ſcopulis periculorum pleniſsimis, inter maximos æſtus, ac turbulentiſſimos fluctus, exordiamur à terrenis.

1. Et vero fœcunditatem telluris nunc eſſe in Italia multo maiorem, negari non poteſt. argumento ſit illud, quod Plinius lib. 18. cap. 18. ſcribit. Multifariam, inquit ille, in Italia octoni boues ad ſingulos vomeres anhelant. Hæc Plinius. Atqui nunc bini, aut ad ſummum quaterni iunguntur. Omittimus fertilitatis eſſe apertiſsimum ſignum, quod nullibi modo in Italia Boæ illæ, D quæ ſolidos infantes deglutiant, aut alioquin tam vaſti ſerpentes, quales ſupra memorauimus, gignuntur. ſicut etiam peſtilentes hiatus, quos olim fuiſſe recitauimus, non ita diri apparent, neque tot in locis. ſic etiam nunc videmus tellurem magis excultam, quàm prius. quod infra oſtendemus.

2. Hinc innumera, iucunditatem, fructumq. maximum ferentia ſecum, quæ priſcis temporibus nullo modo producebantur, nunc ſcimus in Italico ſolo produci. ſic enim Virgilius lib. Geor. ſecundo:

Diuiſa

A *Diuiſæ arboribus patriæ: ſola India nigrum*
Fert hebenum: ſolis eſt Thurea virga Sabæis.
Quid tibi odorato referam ſudantia ligno,
Balſamaque, & baccas ſemper frondentis acanthi?
Quid nemora Aethiopum molli canentia lana?
Velleraq. vt folijs depectant tenuia Seres?
Aut quos Oceano propior gerit India lucos,
Extremi ſinus Orbis? vbi aera vincere ſummum
Arboris haud vllæ iactu potuere ſagittæ:
Et gens illa quidem ſumptis non tarda pharetris.
B *Media fert triſtes ſuccos, tardumq ſaporem*
Felicis mali, quo non præſentius vllum,
Pocula ſi quando ſæuæ infecere nouercæ;
Miſcueruntq. herbas, & non innoxia verba.
Auxilium venit, ac membris agit atra venena.
Ipſa ingens arbos, faciemq. ſimillima lauro:
Et, ſi non alium late iactaret odorem,
Laurus erat: folia haud vllis labentia ventis:
Flos apprima tenax: animas, & olentia Medi
Ora fouent illo; & ſenibus medicantur anhelis.

C

Hæc Virgilius de Goſſypio, quod in Aethiopia duntaxat olim naſcebatur; de Serico, quod inter Seras tantum; de Malis medicis, & arboribus, quæ naſci niſi in Media nolebant, ac nequidquam tentatum eſt olim transferre in alias terras, Plinio teſte lib. XII. cap. 3. de Citrijs, eorumq. varijs generibus: quorum tam magna nunc eſt copia in tot Italiæ locis, cum prius in illis haud orirentur: vt poſt alios adnotauit Matthiolus lib. 1. cap. 132. Quid autem de Saccaro dicemus, quod Arabia fælix, & India ſolæ ferebant? quod idem Plinius ſcribit lib. 12. cap. 8.
D Hinc Lucanus de Indis:

Quiq. bibunt tenera dulces ab arundine ſuccos.

Et Varro, vt refert idē Matthiolus lib. 2. c. 74. in Dioſcor.

Indica non magna nimis arbore creſcit arundo,
Illius & lentis premitur radicibus humor,
Dulcia cui nequeunt ſucco contendere mella.

Iam vero, cū Virgilius e verſibus Sibyllinis canat, Italiæ atque 3.
Vrbi, quæ aduenientem Chriſtum ſuſcipiet, ac venerabitur,
maximam

maximam futuram fælicitatem, cuius euenta in primis illa prædicit, ecl. 4. A

Occidet & ſerpens, & fallax herba veneni
Occidet; Aſſyrium vulgo naſcetur amomum.
Et:
Incultisq. rubens pendebit ſentibus vua,
Et duræ quercus ſudabunt roſcida mella.

Hoc ſane ſic accidiſſe, planum fit ex eo, quod immaniſſimæ illæ boæ, quæ regiones totas ad vaſtitatem redigebant, in Italia non amplius vllibi viſuntur. Sic enim Solinus cap. 8. Calabria Chelydris frequentiſſima eſt, & Boam gignit; quem anguem ad immenſam molem ferunt coaleſcere. captat primo greges bubulos; &, quæ plurimo lacte rigua bos eſt, eius ſe vberibus innectit, ſuctuq. continuo ſaginata, longo ſæculo ita funebri ſatietate vltimo extuberatur, vt obſiſtere magnitudini eius nulla vis queat: poſtremo depopulatis animantibus, regiones quas obſederit, ad vaſtitatem cogit: denique D. Claudio Principe in loco, vbi Vaticanus ager eſt, in aluo occiſæ boæ ſpectatus eſt ſolidus infans. Hæc ille. Occidit igitur iſte ſerpens. Sic etiam cicutam conſentiunt omnes antiqui ita venenoſam cunctis in locis, vt nullibi non occideret. quod Plinius habet lib. 25. c. 13. nunc, vt in Italia venenoſa vocari poſſit, venenum tamen eius non ita, vt olim, letale apparet. quod Matthiolus adnotauit lib. 4. c. 31. in Dioſcoridem. Quod ſi ex incultis ſentibus in Italia dicemus noſtris temporibus vuas naſci, ac pendere, admirationem faciemus. Atqui idem teſtatur lib. 1. cap. 103. vuas ſpinæ, ribes, criſpini, barberis, cognitas antiquis haud fuiſſe, quæ ſane ex incultis ſentibus naſcuntur ſponte, & paſſim viſuntur in Italia, ita vt in Eugubinenſi territorio prope Cantianum non ignobile oppidum ſint ſyluulæ huiuſmodi vuarum ſponte exorientium. An non autem duræ quercus ſudant mella roſcida? quando plurimis in locis Italiæ manna laudatiſſima è frondibus arborum defluat, excudaturq. ex ornorum fraxinorumq. cortice inciſo, aut earum ramis, qui frondibus fuerint ſpoliati. Id tam raro antiquis contingebat, vt Auerroes, alijq. exiſtimarint, mannam non fuiſſe ipſis cognitam: falli tamen eſt certum. nam cognouere illi quidem: ſed huiuſmodi ros melleus ijs rarus: ars, qua poſſet exprimi ex arboribus, nulla. atque iccirco verè

olim

A olim quercus duræ roſcida mella haud ſudabant. nunc autem
ſecus. En itaque, vt bonitas Italicæ telluris ſit mirabiliter au-
cta poſt Imperij Romani caſum, poſt auctam Pontificis Romani
auctoritatem.

Magis præterea nunc eſt exculta Italia, quam fuerit ante 4.
Conſtantinum. teſtis eſt Vopiſcus in Aureliano, quidquid eſt ter-
rarum ab Aurelia porta Romæ vſque ad Alpes maritimas, fuiſſe
incultum, ac ſyluoſum, regnante Aureliano, qui paulo ante
Conſtantinum vixit. Bene eſt, vt eius verba reddamus, ne quis
fidem nobis abroget. Sic igitur ille: Etruriæ inquit per Aure-
B liam vſque ad Alpes maritimas ingentes agri ſunt, ijq. fertiles
ac ſyluoſi. ſtatuerat igitur (Aurelianus) dominis locorum incul-
torum, qui tamen vellent, pretia dare, atque illic familias ca-
ptiuas conſtituere, viribus montes conſerere, atque ex eo ope-
re vinum dare, vt nihil redituum fiſcus acciperet, ſed totum
Populo Romano concederet. Hæc ille. Atqui ſcimus nunc om-
nes hoſce tractus eſſe vrbibus, villisq. frequentiſſimos, cum
nihil huiuſmodi olim foret in ijs locis, vt mox oſtendemus. Cir-
ca Placentiam ſimiliter, Aureliano imperante, denſiſſimæ erant
Syluæ, in quas ſe Marcomannorum copiæ innumeræ abdiderant,
C atque, vt à Romanis tuti eſſent, eorumq. manus effugerent, ſe
contulerant: vt idem Vopiſcus teſtatur in eiuſdem vita. Nunc
eant omnes, ac perluſtrent, ſi quid inuenire Syluarum denſiſſi-
marum (ſic enim ſcribit ille) poſſint in Placentino Territorio,
in quas ſe abdant innumeræ Marcomannorum copiæ. Ex Hero-
diano præterea lib. 2. diſcimus in Vita Pertinacis, hoc regnante
in Italia fuiſſe agros incultos, ad quorum culturam cum vellet
homines ipſe inuitare, occupantibus eos, & colentibus largitus
eſt: agricolis autem perpetuam libertatem, decemq. annorum
conceſſit immunitatem. Rurſus docemur à Tacito lib. XIV. à
D Nerone Veteranæ militiæ colonos miſſos Antium, Tarentum-
que, quod ea loca deſerta eſſent, atque adeo deſerta, vt hoc
adhuc modo non fuerit in frequentiæ locorum conſultum: &
tamen ſcimus amœniſſima eſſe, ac ſemper fuiſſe loca Tarenti.
Hinc ille Vates præfert eas locis omnibus Orbis totius poſt Ti-
bur, Carm. l. 2. od. 6.

Tibur Argeo poſitum colono
Sit meæ ſedes vtinam ſenectæ:

Sit

Sit modus laſſo maris, & viarum, A
Militiæque.
Vnde ſi Parcæ prohibent iniquæ,
Dulce pellitis ouibus Galeſi
Flumen, & regnata petam Laconi
Rura Phalanto.
Ille terrarum mihi præter omnes
Angulus ridet: vbi non Hymetto
Mella decedunt, viridiq. certat
Bacca Venafro.
Ver vbi longum, tepidaſq. præbet B
Iuppiter brumas; & amicus Aulon,
Fertili Baccho minimum Falernis
Inuidet vuis.
Ille te mecum locus, & beatæ
Poſtulant arces, &c.

Igitur, ſi loca tam fœcunda, & amœna, Romano imperio florente, deſerta erant in Italia, quid de cæteris dicemus? Nũc aſpice, an poſt auctam Romani Pontificis auctoritatem talia con tingant? Nihil minus. C

Atque, vt accedamus ad propiora, non grauabor (id enim lectori veritatis amico non erit iniucundum, & plurimum momenti habebit ad rem propoſitam) recenſere, quot fuerint priſcis temporibus Vrbes, & Oppida, Populiq. in Italia, & quot ætate noſtra. ſic enim cuncti noſcent, quantum decoris, magnificentiæq. fuerit illi allatum poſt Romani Pontificis auctoritatem dilatatam. Illud autem primum monebo, Oppidum, & Vrbem, Latinis eſſe idem. Hinc Cicero lib. de Diuinatione, Pheræ, (inquit) quæ erat Vrbs Theſſaliæ, in quo oppido. Et in epiſtolis familiaribus, & ad Atticum, vocat Antiochiam Oppidum. Quin Vrbem priſci nominabant, vel ipſas arces, teſte Plutarcho in Poplicola. Ob id Plinius lib. 7. cap. 56. Oppidum ait Cecrops appellauit Cecropiam, quæ nunc eſt arx Athenis. Ac recte Cicero, linguæ Latinæ magiſter, Vrbem definit lib. de Rep. & oratione pro Sextio, plurium domorum coniunctionem, cum ſpatijs, & delubris communibus. Quocirca plures ædes, quibus nullum commune ſpatium, nullum templum, vicos efficient, non Vrbem. Caſtra porro, & Caſtella, ſunt loca munita, quibus neque plateæ communes, neque delubra, aut pri- D

A uatorum domus vllæ. Ob id Caſtra dicuntur, quibus exerci-
tus cinguntur, ac muniuntur, vbi locum milites cęperunt, ac
ſedem fixere ad tempus. Hæc ideo præfari oportuit, quod
nonnulli imperiti, Vrbem Latine haud vocant, niſi cui ſit Epi-
ſcopus. ridicule prorſus. nam, ſi ita foret, antiquis nulla Vrbs
fuiſſet, quando nullus ijs erat Epiſcopus. Caſtra ijdem nomi-
nant, quæ Latine Oppidula vocarentur, aut, ſi volumus ita lo-
qui, Vrbeculæ. Hinc illi affirmant inepte, pauciores nunc eſ-
ſe Vrbes in Italia, quam priſcis temporibus fuerint. Quod vti
eſt imperitiſſime aſſertum, ſic ab ipſiſmet Geographis antiquis
B apertiſſime refellitur; qui plurima Oppidula deſerta, quod ipſi
aſſeuerant, Vrbium tamen nomine dignantur. quod apertiſſi-
me ſæpius infra apparebit. Quin Plinius, cum lib. 3. Italiam
deſcribat omnium, qui ſint in manibus, antiquorum diligen-
tiſſime, ipſiusq. omnia loca, eam diſtinguit in Colonias, Oppi-
da, Fora, & Populos, ac tantum refert omnium ſummam qua-
dringentorum quadragintaquinque.

Vt autem diligentiæ nihil à nobis omitteretur, quæ faceret
ad inueſtigationem veritatis, quam præ oculis ſemper habui-
mus, & cui ſoli ſtudemus, quas Vrbes nominet Strabo, & quas
C Ptolemæus, à nobis hic recitabitur. Et hic quidem refert du-
centas ſeptuaginta octo; Strabo ducentas trigintaquinque. At-
que hæc variatio inter iſtos contingit, quod ætate ipſorum mul-
ta eſſent oppidula (quæ indocti Caſtra vocant) &, quæ duxit
alius omittenda, alius noluit tacere.

COLONIÆ,

Quæ extaſſe memorantur à Plinio ſua ætate, lib. 3.

D

In Prima regione, Cap. V.	8 Venafrum, quod vocat oppidulū Strabo lib.V.	13 Venuſia, &
1 Oſtia.	9 Sora.	14 Luceria, in Apulia Dauniorum
2 Antium.	10 Theanum Sidicinorum.	*In Tertia, Cap. XI.*
3 Minturnæ.	11 Nola.	15 Tarentum.
4 Puteoli.		
5 Capua.		*In Quarta, Cap. XII.*
6 Aquinum.	*In Secunda, Cap. XI.*	16 Bouianū vetus, in Samnitibus.
7 Sueſſa.	12 Beneuentum.	

In quinta, Cap. XIII.

17 Atria.
18 Aſculum.
19 Ancona; omnes in Piceno.

In ſexta, Cap. XIV.

20 Fanum Fortunæ, in Vmbria.

In ſeptima, Cap. V.

21 Luca.
22 Piſæ.
23 Volcientium.
24 Faliſca.
25 Lucus Feronię.
26 Ruſellana.
27 Senenſis.
28 Sutrina, omnes in Etruria.

In octaua, Cap. XV.

29 Ariminum.
30 Bononia.
31 Brixillum.
32 Mutina.
33 Parma.
34 Placentia.

In nona, Cap. V.

35 Dertona, in Liguria.

In decima, C. XVIII.

36 Concordia.
37 Aquileia.
38 Tergeſte, in Iſtria.
39 Pola, ſeu Pietas iulia.
40 Cremona.
41 Brixia.
42 Ateſte.

In vndecima, C. XVII.

43 Auguſta Taurinorum.
44 Auguſta Prætoria.

ITALIAE OPPIDA,

A Plinio memorata.

In prima regione, Cap. V.

1 Laurentum.
2 Ardea.
3 Terracina, Anxur, lingua Volſcorum.
4 Formiæ.
5 Sinueſſa.
6 Vulturnum.
7 Liternum.
8 Cumæ.
9 Miſenum.
10 Neapolis.
11 Herculanum.
12 Pompeij.
13 Nuceria.
14 Surrentum.
15 Abellinum.
16 Aricia.
17 Alba longa.
18 Bouillæ.
19 Calatiæ.
20 Caſinum.
21 Calenum.
22 Capitulum.
23 Cernetum.

Oppida ſecunda regionis, Cap. V.

24 Salernum.
25 Picentia, quæ deleta fuiſſe ſcribitur a Strab. lib. V. & cap. XI.

Oppida tertiæ, C. XI.

26 Varia Apula.
27 Meſſapia.
28 Aletium.
Gallipo-

A 29 Gallipolis, ſiue Anxa.
30 Baſta.
31 Hydruntum.
32 Soletum, quod deſertũ ſcribit idem Plinius.
33 Fratuertium.
34 Lupia, quam Stationẽ militum dicit.
B
35 Baleſium.
36 Cœlium.
37 Brundeſiũ.Strabo teſtatur à Tarento ad Brundeſium nullam fuiſſe Vrbis effigiẽ, tenuia duntaxat oppidula.
C

In Pediculis.

38 Rudia.
39 Egnatia.
40 Barium.
41 Canuſium.
D

In Apulia Daunia.

42 Salapia.
43 Sipontum.
44 Vria.
45 Theanum.
46 Larinum.
47 Cleternia.
48 Arpi.

Oppida tertiæ, Cap. V.

49 Pæſtum, ſeu Poſidonia.
50 Helia, ſeu Velia.
51 Baxentum.
52 Blanda.
53 Tempſa.
54 Terina, quam dicit Strabo ab Hannibale euerſam.
55 Coſentia.
56 Acheron.
57 Hippo, ſeu Vibo Valentia.
58 Tauranum.
59 Scyllæum.
60 Rhegium.
61 Petilia.
62 Caulo. huius veſtigia tantũ ſuperfuiſſe, Plinius tradit li. 3. 1. 10.

Et Cap. XI.

63 Croto.
64 Thurium.
65 Heraclea.
66 Metapontum.
67 Tarentum.

Oppida quartæ, C. XII.

In ora Frentanorum.

68 Hiſtonium.

69 Buca.
70 Ortona. hanc petram piratarum fuiſſe, non Vrbem, Strabo teſtatur.
71 Alba ad Fucinum lacum.

In Samnitibus.

72 Bouianum Vndecumanorum.

Oppida quintæ in Piceno, Cap. XIII.

73 CuPra.
74 Firmanorũ caſtellum.
75 Nouana.
76 Cluana.
77 Potentia.
78 Numana.
79 Vrbs Saluia.

oppida ſextæ in Vmbria, Cap. XIV.

80 Senogallia.
81 Piſaurum.
82 Hiſpellum.
83 Tuder.

Septimæ in Etruria, Cap. V.

84 Luna.

85 Vada Volaterrana.
86 Populonium, de quo ſic Strabo lib.V. Oppidulum ipſum totum, prȩter ſacras ædes, deſertũ, & domos modicas.
87 Coſa, quam ex antiquis temporibus fuiſſe deſolatã, A
Numatianus his verſibus teſtatur:

Cernimus antiquas nullo cuſtode ruinas
Et deſolatæ mœnia fæda Coſæ.

88 Grauiſcæ.
89 Pyrgi.
Et hæc duo fuiſſe oppidula, aut potius villas, idem ſcribit: B

Alſia prælegitur tellus, Pyrgiq. recedent,
Nunc villæ grandes, oppida parua prius.
Et:
Inde Grauiſcarum faſtigia rara videmus,
Quas premit æſtiuæ ſæpe paludis odor.

90 Cere. Et hoc vix Vrbis veſtigia ſeruaſſe, Strabo ait lib.V.
91 Alſium.
92 Fregenæ.
93 Fæſulæ.
94 Ferentinum, quod vocat oppidulum Strabo.
95 Feſcennia.
96 Hortanum.
97 Hebanum.
98 Nepet. Dicit oppidulum Strabo.

Octauæ regionis, Cap. XV.

99 Rauenna.
100 Butrium.
101 Cæſena.
102 Cliterna.

Nonę regionis, Cap. V.

In Liguria.

103 Nicæa.
104 Cemelion.
105 Albium Intemelium.
106 Albingaunum.
107 Genua.
108 Tigulia.

109 Segeſta. C
110 Libarna.
111 Trira.
112 Barderate.
113 Induſtria.
114 Pollentia.
115 Carrea, quod & Potentia.
116 Forũfuluij, qđ Valentinum.
117 Auguſta Vagiẽnorum. D
118 Alba Pompeia.
119 Aſta.
120 Aquæ Statiellorum.

Decimæ regionis, Cap. 18. & 19.

121 Altinum.

Acelum

A 122 Acelum.
123 Patauium.
124 Opitergium.
125 Bellunum.
126 Vicetia.
127 Mantua.
128 Verona.
129 Neſactium.

Vndecima regionis, Cap. 17.

Seguſio. quam nos omittimus cũ gentibus Alpiniš, qđ Galliæ. Germaniæq. attribuãtur, quas ſi vellem Italiæ aſcribere, innumera ſunt oppida in ijs locis noua.

130 Eporedia.
131 Vercellæ.
132 Nouaria.
133 Ticinum.
134 Laus Pompeia.
135 Mediolanum.
136 Comum.
137 Bergomum.

B

Populi à Plinio commemorati.

In Prima regione, Cap. V.

1 Acerrani.
2 Allifani.
3 Atinates.
4 Aletrinates.
C 5 Anagnini.
6 Atellani.
7 Aſulani.
8 Arpinates.
9 Auximates.
10 Auellani.
11 Alfaterni. Hæc omnia oppida fuiſſe, idẽ videtur indicare.
12 Corani.
13 Cubulterini.
14 Caſtrimonienſes.
15 Cingulani.
16 Fabienſes.
17 Foro populienſes in monte Albano.
18 Fruſinates.
19 Ferentinates.
20 Freginates.
21 Fabaterni veteres.
22 Fabraterni noui.
23 Ficolenſes.
24 Fregellani, quorum vicũ fuiſſe ait Strabo lib. V.
25 Foro Appi fuiſſe locum dũtaxat nautarum, & cauponum, ſcribit Horatius

---inde fortum Appi
D *Differtum nautis, cauponibus atque malignis*

26 Ferentani.
27 Gabini.
28 Interamnates.
29 Sucaſani, qui & Lirinates.
30 Ilionenſes.
31 Lauinij.
32 Norbani.
33 Nomentani.
34 Præneſtini.
35 Priuernates.
36 Setini.
37 Signini.
38 Sueſſullani.
39 Teline.
40 Trebulani Balinienſes.
41 Trebani.
42 Tuſculani.
43 Verulani.
44 Veliterni.
45 Vlubrenſes.
46 Vluernates.

In

In ſecunda regione, Cap. X I.

Hirpini.

47 Auceculani.
48 Aquilonij.
49 Abellinates Protropi.
50 Compſani.
51 Caudini.
52 Ligures Corneliani.
53 Bebiani.
54 Veſcellani.
55 Deculani.
56 Aletrini.
57 Abellinates. Marſi.
58 Atrani.
59 Aecani.
60 Alfellani.
61 Atinates.
62 Arpani.
63 Borcani.
64 Collatini.
65 Corinenſes.
66 Cannenſes.
67 Dirini.
68 Forentani.
69 Genuſini.
70 Hordonienſes.
71 Hyrini.
72 Larenates Frētaui.
73 Metinates.
74 Mateolani ex Gargano.
75 Neritini.
76 Matini.
77 Rubuſtini.
78 Siluini.
79 Strapellini.
80 Turmentini.
81 Vibinates.
82 Venuſini.
83 Vlurtini.

In Calabria.

84 Aegetini.
85 Apameſtini.
86 Argentini.
87 Butuntinenſes.
88 Deciani.
89 Brumbeſtini.
90 Norbanenſes.
91 Palionenſes.
92 Sturnini.
93 Tutini.

In Sallentinis.

94 Aletini.
95 Baſterbini.
96 Neretini.
97 Valentini.
98 Veretini.

In tertia regione, Cap. XI.

99 Apruſtani Brutiorum.

Lucanorum.

100 Atinates.
101 Bantini.
102 Eburini.
103 Grumentini. A
104 Potentini.
105 Sontini.
106 Sirini.
107 Tergilani.
108 Vrſentini.
109 Volcentani.
110 Numeſtrani.

In quarta regione, Cap. XII. B

111 Anxani Frentani.
112 Carentini infernates.
113 Carētini ſupernates.
114 Lanuenſes.

Marucinorum. C

115 Theatini.

Pelignorum.

116 Corfinienſes.
117 Superæquani.
118 Sulmonenſes.

Marſorum. D

119 Anxantini.
120 Atinates.
121 Fucentes.
122 Lucenſes.
123 Maruuij.

Albenſium.

124 Albenſes.

Aequi-

A

Aequiculanorum.

125 Cliternini.
126 Carſeolani.

Veſtinorum.

127 Angulani.
128 Pinnenſes.
B 129 Peltuinates.
130 Aufinates ciſmontani.

Samnitum.

131 Aufidenates.
132 Eſernini.
133 Fagi.
134 Fugali.
C 135 Ficolenſes.
136 Sæpinares.
137 Treuentinates.

Sabinorum.

138 Amiternini.
139 Curenſes.
140 Fidenates.
141 Interamnates.
D 142 Nurſini.
143 Nomentani.
144 Reatini.
145 Trebulani Mutuſcæi.
146 Suffenates.
147 Tiburtes.
148 Tarinates.

In quinta regione ; Picenum, Cap. 13.

149 Auximates.
150 Beregrani.
151 Cingulani.
152 Cuprenſes Mõtani.
153 Falarienſes.
154 Pauſulani.
155 Pleninenſes.
156 Ricinenſes.
157 Septempedani.
158 Tollentinates.
159 Triacenſes.
160 Pollentini.

In ſexta regione Vmbri; Cap. 14.

161 Amerini.
162 Attidiates.
163 Aſirinates.
164 Æſinates.
165 Camertes.
166 Caſuentillani.
167 Carrulani.
168 Dolates Salentini.
169 Fulginates.
170 Foro flaminienſes.
171 Foro iulienſes Concubienſes.
172 Foro bremitiani.
173 Foroſempronienſes.
174 Iguuini.
175 Interamnates Nahates.
176 Meuanates.
177 Meuanienſes.
178 Matilicates.
179 Narniẽſes, quorũ oppidum Nequinum.
180 Nucerini Fauonienſes.
181 Camelani.
182 Ocriculani.
183 Oſtrani.
184 Pitulani Piſuertes, &
185 Mergentini.
186 Peleſtini.
187 Sentinates.
188 Sarſinates.
189 Spoletini.
190 Suarrani.
191 Seſtinates.
192 Suillates.
193 Tadinates.
194 Trebiates.
195 Tuficani.
196 Tifernates Tiberini, &
197 Metaurenſes.
198 Veſionicates.
199 Vrbinates Metaurenſes, &
200 Hortenſes.
201 Vettionenſes.
202 Vindinates.
203 Viuentani.

In ſeptima regione Etruriæ, Cap. V,

204 Aretini veteres

205

205 Aretini Fidentiores.
206 Iulienſes.
207 Amitinenſes.
208 Aquenſes Taurini.
209 Blerani. Horũ oppidulum fuiſſe, ait Strabo.
210 Cortonenſes.
211 Capenates.
212 Cluſini noui, & Veteres.
213 Fluentini.
214 Suanenſes.
215 Saturnini, qui Aurinini.
216 Sudertani.
217 Statones.
218 Tarquinienſes.
219 Tuſcanienſes.
220 Vetulonienſes.
221 Veientani.
222 Vulſinienſes.

In Octaua regione, Cap. 15.

223 Fauentini.
224 Fidentini.
225 Oteſini.
226 Padinates.
227 Regienſes.
228 Solonates.
229 Galliani Aquinates.
230 Tanetani.
231 Veliates Vecteri.
232 Regiates.
233 Vmbranates.

In Nona, Cap. V.

234 Veneni.
235 Vagienni.
236 Statielli.
237 Vibelli.
238 Magelli.
239 Euburiates.
240 Caſmonates.
241 Veliates.

In Decima, Cap. 19.

242 Fertini.
243 Tridentini.
244 Bernenſes. Hos nos omittemus. nam, ſi horum regiones adnumeraremus, innumera ſunt ijs oppida nous.
245 Alutraenſes.
246 Aſſcrtiates.
147 Flamonienſes.
248 Vannienſes.
249 Culici.
250 Foroiulienſes Trãſpadani.
251 Foretani.
252 Venidates.
253 Quarqueni.
254 Tauriſani.
255 Togienſes.
256 Vauuani.

Fora Italiæ, in Sabinis, regione Quarta, C. 12.

1 Forum Decij. A
2 Forumnouum.

In Octaua regione, Cap. 15.

3 Forum Clodij.
4 Liuij. B
5 Popillij.
6 Truentinorum.
7 Cornelij.
8 Licinij.

In Vndecima regione, Cap. 17.

9 Viblj.
10 Licinij. C

In Nona, Cap. 5.

11 Forum Fuluij.

In Septima, Cap. 5.

12 Forum Clodij, præfectura.

Sic igitur Plinio, niſi mendoſi ſint codices, aut male interpũcti, Coloniæ ſunt quadraginta quatuor. D

Oppida centum triginta ſeptem.

Populi ducenti quinquagintaſex.

Fora

A Fora vndecim, ſeu duodecim.nam repetit Forum Fuluij. Summa eſt omnium quadringentorum quadraginta octo. Obſeruandum porro, plurimis iſtorum Populis nulla fuiſſe oppida,vt de pleriſq. omnibus Liguribus,Samnitibus,Bruttijs; ac Lucanis affirmat Strabo lib. IV.& V. quos ait in vicis habitaſſe, & villis. ſed, quando ijs erat communis denominatio aliquo in loco, hinc Populi vocabantur: & nos tamen perinde rationem inibimus, ac ſi ſingulis oppida ſua quondam fuiſſent. Oppida à Strabone deſcripta.

B 1 Albiũ Intemelium.
2 Albigaunum.
3 Sabatia.
4 Genua.
5 Fporædia.
6 Augu'la.
7 Auguſta Taurinorum.
8 Auguſta Prætoria.
C
9 Mediolanum, quam dicit haud ita pridem vicum fuiſſe.
10 Verona,ampliſſima Ciuitas
11 Brixia.
12 Mantua.
D 13 Regium.
14 Comum.
15 Patauium,omnib. ſuperiorib.pręſtans.
16 Rauenna tota lignea, maxima.
17 Spina, Viculus.
18 Opitergium.
19 Hadria.
20 Ordea.
21 Vicetia. hæc quatuor vocat ille oppidula ac Vicetiam fuiſſe exiguũ municipium, refert Tacitus hiſt. lib.3.
22 Pola.
23 Placentia, &
24 Cremona,vocãtur, ab ipſo celeberrimę ciuitates.
25 Parma.
26 Mutina.
27 Bononia.
28 Acara.
26 Regium Lepidi.
30 Nacri.
31 Campi.
32 Citerna.
33 Forum Cornelij.
34 Fauentia.
35 Sarſina.
36 Ariminum.
37 Ticinum.
38 Claſtidium,viculus à Tacito vocatur.
39 Derthona.
40 Luca.
41 Cuſtodia.
42 Tellia.
43 Cære, vix ſeruans veſtigia Vrbis.
44 Luna, Ciuitas haud magna
45 Piſæ.
46 Volaterræ.
47 Populoniũ,oppidulum deſertum.
48 Coſa.
49 Grauiſcæ.
50 Pyrgi.
51 Halium.
52 Fregenia. Has quatuor inquit eſſe exiguas Vrbes.
53 Aretium.
54 Peruſia.

205 Aretini Fidentiores.
206 Iulienſes.
207 Amitinenſes.
208 Aquenſes Taurini.
209 Blerani. Horũ oppidulum fuiſſe, ait Strabo.
210 Cortonenſes.
211 Capenates.
212 Cluſini noui, & Veteres.
213 Fluentini.
214 Suanenſes.
215 Saturnini, qui Aurinini.
216 Sudertani.
217 Statones.
218 Tarquinienſes.
219 Tuſcanienſes.
220 Vetulonienſes.
221 Veientani.
222 Vulſinienſes.

In Octaua regione, Cap. 15.

223 Fauentini.
224 Fidentini.
225 Oteſini.
226 Padinates.
227 Regienſes.
228 Solonates.
229 Galliani Aquinates.
230 Tanetani.
231 Veliates Vectri.
232 Regiates.
233 Vmbranates.

In Nona, Cap. V.

234 Veneni.
235 Vagienni.
236 Statielli.
237 Vibelli.
238 Magelli.
239 Euburiates.
240 Caſmonates.
241 Veliates.

In Decima, Cap. 19.

242 Fertini.
243 Tridentini.
244 Bernenſes. Hos nos omittemus. nam, ſi horum regiones adnumeraremus, innumera ſunt ijs oppida noua.
245 Alutraenſes.
246 Aſſertiates.
147 Flamonienſes.
248 Vannienſes.
249 Culici.
250 Foroiulienſes Trãſpadani.
251 Foretani.
252 Venidates.
253 Quarqueni.
254 Tauriſani.
255 Togienſes.
256 Vanuani.

Fora Italiæ, in Sabinis, regione Quarta, C. 12. A

1 Forum Decij.
2 Forum nouum.

In Octaua regione, Cap. 15.

3 Forum Clodij.
4 Liuij. B
5 Popillij.
6 Truentinorum.
7 Cornelij.
8 Licinij.

In Vndecima regione, Cap. 17.

9 Vibij.
10 Licinij. C

In Nona, Cap. 5.

11 Forum Fuluij.

In Septima, Cap. 5.

12 Forum Clodij, præfectura.

Sic igitur Plinio, niſi mendoſi ſint codices, aut male interpũcti, Coloniæ ſunt quadraginta quatuor. D
Oppida centum triginta ſeptem.
Populi ducenti quinquagintaſex.

Fora

A Fora vndecim, ſeu duodecim.nam repetit Forum Fuluij. Summa eſt omnium quadringentorum quadraginta octo.

Obſeruandum porro, plurimis iſtorum Populis nulla fuiſſe oppida,vt de pleriſq. omnibus Liguribus,Samnitibus,Bruttijs, ac Lucanis affirmat Strabo lib. IV.& V. quos ait in vicis habitaſſe, & villis. ſed, quando ijs erat communis denominatio aliquo in loco, hinc Populi vocabantur: & nos tamen perinde rationem inibimus, ac ſi ſingulis oppida ſua quondam fuiſſent. Oppida à Strabone deſcripta.

B 1 Albiũ Intemelium.
2 Albigaunum.
3 Sabatia.
4 Genua.
5 Eporædia.
6 Auguſta.
7 Auguſta Taurinorum.
8 Auguſta Prætoria.
C
9 Mediolanum, quam dicit haud ita pridem vicum fuiſſe.
10 Verona,ampliſſima Ciuitas
11 Brixia.
12 Mantua.
D 13 Regium.
14 Comum.
15 Patauium,omnib. ſuperiorib. præſtans.
16 Rauenna tota lignea, maxima.
17 Spina, Viculus.
18 Opitergium.
19 Hadria.
20 Ordea.
21 Vicetia. hæc quatuor vocat ille oppidula ac Vicetiam fuiſſe exiguũ municipium, refert Tacitus hiſt. lib. 3.
22 Pola.
23 Placentia, &
24 Cremona,vocãtur, ab ipſo celeberrimę ciuitates.
25 Parma.
26 Mutina.
27 Bononia.
28 Acara.
26 Regium Lepidi.
30 Nacri.
31 Campi.
32 Citerna.
33 Forum Cornelij.
34 Fauentia.
35 Sarſina.
36 Ariminum.
37 Ticinum.
38 Claſtidium,viculus à Tacito vocatur.
39 Derthona.
40 Luca.
41 Cuſtodia.
42 Tellia.
43 Cære, vix ſeruans veſtigia Vrbis.
44 Luna, Ciuitas haud magna
45 Piſæ.
46 Volaterræ.
47 Populoniũ,oppidulum deſertum.
48 Coſa.
49 Grauiſcæ.
50 Pyrgi.
51 Halium.
52 Fregenia. Has quatuor inquit eſſe exiguas Vrbes.
53 Aretium.
54 Peruſia.

55 Vulſinum.
56 Sutrium.
57 Blerate.
58 Ferentium.
59 Falerij.
60 Faliſcum.
61 Nepet. Has quinque Vrbes vocatop pidula.
62 Feronia, ad Soracte.
63 Cluſium.

Vmbria.

64 Sarſina.
65 Ariminum.
66 Sena.
67 Carinum.
68 Sentinum.
69 Fanum fortunæ.
70 Ocriculi.
71 Laralum.
72 Narnia.
73 Carſuli.
74 Metania.
75 Florum Flaminij.
76 Nuceria.
77 Forũ Sempronij.
78 Interamna.
79 Spoletum.
80 Aſiſium.
81 Camerte.
82 Ameria.
83 Tuder, clara Ciuitas.
84 Iturum, ſiue Iguuium.
Sabini, inquit idem, paucas, ac tenues habitãt Vrbes, ob bella.
85 Amiternum.
86 Interocrea, vicus.
87 Foruli petræ, ad rebellandum, quàm ad habitandum aptiores.
88 Reate.
89 Curis, viculus
90 Trebula, &
91 Eratum, vici.
92 Nomentum.

Latium.

93 Ardea.
94 Alba.
95 Lauinia.
96 Collatia.
97 Antennæ.
98 Fidenæ. Viculi omnes, ait Strabo, & priuata quorundam ędificia.
99 Oſtia.
100 Antium, in rupe ſitum.
101 Laurentium.
102 Circeium caſtellum. A
103 Terracina.
104 Formiæ.
105 Minturnæ.
106 Sinueſſa.
107 Caieta.
108 Fregellæ, vicus.
109 Fundi.
110 Roma. B
111 Tuſculum.
112 Algidum, oppidulum.
103 Pictæ.
114 Pandoſia.
115 Labicum, oppidũ diſiectũ.
116 Ferentum.
117 Fruſinum.
118 Fabrateria. C
119 Acuenum, magna Ciuitas.
120 Caſinum, præclara.
121 Theanum Sidicinum.
122 Caleuum, eximia.
123 Setia.
124 Signa. D
125 Priuernum.
126 Cora.
127 Syes.
128 Velitræ.
129 Alatrium.
130 Gabij.
131 Præneſte.

Herni-

A

Hernici.

132 Pitutum, oppidulum,
133 Anagnia.
134 Cærete.
135 Sora.
136 Venafrum, oppidulum.
B 137 Caſilinū, Vrbs: ſed, eius tantū reliquias extaſſe, ait Plinius.
138 Aternia, oppidum deletū.
139 Alliſe.
140 Valeria.
141 Carſeoli.
C 142 Alba.
143 Tibur.
144 Aricia.
145 Lanuuium.
146 Alba, Marſis finitima.

Picenum.

D 147 Ancona.
148 Auximum.
149 Septempeda.
150 Potentia.
151 Pneuentia.
152 Firmum.
153 Druentum.
15 Aſculum.
155 Hadria.

Marſi.

156 Corfinium.
157 Sulmo.
158 Maruuium.
159 Tegeate.
160 Auternum, oppidulum.
161 Buca.
162 Forentanum.
163 Orthium, petra piratarum.

Campania.

164 Liternum.
165 Vulturnum.
166 Cumæ.
167 Baiæ.
168 Puteoli.
169 Neapolis.
170 Heraclia.
171 Pompeij.
172 Nola.
173 Nuceriæ.
174 Ancherarum, colonia.
175 Capua præ qua inquit Strabo omnia ſuperiora ſunt Caſtella.
176 Callateria.
177 Calydium.
178 Beneuentum.
179 Calce.
180 Sueſſula.
181 Atella.
182 Acerræ.
183 Auella.
184 Boianum.
185 Æſernia.
186 Pauna.
187 Teleſia. Quatuor hæ funditus exciſę.

Picentini, deleti.

188 Poſidonia, ſeu Pæſtum.
189 Marcinna.
190 Picentia euerſa.

Lucani, deleti.

191 Hiela.
192 Talaus.
193 Petelia, Lucanorum metropolis.
194 Vertine, &
195 Calaterni, vici exigui.

Bruttij, deleti.

196 Temeſa.
197 Terina, ab Hannibale euerſa.
198 Coſentia, metropolis.
199 Pandoſia, propugnaculū.
200 Hipponium, ſeu Vibo

Valentia.

Locri.

201 Medama.
202 Conys.
203 Rhegium, bona Ciuitas.
204 Locri Epihephirij.
205 Mamertium.
206 Caulonia, Vrbs, inquit Ptolemæus, vacua, & cuius veſtigia tãtum ſuperfuiſſe, ait Plinius.
207 Scyllacæum.

Magna Græcia.

208 Croto.
209 Sybaris, exciſa.
210 Thurij, ſeu Copias.
211 Lagaria, caſtellum.
212 Heracleopolis.
213 Siris, ſeu Polyum.
214 Metapõtus deleta.

Iapygia.

215 Tarentum.
216 Brundiſiũ. His exceptis, cętera ſunt oppidula in Iapygibus.
217 Barium, Vrbs tenuis.
218 Leuca, non magna.
219 Hydrus, paruula.
220 Rhodæi.
221 Lupiæ.
222 Salepia.
223 Vria.
224 Egnatia.
225 Celia.
226 Netia.
227 Canuſium deletum.
228 Cerdonia.
229 Vria.
230 Venuſia.
231 Argyripa, exciſa.
232 Sypuns.
233 Syla.
234 Siluium.
235 Theanum Apulum.

Vrbes à Ptolemæo cõmemoratæ ac primo maritimæ.

1 Nicæa.
2 Portus Herculis.
3 Portus Monœci.
4 Albintemeliũ.
5 Albingaunum.
6 Genua. A
7 Tigullia.
8 Portus Veneris.
9 Portus Erycis.
10 Launa.
11 Populonium.
12 Liburnum.
13 Coſa.
14 Grauiſcæ.
15 Caſtrum nouũ. B
16 Pyrgi.
17 Alſium.
18 Oſtia.
19 Antium.
20 Eloſtra.
21 Terracina.
22 Formiæ.
23 Sueſſa.
24 Vulturnum.
25 Cumæ. C
26 Liternum.
27 Miſenum.
28 Puteoli.
29 Trophæa Auguſti.
30 Neapolis.
31 Surrentum.
32 Salernum.
33 Pæſtum.
34 Buxentum. D
35 Tempſa.
36 Rhegium.
37 Locri.
38 Scyllacæum.
39 Croto.
40 Thurium.
41 Metapontum.
42 Tarentum.
43 Hydrus.

44 Lu-

A 44 Lupia.
45 Brundiſium.
46 Egnatia.
47 Barium.
48 Salapia.
49 Sipus.
50 Apeneſte.
51 Trium.
52 Brica.
53 Iſtonium.
B 54 Orthona.
55 Caſtrum.
56 Cupra.
57 Potentia.
58 Numana.
59 Ancona.
60 Senogallia.
61 Fanum.
62 Piſaurum.
63 Ariminum.
C 64 Rauenna.
65 Tergeſte.
66 Parentium.
67 Pola.
68 Pinguentum.
69 Aluo.

Mediterraneæ Vrbes Carni.

D 70 Forum Iulij.
71 Concordia.
72 Aquileia.
73 Vicetia.
74 Bellunum.
75 Acedum.
76 Opitergium.
97 Ateſte.
78 Patauium.
79 Altinum.

80 Hadria.

Canomani.

81 Bergomum.
82 Forum Diugunſi.
83 Brixia.
84 Cremona.
85 Verona.
86 Mantua.
87 Tridentum.
88 Butrium.

Becuni.

89 Vaunia.
90 Carraca.
91 Bretenta.
92 Anaunium.

Inſubres.

93 Mediolanum.
94 Nouaria.
95 Comum.
96 Ticinum.

Salaſſi.

97 Auguſta Prætoria.
98 Eporædia.

Taurini.

99 Auguſta Taurinorum.
100 Auguſta Batienorum.

101 Tra.
102 Derthona.

Libici.

103 Vercellæ.
104 Gaumellum.

Centrones.

105 Forũ Claudii.
106 Aſſima Lepontij.
107 Oſcela.

Caturiges.

Eborodunum. hoc non numeramus: nam Galliæ attribuunt. alioquin in ijs locis nũc oppida ſunt noua innumera, ſic neque Sedunos, Neruios, Sarios, & Vedientios.

Liguriæ.

108 Sabata.
109 Pollentia.
110 Aſta.
111 Alba Pompeia.
112 Liburnum.

Galliæ togata.

113 Placentia.
114 Fidentia.

115 Bri-

115 Brixellum.
116 Parma.
117 Regium Lepidi.
118 Nuceria.
119 Tanetum.
120 Mutina.
121 Bononia.
122 Citerna.
123 Forum Cornelij.
124 Cæſena.
125 Fauentia.
126 Forum Liuij.

Etruria.

127 Biracellum.
128 Foſſæ Papirianæ.
139 Bondelia.
130 Luca.
131 Lucus feroniæ,
132 Piſtorium.
133 Florentia.
134 Piſæ.
135 Volaterræ.
136 Roſellæ.
137 Fæſulæ.
138 Peruſia.
139 Arretium.
140 Cortona.
141 Aucula.
142 Biturgia.
143 Manliana.
144 Senæ.
145 Suana.
146 Saturnia.
147 Eba.
148 Volci.

149 Cluſium.
160 Vulſinium.
151 Sudernum.
152 Ferentia.
153 Villæ Elbij.
154 Sutrium.
155 Tarquinij.
156 Blera.
157 Coricum.
158 Forum Claudij.
159 Nepet.
160 Falerinum.
161 Cære.
162 Senæ.
163 Oſtia.

Picenorum.

164 Traiana.
165 Vrbs Saluia.
166 Septempeda.
167 Cupramontana.
168 Firmum.
169 Aſculum,
170 Atria.

Vmbrorum.

171 Pitinum.
172 Tifernum.
173 Forum Sempronij.
174 Iguuium.
175 Æſium.
176 Iuſicum.
177 Peruſia.
178 Sentinum.
179 Aſiſium.

180 Camerinum. A
181 Nuceria.

Vilumbrorum.

182 Arna.
183 Hiſpellum.
184 Tuder.
185 Forum Flaminij.
186 Spoletum. B
187 Meuania.
188 Ameria.
189 Narnia.
190 Ocriculi.

Sabinorum.

191 Nurſia.

Aequicolorum. C

192 Citernum.
193 Carſeoli.

Marſorum.

194 Exa capra.
195 Alfabucelis.

Prætutinorum. D

196 Bererra.
197 Interamnia.

Veſtinorum.

198 Penna.
199 Auia.
200 Amiternum.
201 An-

A 201 Angulum.

Marrucinorum.

202 Theate.

Latinorum.

203 Roma.
204 Tibur.
B 205 Præneſte.
206 Tuſculum.
207 Aricia.
208 Ardea.

Rutulorum.

209 Nomentum.
210 Trebia.
211 Anagnia.
C 212 Vempſum.
213 Velitrum.
214 Lanuuium.
215 Atina.
216 Fidenæ.
217 Fruſino.
218 Feentinum.
219 Priuernum.
220 Setia.
221 Aquinum.
D 222 Sora.
223 Minturnæ.
224 Fundi.

Pelignorum.

225 Corfinium.
226 Sulmo.

Frentanorum

227 Anefanum.
228 Larinum.

Samnitum.

229 Boianum.
230 Aeſernia.
231 Sæpinum.
232 Allifa.
233 Tuticum.
234 Teleſia.
235 Beneuentum.
236 Caudium.

Campanorum.

237 Venafrum.
238 Theanum.
239 Sueſſa Pometia.
240 Calenum.
241 Caſilinum.
242 Trebula.
243 Forum populi,
244 Capua.
245 Abella.
246 Atella.

Picentinorum.

247 Nola.
248 Nuceria.

Lucanorum.

249 Volci.
250 Compſa.
251 Potentia.
252 Blanda.
253 Grumentum.

Hirpinorum.

254 Aquilonia.
255 Abellinum.
256 Herculanum.
257 Trattuolum.

Apuliæ Dauniæ.

258 Theanum.
259 Nuceria.
260 Vibarnum.
261 Arpi.
262 Erdonia.
263 Canuſium.

Apuliæ Pecentiæ.

264 Venuſia.
265 Celia.

Bruttiorum.

266 Numiſtrum.
267 Coſentia.
268 Valentia.

Magnæ Greciæ.

269 Petilia.
270 Arbiſtum.

Sallentinorum.

271 Rudia.
272 Neritum.

273

A

273 Altetium.
274 Bauota.
275 Vxentum.
276 Veretum.

Calabria.

277 Turni.
278 Vretum.

Hucuſque Ptolemæus, qui nouiſſimus omnium loca Italiæ cuncta deſcripſit, neque Vicos, & Vrbes exciſa omiſit, & tamen nonniſi ducenta, ac ſeptuaginta huiuſmodi recenſet. Nam populis, quos Plinius commemorat, pleriſque nulla oppida fuerunt, villę tantum, ruſticæ ac ſeparatæ a cæteris habitationes, quod auctoritate Strabonis eſt confirmatum alioquin fruſtra ille diſtinxiſſet inter Colonias, oppida, populos, fora, præfecturas, neque ſolent illi præterire diiectas, ac deſertas Vrbes, oppidula exigua vicos, & viculos, quod vt oculis legentium clariſſimè ſubijciatur, ſeparatim rurſus hic ſe ponemus in vnum paruula loca, quæ enumerarunt iſti inter maximas Italiæ ciuitates, ac videamus ab aliquibus Geographis Vrbium numero adiectas Vrbeculas, & Vicos. inprimis igitur. B

C

1 Populonium.
2 Soletum.
3 Cauloniam.
4 Labicum.
5 Grauiſcas.
6 Coſam.
7 Cære.
8 Pyrgos deſerta Scribunt, & tamen recenſent inter magnas Vrbes Italiæ
9 Aeſerniam.
10 Boianum
11 Aterniam.
12 Paunam.
13 Teleſiam.
14 Picentiam.
15 Terinam.
16 Metapotum.
17 Camulium.
18 Argyripam.
19 Caſilinum.
20 Sybarim tradunt euerſa, & tamẽ reliqui adſcribunt.
21 Spinam.
22 Claſtidium.
23 Curim.
24 Fidenas.
25 Trebulam.
26 Eratum.
27 Ardeam.
28 Albam.
29 Sauiniam.
30 Collatium.
31 Antemnas viculos nominant.
32 Intetocream.
33 Fragellas.
34 Vertinem.
35 Circeium
36 Calaternos.
37 Orthium.
38 Lagardam vicos exiguos dicunt.
39 Opitergium.
40 Hadriam.
41 Ordeam.
42 Vicetiam.
43 Lunam.
44 Halium.
45 Fregenium.
46 Lupiam.
47. Blerate.
47 Ferentinum.
49 Falerium.

D

50

A 50 Faliſcos.	58 Hydruntum.	ne inſigni &
51 Nepet.	Vrbes exi-	tamen illi ſ
52 Fortulos.	guas & oppi	cuncta ad-
53 Algidum.	pula dicunt	numerãt Vr-
54 Pitutum.	quamuis ali	bibus, quæ
55 Venafrum.	quæ nunc	ætate ipſo-
56 Auternum.	iſtarum ſint	rum magnę
57 Barium.	magnitudi-	erant.

Nos igitur, vt euidentiſſime appareat, quanto nunc habitatior ſit Italia & quanto ſint in ea frequentiores Vrbes, quam olim: huiuſmodi loca cuncta pręteribimus, quæ modo memoratis ſunt longè ampliora, ac referemus ea tãtum, quibus ſunt ſupra tercentum domus, ac regni duntaxat Neapolitani. mutuabimurque totam hanc deſcriptionem à deſcriptione regni Neapolitani, quæ recenſet illius domicilia diligentiſſime. Omittemus reliquæ Italiæ, quod exactam cuiuslibet oppidi deſcriptionem non potuerimus expiſcari. & quamuis multos regionum peritos interrogauerimus, variationem tamen aliquam, & ſępe alicuius momenti depræhendimus: Ex illis autem, quid ſit dicendum de partibus alijs Italiæ, quoad habitationum, & Vrbium multitudinem facile eſt colligere. Nam ſi aſcribamus Italiæ Graias Alpes, Lepontias, Cottias, Pæninas, Carnos, & Iſtriam, quod faciunt Srabo, Plinius, ac Ptolomæus, nunc vero Germaniæ, Galliæ, Dalmatiæque attribuuntur, Neapolitanum regnum non conficiet Italię tertiam partem. Conuenitque inter omnes illud ſuperari a plurimis eiuſdem Italiæ regionibus oppidorum frequentia, & magnitueine. Vide igitur quanto inferiori conditione velimus certare cum antiquis, quando nos innumera oppida ſileamus, quibus multo minora ipſi enumerant, & infrequentiorem magna ex parte regionem nunc in certamen adducamus: Veniamus ad rem. ſequamurque in diſtinctione prouinciarum Regni Neapolitani ordinẽ, nominaque proferamus vulgata inflectentes duntaxat vltimam ſyllabam linguæ latinæ modo.

Prouincia prima terra Laboris.	2 Arcis	6 Itrium
	3 Ariezum	7 Caiazum
	4 Arpinum	8 Caiuanum.
1 Aluitum.	5 Auella.	9 Carinola.

10 Caſerta.
11 Caſtellum forte.
13 Cerritum.
14 Durazanum.
15 Fundi.
16 Fratta.
17 Somma
18 Gallucium.
19 Iſchia.
20 Laurum.
21 Matalone
22 Mariglianum.
23 Marzanum.
24 Concha
25 PedimõsAbba
26 Ottaranum.
27 Palma.
28 PedimõsAlliſę
28 Petra Vairani.
30 Pedimõs Paleſ.
31 Prochita.
32 RoccaMoſina.
33 Rocca Guglielma.
34 Rocca Secca.
35 S. Angeli.
36 S. Donati.
37 Sueſſa.
38 Sora.
49 Theanum.
40 Traiectum.
41 Venafrum.
42 Formicula
43 Rocca Mondrag.

Prouincia Secunda Principatus citerior in qua Picentini, & Hirpini.

44 Angrium
45 Altailla.
46 Amalphia.
47 Bonum Habitaculum.
48 Buconum.
49 Caua.
50 Campania.
51 Capra.
52 Conturſis.
53 Capaſelis.
54 Caſtelluccia.
55 Caſtellũ ad mare ſtabiæ.
56 Caſtellũ ad mare Linterzierũ
27 Dianum.
58 Ebuli.
49 Gragnanum.
60 Giſonis.
61 Laurinum maius.
62 Monſtorum.
63 Maiure.
64 Marſicum nouum.
65 Mõs Caruinus
66. Mõs Coruinus Rauelli.
67 Nuceria
68 Nuceria inferior.
69. Olibanum
70 Padula
71 Polla
72 Sala Laterani.
73 Salernum.
74 Sanſeuerinum.
75 S.Angeli Faſan
76 Saponaria

77 Sarnum A
78 Sicignagnum.
79 Tramonte.
80 Vietre
81 Maiure

Tertia prouincia Principatus vlterior ex parte continens Cãpaniam, Veſtinos, Pelignos, Hirpinos, Sabinos, Samnitas, Picentes. B

82 Arianum
83 Aierola
84 Bagnolum
85 Biſaccia.
76 Ceruinara
86 Chiuſanum
88 Calitrum. C
89 Furinum
90 Geſualdum
91 Monſculanum
92 Mirabella
93 Mõs Sarchius.
94 Montella
95 Padula.
96 S. Agathæ.
97 Solofra.
98 S. Iorij molinare. D
99 Torella.
100 Vitulanum.
101 Tuncoli
102 Mercoglianũ.
103 Beneuentum.
104 Tripalta
105 Abellinum.

X *Quarta.*

A

Quarta prouincia Baſilicata, Lucanos, Brutios magnã Græciam, Peceutios, & Hirpinos ex parte continens.

106 Abriola.
107 Acerenza.
B 108 Anſa.
109 Albannm.
110 Alianum.
111 Armentum.
112 Attela.
113 Colombariũ.
114 Carbuni.
115 Cracum.
116 Caſtellum Saracinum.
C 117 Caluiellum.
118 Ferrandina.
119 Forenza.
120 Grottula.
121 Lacignana.
122 Inonigrum.
123 Iaſcanum.
124 Latronicum.
125 Lauiellum.
126 Laurentiana:
D 127 Marſicum Vetus.
128 Marathia inferior.
129 Mons Albanus.
130 Mons ſcaioſus.
131 Miglionicũ.
132 MonsPeloſus
133 Mons Murus.
134 Murum
135 Petra Petroſa.
136 Piſticcium.
137 Pumaricum.
138 Poſentia.
139 Riuiellum.
140 Rocca Imperialis.
141 Rotonda.
142 Spenaruola.
143 Siniſium.
144 S.Martini.
135 S. Mauri.
147 Tiſum.
147 Tricaricum.
148 Tramanſula.
149 Turſum.
150 Venuſia.
151 Viggianum.

Quinta prouincia calabria citerior.

152 Acris.
153 Aiellum.
154 Amanthia.
155 Amendolara
156 Apigliarium.
157 Beluedere.
158 Biſignanum.
159 Caſale nouũ.
160 Caſtellum.
161 Caſtellio Coſentiæ.
162 Caſſanum.
163 Caſtrouillare
164 Carpanſanũ.
165 Colicum.
166 Cercdiarum
167 Citrarum.
168 Cumpanum.
169 Curiglianũ.
170 Coſentia.
171 Depignanũ.
172 Felignum.
173 Flumen frigidum.
174 Friſcaldum.
175 Ipſicrum.
176 Lainum.
177 Lapparum.
178 Lungobuccum.
179 Iuzze.
180 Mangune.
181 Martoranum
182 Mendicinum
183 Mormandũ.
184 Motta S. Luciæ.
185 Mons altus.
186 Nuccria ſuperior.
187 Rioluum
188 Paula.
189 Paſernum.
190 Pendace.
191 Petrafitta.
192 Regina.
193 Roggianum.
194 Rouitum.
195 Rende.
196 Roſſanum.
197 Roglianum.
198 Saracina.
199 Siciglianum.
200 Spezanũ paruum.

201 Spezannm. magnum.
202 S. Feli.
103 S. Marci.
204 Strongolis.
105 Tarria.
206 Toranum.
207 Terranoua.
208 Verrinum.

Sexta Prouincia Calabria vlterior.

209 Arena.
210 Bagnaria.
212 Badulattum.
213 Biancum.
214 Briaticum.
215 Burellum.
216 Cantanzanũ.
217 Calanna.
218 Carilla.
219 Caſtellum ve tus.
220 Corro.
221 Cropane.
222 Cuero.
223 Ferolilum.
224 Fiumara.
225 Francia.
226 Galatrum.
227 Girace.
228 Gruttaria.
229 Lopizum.
230 Maida.
231 Melicucea.
232 Meſuraca.
233 Meſianum
234 Miletum.
235 Monsleo.
236 Mottaiuue-nis.
237 Mottabucco lina.
238 Motta Philo caſtri.
239 Nicaſtrum.
240 Nicotera.
241 Oppidum.
242 Palone.
243 Polycaſtrum
244 Poliſthena.
245 Rhegium.
246 Roſanum.
247 Seminara.
248 Sciglium.
249 Sinopolis.
250 Squillace.
251 Stylum.
252 Surianum.
253 Suritum.
254 S. Agathæ.
255 S. Chriſtinæ.
256 S. Georgij.
257 S. Laurentij.
258 S. Seuerinæ.
259 Taberna.
260 Terranoua.
261 Tropæa.
262 Vallis longa.

Septima Prouincia Hidruntina.

263 Brundusium.
264 Ceglie.
165 Caſtelaneta.
166 Campſe.
267 Caſale nouũ.
268 Cuperinum.
266 Curigianum. A
270 Francauilla.
271 Faſnanum.
272 Gaſuiola.
273 Gallipolis.
274 Genoſa.
275 Aletium.
276 Leueranum.
277 Martina.
278 Maſera.
279 Maraggium. B
280 Maſſafra.
281 Oira.
282 Oſtunum.
283 Hydruntum.
v84 Solitum.
285 Squintanum.
ũ86 S. Viſi.
387 S. Petri in Galatina.
288 Tarentum. C
289 Tertia.

Octaua prouincia Barenſis.

290 Aquauiua.
291 Altamura.
292 Andria.
293 Barium.
294 Barletta. D
295 Bitontum.
296 Bitettum.
297 CaſaMaxima
298 Capurſum.
299 Caſſanum.
300 Ceſterninum
301 Conuerſanũ.
302 Faſcianum.
303 Giola.

A 304 Iuuenatium.
305 Grumum.
306 Grauina.
307 Monopolis.
308 Molfitta.
306 Modugnum.
310 Mola.
311 Monoruinū.
312 Noia.
313 Nuce
B 314 Palum.
315 Puglianum.
316 Pulignanum.
317 Quarata.
318 Ruum.
319 Rutiglianum
320 Tranum
321 Iure.
322 Viſeglia.

C *Nona prouincia Aprutium citerius continens ex parte Samnitas, Præcutinos, frentanos, Pelignos, veſtinos Marrucinos, Hirpinos.*

323 Agnon.
324 Ateſſa.
325 Bocchianicū.
D 326 Curauicum.
327 Caſtellum. ſangri.
328 Theate.
329 Francauilla.
330 Guardagele.
331 Lancianum.
332 ortona.
333 Palena.
334 Peſcum Conſtantinum.
335 Sulmo
336 Toccum.
337 Vaſtum.

Decima prouincia Aprutium vlterius.

338 Acumolum.
339 Aquila.
340 Camplis.
341 Penna.
342 Ciuitella S. Angeli.
343 Iulia noua.
344 Leoneſſa.
345 Loriſum.
346 Lucolum.
347 Mons Realis.
348 Montonium.
349 Montagna.
350 Peſcum.
351 Pixxulum.
351 Roccamedū.
353 Theramum.
354 Truentum, ſiue Ciuitella vt alij volunt.

Vndecima prouincia comitatus Moliſis Samnij partem continens.

355 Boianum.
356 Campobaſſū.
357 Gambureſa.
358 Morcone.
259 Aſeruia.

Duodecima complectitur Latij, Sabiuorum Samnitumqae partem, de qua ſupra

Decimatertia Iapygiā Dauniamque complectitur.

360 Alarinum.
361 Aſculum.
362 Biccarum.
363 Bouinum.
364 Cerignola.
365 Celeuſa.
366 Cereolum
377 Dellecitum
368 Toggia.
369 Guglioniſis
370 Luceria.
371 Manfredonia
372 Parcina
373 S. Agathæ
374 S. Bartholomei.
375 S. Seueri
376 Troia
377 Termole
378 Vicum.

Tot itaque ſunt Regni Neapolitani oppida, quibus ſint plures, quam tercentum domus. At ſi illud Italiæ non æquat tertiam

tiam partem connumeratis Alpibus Cottijs, Graijs, Lepontijs, Pæninis, Carnis, & Iſtria, pretereа vero duæ reliquæ partes plerumque ſunt Vrbium frequentia & amplitudine preſtantiores, quilibet nunc videt, quanto hac parte præſens Italiæ ſtatus fœlicior ſit antiquo. Quod, vt adhuc illuſtrius fiat apponemus ſummatim, quot oppida, & habitationes, qui deſcribunt regnum Neapolitanum teſtentur eſſe in illo. omittunt autem vicos & pagos. A

Prima prouincia Laboris. B

Prouincia Laboris continens etiam Neapolim, Aenariam, Procytam complectitur oppida habitata centum triginta octo. 138

Domorum vero quinqueginta octo millia centum quinquaginta duas. 58152

Principatus Citerior.

Habet oppida centum viginti quatuor. 124

Domorum quadraginra ſeptemmillia quingentas ſexaginta duas. 37562 C

Principatus Vlterior.

Recenſet oppida centum quadraginta nouem. 149

Domorum trigintamillia quingentas trigintaquinque. 30435

Prouincia. quæ dicitur Baſilicata.

Numerat oppida nonaginta octo. 98 D

Domorum trigiuta octo millia, ſeptingentas, quadragintaſeptem. 3874

Prouincia Calabriæ Citerioris.

Complectitur oppida centum triginta quatuor 134

Domorum quinquaginta millia octingentas ſeptuaginta octa. 38747

Pro-

A *Prouincia Calabriæ Vlterioris.*

Habet oppida centum triginta vnum. 131
Domorum quinquaginta quinque millia, quadringentas quinquaginta ſeptem 55457

Prouincia Hydruntina.

Contiuet oppida centum ſexagintaunum. 161
Domorum quinquaginta millia octingentas ſeptuaginta. 50874

B *Prouincia Barenſis.*

Recenſet oppida quinquaginta nouem. 59
Domorum triginta octo millia octingentas ſeptuaginta vnam 39141

Aprutium Citerius.

Numerat oppida centum quadraginta ſeptem. 147
Domorum viginti ſex millia octingentas viginti octo preterea Sclauinorum ducentas decem & octo ſumme omnium 27046

C *Aprutium Vlterius.*

Habet oppida centnm viginti 120.
Domorum quadraginta octo millia quingentas nonaginta nouem, Sclauinorumque nonaginta. 48689

Comitatus Moliſſi.

Numerat oppida nonaginta nouem. 95
Domorũ quindecimmillia quingentas nonaginta tres. 15693

D *Capitaniata.*

Continet oppida ſexaginta nouem. 69
Domorum decem & nouem millia ſexcentas quadraginta nouem Sclauorumque mille centum quinquaginta quinque. 20804.

Sunt igitur oppida mille quadringenta ſexaginta tria, habitationum quadringenta octuaginta tria millia, quadringentas ſeptuaginta octo.

Sunt

Sed præter hæc plurimi ſunt pagi (caſalia vocant) quibus A
tot ſunt domus, vt Vrbibus, quales multas recenſet Strabo, Plinius, Ptolomæus, poſſent adnumerari. eorumque nullam nos habuimus in Superiori deſcriptione rationem verbigratia

In Anuerſano territorio Iulianum continet domos.	742
Pagus S. Antami.	436
In Summano, Pagus S. Anaſtaſij.	482

Adhuc autem præter memorata oppida ſunt veluti extra ordinem.

365	Neapolis	368	Caieta	371	Puteoli
366	Auerſa	369	Maſſa	372	San. Germani B
367	Capua	370	Nola	373	Surrentum

Iam cum dixerimus a regno Neapolitano vix confici Italiæ tertiam partem, ſi adſcribamus Italiæ Iſtriam, Carnos, Alpes Læpontias, Graias. Pæninas, Cottias, quod faciunt Strabo, Plinius, ac Ptolomæus, ac propterea nos ex ipſorum ſententia ſupra attulerimus Vrbes Iſtriæ, Carnorum, & Alpium dictarum, quæ nunc Italię non attribuuntur, & conſtet regni Neapolitani oppida, quibus ſint ædes pluſquam tercentum, eſſe trecenta ſeptuaginta tria, hic numerus ſi ter multiplicetur, conficiet mille centum, ac decem nouem, qui C
erit numerus oppidorum Italicorum e domibus pluſquam trecentis conſtantium. Sed eſſe longe plura, hinc colligimus, quod reliquæ duæ partes Italiæ ſint plerumque frequentiores, quam regnum Neapolitanum, & habeat oppida ampliora, Nam ſi excipias Neapolim, cui poſſumus adijcere longo interuallo diſtans Aletium, non eſt in toto illo regno ſimilis Vrbs vlla Romæ, Venetijs, Mediolano, Genuæ, Florentiæ, Ferrarię, Veronæ, Bononiæ, Brixiæ, Cremonæ, Placentiæ, Peruſiæ, Patauio, Senis, Mãtuę, Vrbibus quindecim reliquæ Italię: Atque ita de cæteris idē dici poteſt maiora maioribus, ac mi- D
nora minoribus conferendo. ſic quoad frequentiam ſcribunt principatui Pedemontano cis Alpes eſſe oppida pluſquam ducenta quinquaginta quinque, in Marchionatu, vt vocatur, Montisferrati tum maiora, tum minora tercentum ſexaginta. In agro Patauino ſeptem ſunt oppida inſignia Montinianum, Caſtrum Baldum, Ateſte, Mons Silicis, Sacum, Campus S. Petri Cittadella, quibus alia ſex haud multo minora adiunguntur Miranum, Oriacum, Titulum, Liuianum, Arquadũ, Conſiluium, Anguillaria. Numerãtur preterea tercentum

qua-

A quadraginta ſeptem oppidula ita vocamus, quod illis ſua ſunt templa, forum, plateaque communis, ex quibus Vrbem Cicero definit. vt iam certiſſimo cognoſcamus, Italiam longe eſſe habitatiſſimam in his locis cum. Cum vero ſingulis Oppidis ſuus ſit Populus, liquet etiam plures nunc eſſe Populos, Italiæ, quam prius. nam Plinius Populos, & Oppida ſimul enumerat tantum 445. Strabo oppida 235. his poſterior Ptolemæus 178. & tamen adſcribunt euerſa, & exigua. Nos vero omiſimus Oppidula minora, quibus domus tercentum plerumque haud ſint; quamuis illi recenſeant Oppidula multo B minora: quæ ſi nos voluiſſemus perſequi, numerus eorum longe ingens excreuiſſet. Nam deſcriptio regni Neapolitani refert Oppida Regni duntaxat Neapolitani & hæc cõſtat non conficere Italiæ tertiam partem, neque eſſe ita habitata, vt tres reliquas, aut Oppida tam magnam eius, ut aliarum regionus. E quibu fit, oppida Italiæ omnia nunc eſſe ſupra tria millia ſexcenta quinquaginta. Nam, ſi Regni Neapolitani ſunt, quot inde habemus; illud autemnon conficit niſi Italiæ tertiam partem habetque Oppida mille quadringenta ſexagintatria; colligitur neceſſario, reliqua eſſe multo plura, quam C quot diximus, & inſuper aliarum partim multo maiora. Quod ſi antiquorum more, cuius meminit in Vita Poplicolæ Plutarchus, vellemus Oppidis aſcribere arces, ac pręterea vicos, quos liber non adijcit numero memorato, incredibile eſſet, quot eorum numerus in Italia foret. Atque ita quod Aelianus qui imperante Hadriano viuebat, ſcripſit, Aliquando Italiæ fuiſſe Oppida, ſiue Vrbes mille centum nonaginta ſex, quæ florente Imperio tunc non extarent omnia, nunc locum non habet, quando liqueat eſſe longe plura, quàm fuerint vmquam. Quin Regnum Neapolitanum quoad frequentiam, ſiue oppido D rum, ſiue habitationum, vix vt diximus iuxta antiquos fines Italiæ tertiam partem conficit. Quo circa habebit Italia, ſi hanc ratione ſequi velimus, Oppidorum quinque millia octingenta quinquagintaduo: quibus ſi, vt dicebamus, adiungeres, quos deſcriptio regni Neapolitani non adnumerat, vicos, & arces, quibus non eſt delubrum, ſuæ plateæ, ſpatiaque communia, ex quibus Cicero cum antiquis Vrbes definit, multitudo foret innumera illorum.

Cum vero aſſeueretur ibi Regno Neapolitano eſſe habitationum 486. mill. & 578. quibus non adnumerat habitationes

Neapolis, Neapolitaniq. agri,hinc Italiæ totius ſi quis dicat eſſe habitationum quindecies centena millia, non aberabbit á vero.Cumque plures ſint vni domicilio homines,quàm alteri; penſatiſque omnibus, aſſignari ſoleát cuilibet domui quinque homines, aut etiam plures, Regno Neapolitano erunt hominum prope tricies centena millia, adnumeratis ijs, qui Neapoli,&in agro eius morantur, quorum volunt eſſe trecenta ſexagintamillia. Neque vero hac in re,quad habitationes, decipi poſſumus. è regijs enim cenſibus, qui exiguntur quotannis,certiſſimus ille numerus habetur.quod ſe è quolibet domicilio tantummodo vnus educeretur, ſolum Regnum Neapo- B litanum daret militum quingentamillia, & tamen quadruplo plures mortales domi remanerent. Italia porro tota produceret in aciem, ſi cogere ad arma ſuos incolas vellet militum quindecies centena millia & nihilominus, vt diximus, quadruplo amplior multitudo in ſuis ædibun conſideret.

De maioribus Italiæ Vrbibus,magnificentioribus ædificijs,frequentiori Italicorum multitudine, Venetiarum dignitate, monaſterijs,templiſq.extra Vrbes admirandis, hoſpitalibus domibus,collegijs,baſilicisq.ad omnes diſciplinas per cipiendas pulcherrime conſtructis in Italia poſt ætatē Conſtnatini,ſiue poſt Romani Pontificis auctoritatem ſtabilitam. Cap. II. C

OSTENDIMVS itaque apertiſſime, vt nemo iam tergiuerſari poſſit, nunc eſſe multo plures Vrbes in Italia, quā fuerint olim. Vrgebit tamen aliquis,ac dicet, Vrbes antiquorum fuiſſe ampliores:atque ita, quod multi- D tudini illarum deerat, magnitudini debebitur:ac,ſi ſuperamus priſca tempora oppidorum numero,illa nobis præſtabunt amplitudiue paucorū.Sed, qua ratione id aſſeuerari poteſt?effutire enim quęlibet,eſt omnium;probare,paucorum. Equidem pecurrenti antiqua, ac ſigillatim ſęcula tranſacta peruoluenti,non occurrit vmquam fuiſſe in Italia tam magnas Vrbes, vt ætate noſtra, ſi Romam demas. Proferatur enim, quæſo, ecquando fuerint in Italia nouem Vrbes eodem tempore, quantæ ſunt Roma, Venetiæ,

Neapolis,

A Neapolis, Mediolanum, Genua, Florentia, Ferraria, Verona, Bononia. Quibus addas licet alias octo, quæ ſunt Brixia, Cremona, Placentia, Peruſia, Patauium, Senæ, Mantua, Aletium. Omnes erunt decem, & ſeptem. quibus eodem tempore tot pares in Italia non habuit antiquitas tota. Nunc enim quidem Romæ eſt idem murorum circuitus, qui olim, ſed & amplior multo. Nam, quidquid eſt ædificiorum in Vaticano colle, ſpatioque, quod inter Tiberim, ac templum Sancti Petri intercipitur, non erat olim, ac proinde etiam nullis mœnibus cingebatur. nunc omnia cernimus eſſe domibus, palatijsq. replB eta, ac muris circumſæpta. Cognoſcimus præterea, locorum, quæ antiquo circuitu ambiuntur, dimidium non habitari, cuius quidem ſolitudinis detrimentum reſarcit aliqua ex parte Vaticani frequentia. Superiores tamen nouem Ciuitates frequentiſſimæ ſunt incolis, neque à priſca Romæ magnitudine multum diſtant. Atqui Auſonius, qui imperante Theodoſio vixit, poſt Romam tres tantum Ciuitates amplas in Italia recenſet, quas non illi ſecundas vult eſſe, ſed longo interuallo diſtantes. ita, vt primus Romæ locus debeatur, ſecundus Conſtantinopoli, tertius Carthagini, quartus Antiochiæ, quintus Alexandriæ,
C ſextus Treueri, ſeptimus Mediolano, octauus Capuæ, nonus Aquileiæ, quam vocat oppidum Pacatus in Panegyrico Traiani. Vt rideamus, qui diſtinguunt Vrbes, ab oppidis. Neque tamen Mediolano contigit amplitudo ante Conſtantinum. Pomponius enim Mela non ponit illud inter Italiæ Ciuitates celebres, neque illius, vt celebris, vllam mentionem facit, præponens Patauium, Mutinam, Bononiam, quas in mediterraneis Italiæ opulentiſſimas omnium à ſiniſtro latere facit, à dextro Capuam. Strabo autem ſcribit, Mediolanum non ita pridem vicum fuiſſe: contigitq. illi magnitudo poſt Diocletianum, &
D Maximianum: è quibus hic Thermas in illo Herculeas, quod Herculeus ipſe nominari vellet, exſtruxit, anno tercenteſimo primo, ante imperium Romæ initum per Conſtantinum vndecimo. quod Auſonius idem refert. Patauium porro, Mutinam, Bononiamq. hic nullo loco ponit, cum det decimum Arelate, vndecimum Emeritæ, duodecimum Athenis, tertiumdecimum Catinæ, quartumdecimum Syracuſis, quintumdecimum Toloſæ, ſextumdecimum Narbonæ, ſeptimumdecimum Burdegalæ. Vt cognoſcamus, Mutinam, Bononiam, Patauiumq. imperio Romano florente, vſque ad Conſtantinum, non inter præclaras

omnino, de quibus agimus, referendas; neque pares iis, quas A
retulimus. alioquin Auſonius haud eas prætermiſſet. poſt has nulli tribuit Vrbi ſingularem dignitatem. florebat Auſonius anno tercenteſimo nonageſimo. Sic igitur ante Conſtantinum, dempta Roma, non fuit in Italia, Romano imperio florente, ulla Vrbs magnitudine præſtanti, quæ nouem ſuperiores æquaret. Neque tamen ſit, qui putet antiquæ Romæ ambitum fuiſſe ex omni parte domibus repletum. nam latiſſimi intra illum campi octo fuere, plures alij volunt præter Bacchij prata. In regione Transtiberina duo campi, Bruttanus, & Codetanus. vt omittamus amplos hortos Domitij, & Getæ Imperatoris. In regione B
duodecima Piſcinæ publicæ, vbi ſeptem domus Parthorum viſuntur, erat Campus lanatarius. In decima Palatij, erant Prata Bacchij. In nona Circi Flaminij, Campus Martius, & Villa publica; hic tam late patebat, vt Populus in eo cenſeretur, ac deſcribitur à Strabone lib. V. In regione ſeptima Viæ Latæ, Campus Agrippæ. In quinta, Campus Exquilinus, & Viminalis, ac duo luci Petelinus, & Fagutalis. In ſecunda, Martialis. Sic itaque intra Vrbem Campi octo, ſuis herbis virentes, vt è loco citato Strabonis apparet referentis, perennes ſolo herbas fuiſſe, coronatos vſque ad flumen collis, atque hortos nemoroſos. C
Quid memorabimus primæ regionis lacus 85. tertiæ 65. quartæ 78. quintæ 79. ſextæ 76. ſeptimæ totidem, octauæ 120. decimæ 80. vndecimæ 60. duodecimæ 80. decimæ tertiæ 78. decimæ quartæ 180. vt narrat Victor? An igitur omnia ædificiorum plena erant in illa Vrbe, in qua ſeptem campi, & lacus 1055. habebantur, Plurima iacebant vacua ſpatia, & quidem late pertinentia, in quibus nullæ conſpiciebantur ædes, vt è Victore cōſtat?

Quod autem nonnulli adducunt ædificia Romanorum pertinentia vſque Ocriculos, Oſtiam, Campaniamque, villarum illa erant, quæ ruſticantibus æſtiuo tempore ſeruirent, alioquin D
vernarum ſedes, & agricolarum: ita, vt nihil aliud ſit hoc obieciſſe, quam ſi quis Florentiam, Genuam, Venetias, Neapolimq. circumſtantia ædificia nobiliſſima Vrbibus illis aſcribat, earumq. partem velit eſſe, & è ruſticis prædijs faciat Vrbana.

Quod ſi omnia redacta in vnum fuiſſent, non tantum ſolitudinis Romæ adiudicaremus nunc eſſe præantiqua illa, quantum nonnulli putant. Ad ſummam non modo noſtris temporibus Italiæ ſunt plures Vrbes, ſed etiam multo maiores. Roma eſt excipienda, non eo tamen modo, quo quidam ſomniant. De

magnifi-

A magnificentia non eſt diſputatio, qua ſe Italia in Vrbibus ſuis olim iactabat; & nunc ſe antiquæ merito audet præferre, ita, vt illam longo interuallo poſt ſe relinquat in multis. Sed tamen, ſi de ædificijs ad voluptatem, iactantiamque, & proprij nominis celebritatem conſtructis, nos agamus, hæc noſtra nulla ſunt reſpectu priſcorum. Nam, quis amphitheatra, theatra, circos, naumachias, ſeptizonia, mauſolea, thermas, nymphea, & obeliſcos, ſi oſtentationẽ quæras, admirari ſatis queat in antiqua Vrbe? Hac igitur parte nos quidem nulli ſumus. Quod ſi agatur de ſacris, & pijs ædificijs, aut ijs, quæ bonas artes, ac diB ſciplinas promouere poſſint, noſtri ſuperant ita priſcos, vt nullo ſint illi loco. Nam, quis pro dignitate celebrare vmquam valeat noſtram templorum maieſtatem? Pantheon oſtentat vetuſtas, quod ſane omnia templa ab impijs olim conſtructa ſuperauit; ac templum Pacis vincebat. Atqui Tholus duntaxat impoſitus templo admirabiliſſimo Sancti Petri tantæ eſt celſitudinis, atque etiam maioris, latitudinis autem prope vno palmo minoris, quam totum Pantheon: ſupereſt deinde altitudo à pauimento templi ad tholum, qui hoc amplius habet, quàm Pantheon; quod duplici concameratione, quæ multis domunC culis interſæpitur, eſt conſtructus. Quid autem dicemus de quatuor templis, quæ ad quatuor latera ſe ſe in altum mirabiliter extollunt, ac ſingula ſingulos tholos oſtentant? Quid inter vnum quodque intercurrentia ſpatia? Quid nihil non è lapide Tiburtino affabre elaboratum? An huic ſimile è ſacris ædificijs habuit antiquitas tota? Certe Plinius aſſerit, opera pulcherrima, quæ fuerint Romæ, baſilicam Pauli è columnis Phrygibus mirabilem, forum Auguſti, templumq. Pacis fuiſſe, Pantheon ſimiliter, quod veluti ſuperioribus admirabilius deſcribere videtur *Plin. lib. 36. c. 15. Ammiã. lib. 16.*
D Ammianus Marcellinus. & quidem templum Pacis Pantheo fuiſſe ignobilius, oſtendunt loca ei propinqua, quæ nunc extant, & in anguſto illud poſitum demonſtrant. Vt neceſſe ſit, eodem non fuiſſe minus nobilia S. Pauli, ac S. Ioannis in Laterano. Aliæ deinde plura minoribus alijs, quæ Romæ olim conſpiciebãtur, opponi poſſunt. Nã, quale, & quantũ S. Mariæ Maioris, S. Crucis in Hieruſalẽ, S. Laurentij extramuros, S. Mariæ in Aracæli, & ſupra Mineruã? Mittimus S. Cæciliæ, S. Chryſogoni, & quæ auorum, noſtraq. memoria ſunt exſtructa, S. Auguſtini, Sanctæ Mariæ in Vallicella, Tranſpontinæ, ad Populum, Lauretanæ, ad Hortos, in Montibus, Animæ, S. Ioannis Florentinorum,

S. Ludo-

S. Ludouici Gallorum, S. Hieronymi Sclauonorum, S. Athanaſij, S. Catharinæ Funariorum, S. Trinitatis in Colle hortulorum, ſeu Pincio, S. Spiritus in Saxia, &, quod iſta omnia vincit, templum IESV, à magnificentia Panthei non admodum diſtans. Sicut autem Romæ, ſic in Vrbibus, de quibus veluti nobilioribus egimus mentionem, nemo non ſcit Auguſtiſſima templa haberi, quæ miraculo fuiſſent antiquis. Neque in Vrbibus iſtis duntaxat, ſed in omnibus vel exiguis oppidulis, vicis, ipſis pagis, ac denſis nemoribus excitatas videmus ampliſſimas Deo, cœlitibusq. ædes, ita, vt, vbi ſolitudines maximæ erāt, ac deſerta loca, ſint ibi celeberrima omniū delubra. quod ſcilicet, qui condidere illa, fuerint viri rerum diuinarum contēplationi in primis addicti, atque icciroco deuia ſectabantur, ne quis ipſos interpellaret: quorum deinde ſanctimoniam demirati Populi, ædificauerunt in ijs locis pulcherrima. Nam, qualia, quæſo, templa Mediolani, vt Epiſcopale, & quod Gratiarum vocant? qualia, & quanta S. Marci, & S. Georgij, Venetijs? SS. Petri, & Petronij, Franciſci, Bononiæ? S. Ioannis Euangeliſtæ, S. Vitalis, Geruaſij, & Protaſij, S. Andreæ, S. Mariæ Rotundæ, Rauennæ? S. Mariæ Floris, S. Mariæ Nouellæ, & S. Spiritus, S. Crucis, Florētiæ? S. Mariæ, Senis? Epiſcopale Vrbe veteri? S. Iuſtinæ, & S. Antonij, Patauij? S. Mariæ Lauretanæ, in Piceno? Ædes Epiſcopalis, ac S. Dominici, Cremonæ? S. Ioannis, Modoetiæ? S. Mariæ in domo, Piſis. A B C

Interim non omittemus duo. Ac primum ſit illud: Romam, cæterasq. Vrbes Italiæ non multum decoris habuiſſe ante imperium conſtitutum, verum fuiſſe illis ædificia rudia, & Impolita. Nam veteres illi (ſunt hæc Strabonis verba) Romani Vrbis pulchritudinem contempſere, cum maioribus magisq. neceſſarijs animum adiecissent. Poſteri vero, & ij præſertim, (nota hoc) qui noſtris fuere temporibus, haud quaquam illis hac in re ceſſiſſe videntur: ſed innumerabilibus, ac præclariſſimis Vrbem Romanam impleuerunt inſignibus. Pompeius namque, & Diuus Cæſar, & Octauius, & eius filij, & familiares, & vxor, & ſoror cunctorum ſtudium ſimul, & impenſas ad apparanda decora ſuperarunt. Hæc ille. Quin Plinius lib. 17. cap. 1. ait, columnas marmoreas in publico Romæ nullas viſas niſi ætate Craſſi: à quo ad Conſtantinum non intercedunt anni quadringenti. vt videas, quanto tempore fuerit Italia ſine vllo magnificentiæ ornamento. Paulatimq. acceſſit ad alias Vrbes. ita, vt D

idem

A idem Strabo teſtatur, Rauennam fuiſſe Vrbem maximam, totamq. ætate ſua ligneis compactam ædificijs. Quo circa venient, cum noſtris temporibus in contentionem tempora duntaxat illa, quæ nouiſſima Imperij fueruut, ac ſimul breuiſſima, nos deinde excepimus imperante Conſtãtino Italiam magnificentiæq artes ad cultum Dei, non ad hominum rerumq. humanarum luxum traductas, tenemusq. per annos mille tercentum conſtatq. iam noſtras Vrbes antiquis eſſe magnificentiores in ijs, quæ pertinent ad diuina; illas in ijs, quæ ſunt voluptatis, & inanis oſtentationis: quorum tantæ erant moles, vt Roma vere
B hac parte Orbis epitome, ac miraculũ foret. Hinc Propertius:

Omnia Romanæ cedant miracula terræ.
Natura hic poſuit quidquid vbique fuit.

ſecundum ſit, ædificia priuatorum Romæ neceſſario fuiſſe humilia, & anguſta. non enim licebat illa attollere ſupra pedes ſeptuaginta. ita enim cauit Auguſtus ad arcendas ruinas. quod idem ſcriptor lib. V. narrat. lata haud fuiſſe, incredibilis Inſularum numerus oſtendit in qualibet regione, quem recenſet Vi-
C ctor. cum vero Inſulę coarctarentur ædificijs publicis, quæ vaſtiſſima erant, & crebra, fieri non poterat, vt aliquid in inſulis & domibus magnifici foret. neque vero poteſt eſſe hic error. nam Publius Victor ſcribit, quot pedum foret ambitus quarũlibet regionum, quas Romæ quatordecim ſcimus ex eo fuiſſe verbi gratia narrat ille primam regionem continuiſſe in ambitu pedes duodecies mille ducentas viginti duos, in illa vero fuiſſe inſulas quater mille ducentas quinquaginta, domusq. centũ viginti, balnea octuaginta duo, lacus octuaginta tres, horrea tredecim, piſtrina viginti, ædiculas decem, prçter ædificia mul-
D ta dublica. Atqui diametrum circuitus aſſignati eſt pedum circiter ſeptuaginta ſeptem ſupra qnater mille. Quocirca, ſi tota area daretur iuſulis, ac memoratis duntaxat ædificijs, & æqualis omnium menſura foret, ac daretur ſuus vijs locus publiciſque ſtructuris, anguſta admodum foret ædificijs area.

Tacitus ïdicatur, agens de Incendijs Romæ ſub Nerone.

Reſtat videre, an Populi nunc in Vrbibus, & regionibus ſint frequentiores, quam dicantur olim fuiſſe. Romæ non eſſe, nemo eſt, qui inficietur, cum ſi ſpectes antiqua, ſint pauci Romæ mortales. Neqne tamen, quod aliquando me ſefellit, Romæ fuit illa hominum multitudo, quam nonnulli ridicule pro

diderunt

diderunt in deſcriptionibus Ciuium Romanorum. Referendus A
quidem videtur inter maximos cenſus R ep. ſtante, qui actus
eſt anno 667. cum cenſa ſunt ciuiuim capita millia quadringen
ta ſexaginta tria, teſte Euſebio. Mox b ellis Ciuilibus eſt adeo
numerus imminutus, vt Plutarchus tradat, anno 703. inuen-
ta Ciuium Romanorum capita tercẽtum ſexaginta millia. ſed
anno 706. rurſus initio cenſu deſcripta tantum centum ſexagin
ta millia. Nunquid autem deſcribebantur cenſu hoc, qui in Vr
be ſtatas ſedes haberent, an etiam qui alibi morarentur, ſed Ci
ues Romani eſſent, ac proinde in dicto cenſu nomen ſuum de-
ferrẽt, & quidquid opus foret? Sine dubio, & iſti cenſebãtur, ac B
Ciues Romani dicebãtur, atque illorum nomina, cũ vel Reip.
cauſa abeſſent ipſi, vt Iudices milites, aliiq́. huiuſmodi, vel alio
iuſto prętextu, per alios deferebantur, ac ſcribebantur. Quam-
obrem non ex eo quis Ciuis Romanus erat, quòd Romæ mora
retur, ſed quòd ius Ciuitatis adeptus eſſet, cenſebatur; neque
ſoli cenſebantur, qui arma ferre poſſent ætatis anno decimo ſe-
ptimo exacto, ſed quicumque liberi forent, ſiue fœminæ, ſiue
mares eſſent, pueriue, aut ſenes, vt colligi poteſt ex Vlpiani
lib. 2. de cenſibus. nam cenſus agitabatur, vt, etiam quid cuiq.
eſſet, ſciretur, ob tributa præſtanda; iccirco, & ſerui adnota- C
bantur, vt inquit idem lib. 3. Quod vero nonnulli ſecus opinan
tur, ex eo, quod Liuius lib 1. ait, primo luſtro cẽſa Ciuiũ octua-
ginta millia, adijcitque Fabium prodidiſſe eum numerum fuiſ-
ſe eorum, qui ferre arma poſſent, nihil afferunt, aut, conclu-
dunt: nam Fabius oſtendit, eum numerum non accipiendũ, vt
aliorum cenſuum, quo continentur imbelles etiam, alioquin
non erat, quod Liuius afferet Fabij dictum veluti ſingulare,
ſi communes fuiſſent cenſibus alijs. Hinc Plinius lib. 7. cap. 49.
aperte deſcriptos in cenſibus ſenes prouectiſſimæ ætatis teſta-
tur. Sed & Dionyſius Halycarnaſſeus lib. 4. apertiſſime inquit, D
omnes cuiuſcũq. ætatis, licet infantes, ac fœminas, deſcribi ſo-
litas ex inſtituto Tullij Regis. Cũ vero ius hoc latiſſime per Im
peratores fuerit communicatum, ita vt ad extremum toti or-
bi Romano, ſiue omnibus Imperio Romano ſubiectis patuerit,
hinc Romanorum Ciuim numerus erat prope infinitus, ac Ro
ma proinde dici ex hoc cœpit Patria communis. quod Mode-
ſtinus Iuriſconſultus in Digeſtis ait. quamuis non omnes eo-
dem Iure Ciues eſſent Romani, vt è titulo de cenſibus in Dige-
ſtis apparet. nemo vero cogebatur in cẽſibus nomen veluti Ci-
uis

A uis Romanus dare. quod nos docet Cicero in oratione pro Balbo.

Cenſebantur itaq. ij, quibus ius erat Ciuitatis Romanæ cõmunicatũ, ſi modo voluiſſent, atque hi Ciues erant Romani. quod adeo verũ erat, vt per cẽſum ſoliti eſſent fieri Romani, & qui vel furtim fuiſſet aſcriptus haberetur, atque eſſet Ciuis Romanus: quod diſcimus è Cicerone in Sextiana, & Liuij lib. 41. à quo ſimiliter habemus lib. 42. multitudinem iuniorum ingentem ex foris Italicis, & conciliabulis deſcriptam, luſtro, de quo ipſe meminit. nam luſtro quolibet olim plerumq. cenſus inibantur.

B & lib. 42. ait iuſſos Latini nominis ſocios in ſuas Ciuitates redire, atque ibi cenſeri. & lib. 29. Luſtrum inquit conditum ſerius, quia per prouincias dimiſerunt cenſores, vt ciuium Romanorum in exercitibus, quantus vbique eſſet, referretur numerus. cenſa cum ijs ducenta ſexagintaquinque hominum millia. duodecim deinde coloniarum, quod numquam antea factum erat, deferentibus cenſoribus cenſum acceperunt. Gellius item refert, P. Scipionem Æmilianum cenſorem in oratione ad Populum de moribus hæc dixiſſe, abſentes cenſeri iubere, vt ad cenſum nemini neceſſe ſit venire.

C Ad ſummam, cum poſt Italicum bellum fuerit Italicis data Ciuitas Romana, & mox ad exteras Prouincias plurimæ Romanorum coloniæ miſſæ, præſertim vſque ad Auguſtum, poſtremo autem ius Romanæ Ciuitatis collatum quibuſlibet imperio Romano ſubiectis, quamuis non omnibus eodem prorſus modo, ſi quando Romæ cenſus inibatur Ciuium Romanorum, cunctiq. deferebant nomen ſuum, qui Ciues eſſent, ſiue præſentes, ſiue abſentes, quorum tabulæ Romam tranſmitterentur, incredibilis erat numerus ciuium Romanorum. nam vix erat vllus,

D qui priuilegijs eorum gaudere nollet, quod maximá forent. Hinc Numatianus:

Feciſti patriam diuerſis gentiqus vnam:
Profuit inuictis te dominante capi.
Dumq. offers victis proprij conſortia iuris,
Vrbem feciſti; quod prius Orbis erat.

Quod itaque ait Euſebius in Chronico his omnino verbis, Cenſu Romæ agitato, inuenta ſunt Ciuium Romanorum quadraginta & vnum centena, & ſexaginta quatuor millia, cum ſo-

lus Auguſtus regnare cœpit, non loquitur de ijs duntaxat, qui A
Romæ habitarent, anno, vt quidam colligunt, 724. cum doceat nos Plutarchus anno 706. Romę commorantium numerum fuiſſe ad centum ſexaginta millia. qui fieri potuiſſet itaque, vt, cum ſequentia bella ciuillia innumeros abſumpſerint, cunctis id ſcriptoribus teſtantibus, è centum ſexaginta millibus aucti eſſent ad quadraginta & vnum centena millia, ac præterea ſexaginta quatuor item millia?

Eodem modo intelligendus eſt Euſebius idem, cum Claudio imperante, ſcribit deſcriptione Romæ facta, inuenta ſunt Ciuiũ Romanorum ſexaginta nouem centena, & centum quadraginta quatuor millia. Hæc ille. Nam Caſſiodorus in Faſtis ſic habet: His coſſ. deſcriptio Romæ facta eſt, & inuenta ſunt Ciuium Romanorum centena millia & 43. Et Taciti codices in referendo numero huiuſmodi varij ſunt. B

Ac merito Lipſius in notis ad Tacitum lib. XI. deridet vti antiquos, ac ſimplices, qui tantam mortalium multitudinem Romæ fuiſſe autumant in deſcriptionibus relatis. nam quæ domicilia illos capiebant, cum circuitus Vrbis non fuerit maior, quã qui cernitur, & in eo multa, vt oſtendimus, ſpatia vacua forent, ac Romæ pluſquam dimidium publicis molibus habitationem non ferentibus occuparetur, ædesq. non admodum præcelſæ eſſent ex Auguſti lege? Nam ſuburbana ædificia pro tempore ruſticantibus ſeruiebant, ex eo vernis & agricolis. ac merito deridet Panuinius, qui ex deprauatis Vopiſci verbis putant ambitum Romæ fuiſſe milliarium quinquaginta. Et quidem Zoſimus lib. 2. ſcribit, campos patentes fuiſſe ad pontem Miluium, neque Vrbis mœnia peruenisse ad illum; cum bellum Maxentij, & Conſtãtini deſcribit. Et tã ex Rufo, quàm ex Victore, qui poſt Conſtantinum vixere, apparet, non fuiſſe ampliorem Romæ circuitum, quam nunc antiqua mœnia complectantur. C D

Enimvero, ſi tot Romæ mortales fuiſſent, cum regnante Claudio maxima Romæ fames extitiſſet, Tacitus hiſtoriarum peritus, & antiquitatum lib. XII. non attuliſſet, quaſi illius mali cauſam, quod tellus Italica non exerceretur, vt prius, ſed quod numerus incolarum, ciuiumq. Romanorum fuiſſet auctus. atqui ille non hoc dicit: incuſat autem tacite ſæculi illius homines, quod terras non exercerent, atque ob id Romæ fames eſſet.

Iam vero, Imperio Romano florente, Italiam minus habitatã fuiſſe, docuimus ex eo, quod idem Tacitus teſtatur, agrum Tarentinum,

A tinum, qui fœcundiſſimus, & ſi quis alius delicijs pleniſſimus foret, & Antiatem deſertos fuiſſe imperante Nerone, atque ob id, miſſas colonias, neque tamen iccirco ſatis conſultum ſolitudini fuiſſe. Ælianus autem, qui imperante Hadriano vixit, cum ſcribit in Italia fuiſſe aliquando longe plurimas Vrbes, quam fuerint eo regnante, quod nos ſupra retulimus, manifeſto nos docet, mortalium maiorem copiam, qui Italiam colerent, extitiſſe ante Imperium conſtitutum.

Noſtris autem temporibus in Italia multo maiorem mortalium eſſe multitudinem, poſſumus inde colligere, quod Plinius

B lib. 3. c. 13. ſic ait: Quinta Regio Piceni eſt, quondam vberrimæ multitudinis. tercentum ſexaginta millia Picentium in fidē Populi Romani venere. Hæc ille: oſtendens, ætate ſua non tot Picentes fuiſſe. Atqui nunc Picentum numerant duplo plura, & amplius, quam cùm demiratur Plinius fuiſſe vberrimæ multitudinis, quaſi ætate ſua non foret.

Quod ſi quis dicat, Italiam Gallico tumultu ſolàm ſine externis auxilijs, ac transpadanis Populis armaſſe peditum ſeptingenta millia equitum octuaginta, quod idem ſcribit c. 20. lib. 3. Reſpondemus, Italicos tunc nihil niſi bella cogitantes ſolitos

C fuiſſe, quicumque ſupra annum decimum ſeptimum fuiſſent, vellent illi, aut nollent armare: quod ſi mos hic retineretur, ab vno Neapolitano regno educi poſſent militum quingenta millia, vt oſtendimus ſupra. Sed nos ſcilicet non niſi tranquillitatem meditamur, ac molimur.

His explicatis, quando apparet in Italia fuiſſe olim pauciores, quàm nunc homines, Vrbes etiam pauciores, easq. non ita magnificas, niſi in ijs, quæ inanem apparatum voluptatemq. continerent; quis quæſo, non incredibile Italiæ totius orna-

D mentum iactet, cui cedant antiqua omnia, Venetæ Vrbis conſtructionem; conſidere illam in medijs aquis, è quibus extent moles adeo ſuperbæ, ac decoræ? an non hoc accidit poſt auctā Romani Pontificis auctoritatem? An non valde diuinum? An non vere, & eleganter ille Vates?

Viderat Hadriacis Venetum Neptunus in vndis
Stare Vrbem, & toto ponere iura mari.
Nunc mihi Tarpeias quantumuis Iuppiter arces
Obijce, & illa tui mœnia Martis, ait:
Si Pelago Tibrim præfers, Vrbem adſpice vtramque,
Illam homines dices, hanc poſuiſſe Deos.

An aliquid huiuſmodi producet antiqua Italia ſimile a I magnificentiam decusq. æternum? A

Quid vero hic ego tot monaſteria, templaq. extra Vrbes in ſaltibus, ac nemoribus poſita, magnificentiſſimeq. conſtructa, commemorem? paſſim viſuntur illa, & occurrunt iter facientibus. Sed, vt minora innumera mittamus, quales quæſo Ticinenſium Carthuſia? S. Michaelis in Boſcho, in Bononienſi? S. Benedicti, in Mantuano? Mons Oliueti, in agro Senenſi? Valles Vmbroſa, & Sanctæ Mariæ Saxi in Fæſulano? Abbatia, & S. Dominicus in Florentino? Farſenſe monaſterium in Sabinenſi? Sublacenſe, Caſinum, & Cauenſe, in Latino? Mons Virginis in Hirpinis. In Campano S. Mariæ Tridetti? S. Mariæ in Patiro in magna Græcia? monaſterium Carthuſianorum in Franca Villa? in Iapygibus S. Mariæ in finibus Terræ? in Apulia Peceutia, ſeu Barenſi S. Viti, S. Leonardi? S. Mariæ in Tremito in Inſulis Diomedeis? in Pelignis autem, Samnitibusq. monaſterium S. Liberatoris, S. Spiritus? & in Gallia togata prope Ceſenam, monaſterium S. Mariæ Montis? in Taurinis autem S. Antonij, & Ambroſij? in Piſano Carthuſia, & S. Saluatoris prope Calcem? Monaſterium Pracæ, in Patauino? Sancti Fructuoſi in ora Genuenſi B C

Hæc igitur magnificentiſſima monaſteria extra Vrbes, vt alia innumera mittamus, non longe ab his, eorumq. dignitate diſſimilia, ſunt huiuſmodi, vt antiquitas tota nihil poſſit oſtendere extra Vrbes poſitum par illis vllo modo. Nam quid, quæſo, proferetur? credo, aliquod amphiteatrum, nihil aliud continens, niſi inani voluptati ſeruiens. Sed neque tot amphitheatra habuerunt Priſci extra Vrbes, neque tanti ſplendoris, quanti hæc Monaſteria. Ex his poſſumus colligere Monaſteriorum, quæ vocabimus Vrbana, multitudinem, magnificentiamq. priſcis omnino incognitam, quorum ſane inire numerum nemo poteſt. D

11. His aliud ædificiorum genus nulla his parte cedens ſuccedit. antiqui enim neque Romæ neque in alia Vrbe, quod legatur, habebant vlla ampla ædificia ad ægrotos curandos, egenos alendos, expoſitos, orbos, virgines cuſtodiendas, educandas, dotandas. Romæ in Inſula Tiberina dicitur vnum, vel alterum in Tranſtiberina regione, quod Taberna meritoria vocabatur, cum tanta foret Vrbs, Noſocomium fuiſſe. ſed illud erat non ægrotis alendis, aut ope medici curandis; verum recipiendis duntaxat ijs, qui ad Æſculapij templum, quaſi ab illo opem diuinam

A diuinam ſupplicitur implorantes expectaturi, confugiebant.

Huc ſpectat aliud ædificiorum genus nullo modo ignobile: In multis namque, vt oſtendemus, Vrbibus Italiæ ſunt omnium diſciplinarum gymnaſia publica, atque in earum plerisq. habentur ampliſſimæ ædes, in quibus collegia iuuenum ſolent habitare, qui bonis artibus operam dant, atque in ijs commorari ſolent. Illæ vero plurimum decoris habent, ſeu quod ampliſſimæ ſunt, ſeu quod etiam præſeferunt ſtructuræ non exiguam dignitatem. Huiuſmodi ſicut olim nullæ erant in Italia tota, ſic huiuſmodi illa bono carebat. quod poſt auctoritatem Pontificis B Romani amplificatam, vt aperietur, eſt adſecuta. 12.

Neque vero nobis omittendæ Baſilicæ (ſic enim vocabimus) ædificatæ ad omnium diſciplinarum magiſteria, & excipienda, & colenda. in ijs enim ſunt ſcholæ complures eleganter conſtructæ, in quibus Doctores artium quarumlibet, doctrinarumq. è ſuperiori loco verba faciant ad Auditores. quot vero illæ ſint, & quales, appoſite nos infra dicemus. Vt enim priſci baſilicas ſuas haberent; non ad hunc tamen finem; ſed vel ad inanem voluptatem, vel ad oſtentationem ſolam. Qualis vero hoc in genere eſt, quam Gregorius decimustertius ædificauit Romæ Societati IESV; aut etiam quæ publico Gymnaſio omnium doctrinarum ſeruit? Qualis, quæ Bononiæ Patauij, Ferrariæ, Ticini, Piſis, ac Senis habetur? 13.

C

Ad ſummam, cum viderimus Italiam nunc eſſe aere ſalubriori, terra cultiori, in eaq. nunc eſſe plures Vrbes, ac Roma excepta, ampliores, templa magnificentiora, Populos in ea frequentiores, ſtructuras Ciuitatum, ſi demamus ædificia ad iactantiam, voluptatemq. excitata, in vniuerſum multo magis mirabiles, ita, vt Venetiæ ſolæ præſtare cunctis alijs poſſint, monaſteriorum porrò dignitas antiquis fuerit incognita, ſicuti Hoſpitalium domorum, ac miſerabilibus perſonis ſeruientium, Baſilicarumq. ad omnes diſciplinas tradendas nulla fuerit eis copia, vt oſtendemus, ante Pontifices Romani auctoritatem dilatatam, colligitur ex ijs, Italiam nunc eſſe multo fœliciorem, quàm prius.

D

De diuturniori libertate, ac potentiæ communione, paceq; Italicarum ciuitatum poſt Imperium Conſtantini, ſiue poſt auctam Romani Pontificis auctoritatem magis florente quam prius. Cap. III. A

EX his, quæ libro primo aperuimus, liquet, Italicis Ciuitatibus numquam fuiſſe diuturnam libertatem, quæ in Populi totius, vel in optimatium præcipua gubernatione ponatur; idq. propter exterarum gentium frequentes irruptiones; à quibus non modo la- B
tiſſimæ regiones occupabantur, & ſub imperium mittebantur, ſed incolæ priores omnibus bonis expoliabantur. ex quo deinde tot irruptiones ceſſauerunt, (vltima enim Gallorum fuit) Romani cuncta in Italia adduxerunt in poteſtatem ſuam: qui & ipſi, colonijs inductis, Populos antiquos fundis omnibus exuerunt: quin eos deleuerunt, exceptis fere ſolis Liguribus, & Vmbris. atque hi maxime omnium libertatem retinuerunt, ſed Ligures in vicis habitaſſe vſque ad tempora Strabonis, ac Diodori Siculi, ex eorum libris diſcimus, Vmbros non C
ita. tradit enim Dionyſius lib. 1. fuiſſe ijs Ciuitates, in quibus Crotona, quæ Cortona deinde eſt vocata. Sed tam Liguribus, quàm Vmbris, quæ fuerit gubernandi ratio, nobis eſt ignotum, neque vllis eſt literis ad poſteritatis memoriam commendatum. Sic etiam, quæ Populorum quorundam, qui aliunde in Italiam venerunt, ac ſedes in ea fixere, nobiliſſimasq. Vrbes, quibus latum fuerit Imperium, conſtruxerunt, libertas extiterit, eſt altiſſimis ſilentij tenebris inuolutum, & in neutram partem poteſt aliquid affirmari, ſiue in Regis alicuius aliquando peruenerint ditionē, D
ſiue permanſerint ſemper in ſua poteſtatę, conſilijq. publici rectione integra, & abſoluta. At illud eſt certiſſimum, poſtquam
14. Carolus Magnus à Pontifice accerſitus Longobardos ſuis ditionibus in Gallia Ciſalpina, quæ Longobardia vocatur, ſpoliauit, pleroſq. illius Populos in maxima libertate vixiſſe; quæ qualis foret, his verbis Otho Friſingenſis, qui ante annos fere quingentos viuebat, ita deſcribit lib. 2. cap. 12. Libertatem tantopere affectant, vt poteſtatis inſolentiam fugiendo Conſulum potius quam Imperantium regantur arbitrio. cumque tres inter eos ordi-

A ordines Capitaneorum Vauaſſorum, Plebis eſſe noſcantur ad reprimendam ſuperbiam, non de vno, ſed de ſingulis prædicti Conſules eliguntur. neue ad dominandi libidinem prorumpant, ſingulis pæne annis variantur. ex quo fit, vt tota illa terra (Longobardiæ) intra Ciuitates fermè diuiſa, ſingulæ ad commanendū ſecum diœceſanos compulerint; vixq. aliquis nobilis, vel vir magnus, tàm magno ambitu inueniri queat, qui Ciuitatis ſuæ non ſequatur imperium. conſueuerunt autem ſinguli ſingula territoria ex hac comminandi poteſtate comitatus ſuos appellare. vt etiam ad comprimendos vicinos materia non careant. inferio
B ris conditionis iuuenes, vel quoſlibet contemptibilium etiā mechanicarum artium opifices, quos cæteræ gentes ab honeſtiorībus, & liberalioribus ſtudijs tamquam peſtem propellunt, ad militiæ cingulum, vel dignitatē gradus aſſumere non dedignantur. ex quo factum eſt, vt cæteris Orbis (nota hoc verbum) Ciuitatibus diuitijs, & potentia præemineant. Iuuantur ad hoc non ſolum, vt dictum eſt, morum ſuorum induſtria, ſed & Principum in tranſalpinis manere aſſuetorum abſentia. Hæc ille de Ciuitatibus Longobardorum. Vt ſciamus, eas maxima ex parte liberas fuiſſe; in exiguis ſolitos agnoſcere Imperatorum poteſtatem, Re-
C gumve, quos elegiſſent, quod etiam prope contingebat omnibus alijs Ciuitatibus, quæ Pontificiæ ditionis erant. En igitur, vt Lōgobardorum Ciuitates præcellerent cunctis alijs, quæ in orbe erant, diuitijs, & potentia, ſimulq. maximam libertatem poſſiderent: ex quo Carolus Magnus Longobardos eiecit anno 773. vt è Rheginone apparet. licet enim ſubiectæ eſſent Imperatori in aliquibus, libertatem tamen in maximis retinebant, vt Spartacum Regibus ſuis, ac magiſtratus ipſæ creabant, & publico conſilio gubernabantur. quod antequam Pontifex Romanus Carolum Magnum non accerſiuerat, haud euenit. permanſere in hac
D libertate Longobardi vſque ad illud tempus, quo Pontifices Romani exceſſerunt Italia, & Auenionem commigrarunt per annos quingentos quinquaginta, & amplius: quod non facile reperies accidiſſe Italiæ ante ætatem Conſtantini.

Sed hæc à nobis haud numerentur inter maiora: illud præſtātiſſimum, numquam fuiſſe Italiæ tandiu liberas, ac tam potentes ſimul Ciuitates. fuerunt potentiores, ſed non tandiu liberæ. Nam Venetiæ ſemper omnino liberæ fuerunt ſupra annos iam mille ducentos, ac latiſſimo imperio potiuntur, quale poſt Romam nullum maius in Italia fuit Italico Regi, aut Ciuitati. 15.

Roma

Roma quidē perquam latiſſimo eſt potita, ſed in libertate haud fuit, niſi ab exactis Regibus anno 244. vſque ad Cæſaris dictaturām 704. per annos quingentos quadraginta, atque ita non perſtitit in libertate tanto tempore, vt Venetorum mirabilis Reſp. Nam quæ Italiæ Ciuitas, ſi Romā demas, tot in Italia Regiones Dalmatia Illyrioq. quæ Corcyræ, Cophaleniæ, Zacyntho, Cretæq. inſulas æquales obtinuit vmquam poſt gentium diſperſionem? Atqui ætate auorum noſtrorum Venetijs multo latius imperium contingebat. Sed tamen haud curamus de præteritis: de præſentibus agamūs. quod ſi illæ vellent antiquorum more in prœlia mittere quoſcumque armis ferendis idonei forent ditioni ſuæ ſubiecti, aut eorum maximam partem, an non ſupra decies centena mortalium poſſent armare? A B

16. Illud etiam poterimus adijcere, ante ætatem Conſtantini nūquam fuiſſe Italiæ tot, ac tam potentes, ac tandiu liberas ſimul Ciuitates. En Genua, cui paret non modo quidquid eſt ab Intemilio vſque ad ſpetiam, ſed Corſica etiam, maiorumq. noſtrorum memoria paruit Sardinia, paruerunt multæ è Cycladibus Inſulis, Theodoſia in Taurica Cherſoneſo multaq. alia loca. An fuere vmquam ſimul in Italia duæ Ciuitates tantæ, ac tam longe imperitantes? Quod ſi Genua vellet, quicumque militiæ ſunt apti, vel eorum maximam partem, producere in aciem: an non ſupra ſexcenta millia armatorum ſub ſignis haberet? & eadem tamen Genua plerumq. poſt exactos Longobardos in libertate permanſit per annos fere octingentos, quamuis ad breue tempus aliquando fuerit adducta in aliquorum poteſtatē. Nominentur ex Annalibus antiquis duæ ſimiles in Italia Ciuitates. Quid hic referemus Florentiam, Piſas, Senas, Lucam? quarum illæ tandiu libertatem ſunt tutatæ, ac late dominabantur, hæc vero adhuc tutatur. C

17. Neque in minoribus bonis reputandum nobis eſt, quod Italis omnibus tot fundi ſint communes, qui Clericis, dum viuunt, aſſignantur, vt ex eorum fructibus vitam poſſint honeſte tueri. Simile aliquid antea non ſcribitur in Italia fuiſſe ad vtilitatem Prouincialium communem, cuiuſcumque illi conditionis forēt. De beneficijs, vt vocant, Eccleſiaſticis loquor, quæ Clericis conferuntur, perque egeſtas plurimorum ſubleuatur, dignitas familiarum nobilium conſeruatur. Vt igitur tot hominibus benefiat, per Pontificias leges, Religionemq. & pietatem, cura, ſtudioq. ipſius, & eorum, qui ipſi obediunt, ſtabilitā, ſcimus effectū. D

18. Eo-

A Eodem refertur Epiſcoporum dignitas, quæ nulli non, quam- 18.
uis ſit ortus ex humili loco, modo ſit probatis moribus, ac me-
ritis, patet. Tantum ſane bonum non fuit Italicis ante Pontifi-
cis Romani auctoritatem ad Italos adductam. Vidit hoc Iulia-
nus Imperator: iccirco, vt antiquas ſuperſtitiones reſtitueret,
Antiſtites earum in qualibet Ciuitate curauit honeſtari, & am-
pliari opibus, dignitate, atque omnibus rebus, quæ poſſent aucto
ritatem conciliare, admirationem facere, ſplendoremq. auge
re: vt ex eius litteris ad Arſacium Galatiæ Pontificem liquet,
atque ijs, quæ late refert Nicephorus lib. X. cap. XXI. & XXII.

B Huc etiam faciunt prouentus illi communes, qui ſeruiunt 19.
tot mortalium miſerorum neceſsitatibus, & vſibus pijs, vt do-
tandis puellis nubilibus, quæ egeſtate premuntur, mutuo dan-
dis pecunijs, ſi quando Ciues egent, neque habent quo confu-
giant, ac pignoribus datis nummos accipiunt, quibus ſuccurrant
præſenti neceſsitati; aut bene fit ægrotis, qui ſatis de ſuo mor-
bum curare haud poſſunt ob inopiam ſummam. vt omittamus
perpetuos aliorum fundorum fructus ad expoſitos alendos, pe-
regrinos excipiendos, ac paſcendos ægros, quibus nulla eſt do-
mus, nulla res, curandos, parentibus orbos educandos. Quo-
C rum ſane nihil erat antiquis, & Italicis oppidis; nunc maximo
omnium bono adſunt. Iulianus Imperator hæc transferre in
ſuarum ſuperſtitionum ſectatores eſt conatus: vt idem Nice-
phorus teſtatur, quo nobilitaret illas, ac promoueret. Quæ
ſane omnia per Pontificem Romanum, Pontificioſq. procurata
ſunt: ac, ſi quis ea non magnifacit, vel maximum præſefert in-
genij ſtuporem, vel publicæ vtilitatis contemptum, & dignus
eo ſupplicio foret, vt in huiuſmodi ærumnas incideret, ſeriaq.
miſerijs opprimeretur, ac diſceret, quid ſit illud:

D *Non ignara mali, miſeris ſuccurrere diſco.*

Atque hic ego non ago de ædificijs, quæ ad hos fuerint vſus 20.
excitata, ſed de fructibus, ac reditibus amplis in idem contri-
butis, qui nulli erant ante amplificatam Pontificis Romani au-
ctoritatem.

An non autem ſingulare erit illud bonum, diuinumq. in pri-
mis, quod Italia poſt auctam Romani Pōtificis auctoritatem tē-
poribus pacatiſſimis fruitur, pacatiſſimis, inquam, ſi reſpicias

 antiqua.

antiqua. quod ita eſſe, abunde explicauimus lib. de Signis Ec- A
cleſiæ vigeſimo, ſigno XC. Eo nos reijcimus Lectorem, ne agamus actum.

De latiſſima Pontificij Imperij poteſtate, & eius diuturnitate. Cap. IV.

ENIMVERO torquet illud aliquos Italos quod Italiæ non adſit Imperator, vt olim, qui tot Prouincijs dominetur, quod Romæ deſit ille Senatus Imperatori adſidens, &, ſi quando ille voluiſſet, eum conſilio iuuans ad tot Populorum gubernationem. Atqui poſt Ner- B
uam nullus fere fuit Imperator Italici ſanguinis, omnes exteri, ac plerumq. efferi, ac truculentiſſimi, vt oſtẽdimus. Pauci fuere generis Italici, aut ſaltem è gente ciuiliori, & ad humanitatem nata, & inſtituta. Quin raro Imperatores iſti Romæ morabantur, in expeditionibus bellicis ſemper occupati erant. Quæ cum veriſsima ſint, & nunc Romanis, Italisq. eſt Imperator, & ſemper quodammodo fuit ab anno 312. vſque ad ætatem noſtram, qui ſe Romanorum vocaret Imperatorem, C
21. à Pontificeq. Romano id dignitatis aſſequeretur poſt annum octingenteſimum, & cum dignitate ius, quo magna Italiæ pars ratione feudi illi pareret. Non fuere ſcilicet iſti tam diri in Romanos, & Italos, nec tot ac tantis eos Tributis onerauerunt, & exhauſerunt, non coegere, vt, vellent, nollent, Itali nomen militiæ darent, & in bella procederent, non in Italia conſederunt, & eius viſcera comederunt, non tam latè dominati ſunt. Et quidem, ne ſuperiora acciderent, bene illud fuit. Haud negamus, tam late non imperitaſſe; diutius tamen: & nihilominus haud anguſte, vt nos oſtendimus libris de Fortitudine bellica, & am- D
plitudine imperiorum Catholicorum. Quo circa vſque ad Momyllum Auguſtulum deiectum imperio anno 476. fuere in Italia Imperatores poſt Conſtantinum per annos centum ſexaginta quatuor. Inde Herulorum, & Oſtrogothorum Reges vſque ad 552. poſt hæc imperatores, qui Conſtantinopoli morabãtur, ac Romanorum ſe vocabant Imperatores, magnamq. Italiæ partem tenuerunt, cætera Longobardi. donec anno 800. Longobardis non longe antea depulſis, creatus eſt à Leone Papa Imperator

A perator Romæ & Italiæ Carolus Magnus,teſte Eginartho, Ademaro, Rheginone, qui latiſſime dominabatur, cuius poſteritate deficiente, Italici nonnulli hanc dignitatem, poteſtatemq. retinuerunt Pontificis Romani beneficio: denique anno 962. Germaniæ Rex Otho 1. à Ioanne 12. creatus eſt Imperator, atque ex illo Germanici Reges ampliſſimè olim dominantes Romæ, & Italiæ fuerunt Imperatores, Pontifice Romano eis hoc donante, vt Rhegino, Marianus Scotus, Sigebertus, Vrſpergenſis, alijq. tradunt.

Quamuis igitur olim latius plerumque, (non enim ſemper B imperarunt Romani Imperatores ante Conſtantinum) non tamen diutius, & tunc quidem, cum latius, ſimul etiam crudelius, & maximo Romæ, & Italiæ malo, poſtea maiori Italiæ bono. Id vero totum eſt à Romano Pontifice, vt per annos prope octingentos Imperatoria dignitas Romæ, Italiæq. attributa ſteterit.

Quid, inquiet aliquis, ad meam dignitatem, ſi Gallicus, aut Germanicus Rex late imperitans, Romanorum ſeſe Imperatorem, Regemq. Italiæ vocet? Atqui, ſi ad Italiæ dignitatem non pertinet hoc, quid conqueruntur aliqui moroſi concidiſſe imperium C Romanum, neque nobis amplius impotenter, & crudeliſſime dominari Hadrianum Hiſpanienſem, Macrinum, Heliogabalum Syrum, Seuerum, Caracallamq. Afros, Philippos, Arabas, Maximinos Thracas, aut alia efferatiſſimarum gentiũ monſtra, quæ Italiam, Romamq. miſerrimè laniarunt: quod ſupra apertiſſime oſtendimus? Eſt ſane, quod pudeamus iſta ſcelera tot annos Italis dominata, & tamen adeo quidam præpoſteri ſunt, vt iſtos habuiſſe Reges non pudeat, doleant iſtos non regnare, conquerantur ab huiuſmodi feris Italiam, Romamque, & Orbem non lacerari, ac diſcerpi.

D Italiæ, Romæq. decus eſt, habere per Pontificis Romani ſtudium, curamque, & poteſtatem, qui è Gallis latiſſimas ditiones habuerit, è Germanis ampliſſimè præfuerit, & tamen hoc maxime glorietur, quod ſe nominet Imperatorem Romanorum, Regemq. Italiæ & ab alijs nominetur.

Neque inane eſt hoc decus, atque vmbratile. Tantæ eſt maieſtatis, vt, cui Romanus Pontifex fuerit largitus Imperatorium nomen, & dignitatem, is primas inter Chriſtianos Reges, qui ſemper potentiſſimi fuerunt, & maximæ apud omnes gentes exiſtimationis, teneat in conſeſſibus, conſultationibus publicis, &

aliis rebus tractandis, expediendis, tranſigendis, maxima apud omnes fuerit auctoritate. quæ ſi quis nihili facit, nihili ſane videtur. An non enim plurimi cunctis in rebus eſt momenti, præcipuas in rebus mortalium partes habere? A

Ecquando igitur ab Orbe condito ſortita eſt hoc Italia, vel Roma, vt eius vllus Antiſtes potuerit vmquam largiri tantam dignitatem, tantum decus Regi potentiſsimo inter potentiſsimos omnium Reges? ecquando potuit hoc largiri Rex vllus Imperator ve Romæ, aut Italiæ? Hui, quantum ſibi Roma tribuit, cum Nero, inſpectante Populo Romano, Tyridati coronam impoſuit, eumq. Armeniæ Regem declarauit? neque tamen inter potentiſsimos omnium Reges potentiſsimus ipſe Rex B primas ob id tenuit.

Atqui Pontifex Romanus per annos fere ſeptingentos multis Galliarum, multis Germaniæ Regibus maximis dedit, vt primas haberent inter maximos omnium Reges.

Iccirco illud inter ornamenta Italiæ, Romæq. cæleſtia ponetur, & ſingulare bonum reputabitur, vt illi contigerit Pontifex Romanus, quem tantis honoribus coluerint Imperatores ampliſsimi, & ampliſsimi omnium Reges, vt ad eius Pedes in morem ſupplicum procubuerint. quod non aperuimus lib. 20. ſigno 86. de ſignis Eccleſiæ Dei feciſſe cum Ioanne Pontifice Iuſtinum C Imperatorem, cum Conſtantino Iuſtinianum, Pipinum vero Francorum Regem cum Stephano Secundo, cui Stratoris etiam voluit exhibere humile miniſterium; Carolum Magnum cum Hadriano, Leone Tertio; Ludouicum Pium cum Sergio Secundo, & Nicolao Primo; Henricum Quartum cum Paſchali Secundo, Fridericum Primum cum Hadriano Quarto. at Ludouicus Franciæ, Henricusq. Angliæ Reges, cum ſcirent Alexandrum Tertium venire ad eos, obuiam progreſsi, Stratoris functi ſunt officio, dextra leuaq. equifrenum tenuerunt. quod etiam hoc noſtro ſæculo ad illuſtre Chriſtianæ putatis documentum, & in Sedem Apoſtolicam reuerentiã feciſſe fertur non minus religione pius quam bello inuictus Imperator Carolus V. D quamuis notiſsimum ſit cunctis, plurimos alios Reges idem feciſſe, Pontificumq. Pedes eoſdem ſolitos oſculari. Num tempus è tota antiquitate vllum proferri poteſt, quo Pontifici vlli Italico, vlli Imperatori, aut Regi, (quid Italicos moror?) vlli Regi, Imperatorive quicumque vmquam fuerit toto æuo, toto Orbe, tot, ac tanti honores, à tot, ac tantis Imperatoribus,

&

A & Regibus fuerint dati, vt Pontifici illi, qui Romæ Chriſti nomine, Chriſti perſonam ſuſtinens præſidet? En, quibus gloriari Roma poteſt, quibus Italia, per Pontificem Romanum.

Age vero, an non quotidie videmus, vbi creatus eſt Pontifex Romanus, ad illum colendum, obedientiam illi præſtandam venire Regum maximorum nomine Ligatos è tota Europa? & quorumnam Regum, Philippi verbigratia ſecundi noſtra ætate, qui latiſſime omnium, quicumque vmquam fuerint ab Orbis fabricatione, dominetur; qui tertiam totius terræ partem teneat imperio; Rodulphi II. Germaniæ Boemiæ, Hungariæ B Regis, & Imperatoris, Sigiſmundi Tertij, qui in Septentrione ampliſſimas omnium ditiones habet; vt alios aliarum mittamus? An hoc vmquam Regi vlli, Imperatorive haud dicam Romano, & Italico, ſed cuiuſuis gentis legitur contigiſſe? Et hoc igitur habet Roma, & Italia à Pontifice Romano. 23.

Numquid hic finis? An non ad colendum Pontificem Romanum iurandamq. illi, & præſtandam obedientiam venere Legati Dauidis Æthiopum Regis ex vltima Africa, & Principum Mexicanorum è remotiſſimis Indiarum Occidentalium Regnis ad Clementem VII. & ab extrema Africa rurſus Manicongi C Regis ad Iulium Secundum, noſtraq. memoria è Iapone, & longiſſime poſito Oriente Iaponenſium Regum ad Gregorium XIII. Quid ego hic referam Legatos ad eundem Pontificem Romanum miſſos ad idem à potentiſſimis Tartarorum Regibus ex Aſia? è quibus Cobilas à Cappadocia, Cilicia, Syriaq. dominatus eſt vſque ad vltimos Seras: quam ſane Imperij magnitudinem nullus vmquam Rex eſt aſſecutus ante ipſum in vlla Orbis parte. quod nos aperuimus libris de Fortitudine bellica, ampliſſimis, ac diuturnis Catholicorum Regnis, aduerſus impia Macchiauelli ſcripta. 24.

D Verum, dicet aliquis, Pontifex iſte Summus, qui Romæ præſidet, à Regibus huiuſmodi, & Imperatoribus ſpecioſos refert honores. nihil illi præterea eſt poteſtatis. Atqui, vbi opus eſt, & viderit ille opus eſſe, Imperatores, ac Reges ſolio deiecit, alios eorum loco poſuit. Sic Conſtantinus Papa abrogauit Occidentale imperium Philippico Imperatori anno 712. vt refert poſt Bedam Paulus Diaconus lib. 6. cap. 10. & ſub idem tempus, idem fecit Gregorius Secundus cum Leone Iſaurico, quod ab eodem notatur. Anno deinde 750. 25.

Zacha-

Zacharias Papa Chilpericum Francorum Regem Regni administratione ſummouit, ob inertiam, Pipinumq. creandum decreuit: quod Rhegino, & Ademarus ſcribũt. Et, ne ſingula perſequamur, quæ nos alibi complexi ſumus lib. XVII. ſigno 76. de ſignis Eccleſiæ Dei, Gregorius Septimus, ac ſequentes Pontifices Imperatoria poteſtate exuerunt Henricum Tertium, Innocentius Tertius Othonem Quartum, Innocentius Quartus Fridericum Secundum. Spoliatis autem ſubſtituti alij Imperatoriam dignitatem tenuerunt. Sic Innocentius Secundus Sanctium Portugalliæ Regem loco mouit, alium ſuffici curauit, Gregorius autem decimus Imperij Conſtantinopolitani Iura Michaeli Palæologo adiudicauit, alijs abſtulit. Sic alios alij regno depoſuerunt, alijq. ſubſtituti. En itaque, vt ſpecioſis honoribus duntaxat non contineatur Pontificia Maieſtas? Quid? nonne temporibus noſtris Alexander Sextus Indiarum ſiue in Oriente, ſiue in Occidente poſitarum latiſſimas regiones, ac denique tractus omnes terrarum, quas circumfluit Oceanus, & qui antiquis peruij non erant, diuiſit inter Caſtellanos, ac Luſitanos: & ex hac partitione ſic vtrique ſibi iura vindicarunt, vt, oborta controuerſia de finibus imperij ampliſſimi, ex illius præſcripto ſit iudicatum; neque illi ad alia confugerent aut confugiendum fore affirmarent? Quo circa Põtificia poteſtas apud Imperatores, ac Reges Chriſtianos, qui ab ætate Conſtantini non minus late ſemper omnes imperarunt, quàm forent Imperij Romani limites, non poſita fuit in vmbris, & imagine tantum, ſed in ſolida, & efficaci vi dante, aut auferente imperia, regnaque opulentiſsima, & omnium maxima, Orbem terrarum diſtribuens, ac partiens inter maximos omnium Principes, veluti inter filios ſuos. Quod ſane bonum, quæ ſane præſtantia numquam contigit Italiæ, numquam Principi vlli Italico, aut in Italia regnanti. Quod enim Romanis hac in re non euenit, nullis accidit. At hi regi vlli non abſtulere, aut dedere vel toties, vel vmquam tantum terrarum, quantum poſsidebant Henricus Tertius, Otho Quartus, Fridericus Secundus, quibus totus prope Septentrio, cum magna Italiæ parte, obediebat: numquam tam latas terrarum plagas iure ſuo partiti ſunt inter vllos, quot, ac quantas Alexander Sextus Pontifex Romanus; numquam Regnum florens ita, vti Galliarum, leguntur alteri quidem dediſſe, alteri vero abſtuliſſe. Atqui hoc Pontifex

Romanus

A Romanus egit, cuius opera ſuperioribus annis Polonica regna Sigiſmundus Tertius pacifice tenet, cum de illis controuerſia grauiſsima oborta eſſet, & periculum foret, ne bella exitialiſſima exardeſcerent, cognoſcente tantam cauſam ſumma cum maturitate ad hanc rem miſſo Hippolytio Aldobrandino, qui nunc eſt Clemens Octauus, à quo maxima Reip. Chriſtianæ bona expectamus. Numquid Romani tantas vlli Regiones in Europa iure ſuo addixerunt? Idem porro factitarunt ſæpiſsime Romani Pontifices, huiuſmodi litibus excitatis inter Principes de maximis Regnis, Boemico, Hungarico, Anglicano, Gallico, B Hiſpanico, Siculo, Neapolitano, Italico, Hieroſolymitano, & alijs, quæ longum nimis foret perſequi omnia, & recenſere. Et nunc quidem Gallicum Regnum nonne Pontificis Romani ſententiam, vel reformidat, vel expectat?

Quid, an non illi tributa pendêt, ac pependerunt ex antiquiſſimo tempore potentiſsima, ac remotiſsima Regna? an non illi etiam feudi iure multa ſubiecta vel fuerunt, vel etiam nũc ſunt? 26.
Mittamus Siculum, Neapolitanum, Sardum. talea fuiſſe oſtendimus alibi Luſitanicum, Anglicum, Polonicum, Danicum, Bolemicum, Noruegicum, Hieroſolymitanum, ſigno octuageſimo ſeptimo de ſignis Eccleſiæ Dei. Non eadem repetere hic C volumus: cum quiuis hæc ſibi videre poſsit. Quod ſi quibus hæc iura Romanus Pontifex remiſit, obedientia ſincera, ac ſimplici contentus, non id minuit eius poteſtatem; quamuis eam quidem diffugerint, quando illa in nummorum penſione non collocetur. Certe tandiu tanta Romanis haud adfuerunt. Anno enim 851. ſiue 47. Adelophus Angliæ Regnum Romanæ Eccleſiæ tributarium fecit, vt ſcribit poſt alios Polydorus Virgilius, atque ita per annos ſeptingẽtos tributum Romano eſt hoc Pontifici perſolutum, donec illud Henricus VIII. negauit. Ro-D manis quidem nulla regio tam remota dedit hoc nomine aliquid huiuſmodi per annos ſeptingentos ante Conſtantinum minus antiqua, ac diuturna ſunt aliorum regnorum.

Enimuero finibus hiſce Romani Pontificis poteſtas haud coarctatur. Notiſsimum namq; eſt, ab ipſo ordinari Epiſcopos, quibus obediant longiſsime poſiti Populi ad Auſtrum, Boream, Solis ortum, & occaſum: & qui ex his per alios eliguntur, neceſſe eſt ab ipſo confirmari. Quo circa ex vltimis Meſopotamiæ, Perſidisq. finibus, ex Armenia, & Media veniunt, mittuntque, qui accipiant ab ipſo plenam poteſtatem, qua Populis iura diuina 27.

tina præſcribant. Sic Pio Quarto ſedente Abdiſu Romam venit hac de cauſa, cui Perſæ, Medi, Armeni, Indique parent: vt è litteris eius, ac fidei profeſſione liquet; quæ in Latinum ſermonem cum multis alijs ſimilibus vertit Andreas Maſius Bruxellanus, & habet in ſua Bibliotheca Sixtus Senenſis. Sic ab eodem Romano Pontifice Epiſcopi dantur, qui Populos regant in vltimis Serum, Iaponenſium, Indorumque Orientalium, & Occidentalium terris. Vt vere Dauid cecinerit illud Pſal. 41. Conſtitues eos Principes ſuper omnem terram: memores erunt nominis tui, Domine; & Iſaias cap. 49. Ecce eſti de longe venient, & ecce illi ab Aquilone, & mari, & iſti de terra Auſtrali; aut, ſi quos delectant Prophana, nunc multo verius Romæ, quam prius, conuenit, quod ait Virgilius Aen. lib. 1. A B

His ego nec metas rerum, nec tempora pono
Imperium ſine fine dedi, Et
Imperium Oceano, famam qui terminet aſtris.

Olim namque vltra Oceanum Romana arma non penetrauerunt. nunc ſummota ſunt per Pontifices Romani ditionem, fixa Oceani confinia. & Romanorum ſane Imperio antiquo metæ rerum poſitæ fuerunt, tempora præſtituta, quibus illud côcidit, niſi quatenus ab ipſo Romano Pontifice eſt ſuſtentatum. Huius ditio ſine fine erit vſque ad vltimum Magni Iudicij diem, & multo diutius, quam Romæ Imperium durauit. C

28. Sed, quoniam non nullis adeo cædes, mortaliumque ſtrages, Vrbium, Regionumque vaſtitates placent, vt, niſi hæc, cum Populi ad obedientiam adducuntur, accidant, nihil ijs actum videatur; ideo Romani Pontifices poteſtas in diuinitatis æternæ ſplendore, atque intimo illapſu poſita à cædibus, quantum fieri poteſt, Ciuitatumque ruinis abhorrens, iſtis non probatur; & addunt præterea, nihil illi eſſe diuitiarum, nil opum, quod ſcilicet ferro non agat, vt prius à Chriſtiana Religione alieni agebant, ac more Octauiani, Tiberij, Caij, Claudij, Neronis, Galbæ, Othonis, Vitellij, Veſpaſiani, Domitiani, Hadriani, Commodi, Seueri, Caracallæ, Heliogabali, Maximini, Gallieni, Aureliani, Carini, Maximiani, Orbem terrarum non expilet. Cum tamen, ſi agatur de opibus, nullus vnquam tot, ac tantas diſtribuerit, ac diſtribuat quotidie, toto Orbe terrarũ, vt Pontifex Romanus; ita, vt, ſi quis affirmet, in reditibus D

Eccleſia-

A Eccleſiaſticis, quos inter varias gentes, variosq. homines Romanus Pontifex partitur, eſſe ducenties centena millia aureorum, ſiue ducentas myriadas, non aberrabunt à vero. vni Toleto aiunt eſſe decies centena millia. quarum Eccleſiarum iuſpatronatus & nominationes nonniſi à Sede Apoſtolica fuere Regibus, ac Principibus Chriſtianis conceſſæ, & liberalitate eius datæ. vt omittamus opulentiſſimos Prouentus Epiſcoporum Germaniæ, Boemiæ, Galliæ, ac reliquæ Hiſpaniæ. Atqui nulli Imperio re vera fuiſſe tot diuitias, quas inter ſuos diſtribueret Princeps, poteſt aſſeuerari, niſi ſequi velimus fabulas B Ægyptiacas, aut huiuſmodi quædam.

Verum non his cancellis ampliſſima Romani Pontificis poteſtas concluditur, & aſtringitur. Epiſcopi namq. vel ab ipſo delecti, vel confirmati ipſos Reges creant, Reges eligunt potentiſſimos, aut ius regnandi eis dant legitimum, & plenum. notiſſimum namq. eſt, in creandis Germaniæ, Hungariæ, Boemiæ, Poloniæq. Regibus maximis primas eſſe Epiſcoporum. notiſſimum, Reges Galliæ, Angliæ, Scotiæ, Daniæ, Suetiæ, niſi vngerentur, & coronarentur ab Epiſcopis, non fuiſſe omnino pro Regibus habitos, vt aperuimus ſigno 76. de admiranda ſacræ C poteſtatis progreſſione lib. XVII. At Hiſpaniarum Rex, omnium, quicumque vmquam fuerint, ampliſſimus, Inquiſitionis ſacræ Tribunali ſpeciatim præ cunctis alijs eſt ſubiectus. Eodem ſigno oſtendimus, olim à Patriarcha Conſtantinopolitano, & Hieroſolymitano ſolitos Imperatores, ac Reges coronari, neque illis Imperatoriam, Regiamve poteſtatem conſueſſe attribui, niſi poſtquam rite fuiſſent coronati. quod in Anaſtaſio Zonaras tomo 3. tradit. quamuis, ex quo Patriarchæ Conſtantinopolitani abiecerunt obedientiam Papæ, ius coronandi Imperatores ad ipſos pertinens ad nihilum fuerit redactum. Nam, D & ſolitos, vbi coronantur Reges, iurare, ſe Religionem Catholicam, cui Pontifex Romanus præeſt, tuituros, nemo eſt, qui ignoret. Quamobrem, cum Papa Epiſcopos ordinet, à quibus vel Reges tanti eliguntur, vel plenum ius aſſequuntur per tot iam ſæcula annorum, quod nam fuit vmquam tempus, quo Regi alicui aut Imperatori Italico per tot ſæculorum ſpatia tantum poteſtatis contigerit? Romani enim quingenteſimo ab Vrbe condita anno vix Italiæ fines egreſsi erant, quin Italiam totam non dum adduxerant in ſuam poteſtatem. anno enim 595. cum Ligures continenter bella cum Romanis geſsiſſent, per an-

29.

nos octuaginta, neque vmquam fuiſſent adducti in poteſtatem, A tandem ſub imperium miſsi ſunt. quod Strabo lib. IV. Florus in Epitome tradit. Galli autem Ciſalpini, cum venit Hannibal in Italiam anno 535. non dum ditioni Romanæ parebant. milleſimo autem ſexageſimo quarto, imperium Romanum peruenit ad Conſtantinum, vt quidam numerant. Sic itaque ſexcentis annis amplitudo illius inter gentes à cultu Chriſti alienas non ſtetit. Pontificia vero poteſtas, Reges ita ſubiectos habens, vt Regium ius pendeat ab Epiſcopis ab ipſo ordinatis, durat ex quo Clodoueus Galliarum Rex anno 496. nomen Chriſto dedit, & à B Remigio baptizatus, vnctusq; eſt Rex Galliarum, quin ex quo Pulcheria Auguſta anno 450. Marcianum ſibi Imperij conſortem adſciuit, & induxit in mores, vt Imperatores à Patriarchis coronarentur: vt adnotauimus ſigno 76. Atque ita poteſtas hæc Romani Pontificis perſiſtit in his ſupra annos mille centum quadraginta. An hoc exiguum videtur? Et quæ maior non Italiæ modo, ſed vlli Regioni contigit vmquam maieſtas?

Hæc autem vera ſunt adeo, vt, cum Galliarum Rex vngitur ab Archiepiſcopo Rhemenſi, is accipiat baculum, diſſeratque; per illum ſe dare Galliæ Principatum Regi, propter ius, quod C Hormiſdas Papa Sancto Remigio dedit, aſſeuerans, ad ſe in primis eligendi Regis poteſtatem pertinere. quæ refert Papirius Maſſonus Gallicus ſcriptor in vita Henrici Primi. Rurſus eligendi Germaniæ Regis, & Imperatoris poteſtas, Electoribus Septem conueniens, ijs data eſt ab ipſo Pontifice Romano, qui ſibi hoc ſpeciatim vindicant non alia de cauſa, niſi quod Pontifex Romanus id ipſis eſt largitus, vt poſt Innocentium Tertium in c. venerabilem, de electione, Germanici ſcriptores Iordanus lib. de tranſlatione Imperij, Iacobus Vuimphelingius in Epitome rerũ Germanicarum, c. 20. Crantzius lib. 4. Saxoniæ c. 25. Nauclerus vol. 3. generatione 34. Vt taceamus Ioannem Carionem, & D hæreticos Magdeburgenſes. Et eiuſdem conceſsionis extat teſtimonium Concilij Viennenſis Generalis, vt eſt in Clementina Romani, de Iureiurando, quin ipſorum Electorum, quorum verba ex inſtrumento publico anni 1279. refert cum ſuperioribus Robertus Bellarminius proprio libro edito aduerſus oppugnatores huius rei. Igitur poſt annum 995. Gregorius Quintus hoc ius Septem Germanicis Epiſcopis, ac Principibus dedit: antea ſolus Pontifex Romanus Imperatorem legebat ab anno 800. quo Carolum Magnum coronauit. Epiſcopi porro, & Proceres Germaniæ

A Germaniæ omnes ſimul ſuum Regem conſtituere cœperunt ab anno 887. quo in Concilio Triburienſi deiectus eſt Carolus Craſſus, illique ſuffectus Arnulfus, vt e Rheginone, Sigeberto, & alijs apparet. Ex anno autem 995. Septem Principibus ſolis id iuris datum. En itaque, e quanto tempore Pontifex Romanus tantam ſuis Epiſcopis poteſtatem fuerit largitus, quos ipſe ordinat, & confirmat. an tanta fuit vnquam Regi vlli per tot annorum ſpatia? quid amplius velis? num bella? num cædes? num Populorum, Regionumque euerſiones? Hæc non a Pontificibus vnquam Romanis proficiſcuntur, ab ipſis ornamenta, B decoraque latiſſima locorum, quæ deſerta, & inculta ab Orbis fabricatione perſtiterunt, vt oſtendemus loco ſuo.

Iam vero inter exigua connumerabitur, quod ab anno 717. vſque ad noſtra tempora Pontifici Romano plerumque obedierit Latium, magna Etruriæ pars, Vmbria, Picenum, Rauennæque Exarchatus, & vſque ad Northmanorum Principatum Beneuenti Ducatus, qui continebat Campaniam, Samnites, Veſtinos, Pelignos, Marſos; Vt enim docuimus ſigno de admiranda progreſſione ſacræ poteſtatis Philippico, & Leone imperantibus, omnes hæ Regiones Pontifici Romano ſe prorſus C addixerunt, & in eius obedientiam iurarunt, abalienatæ à Conſtantinopolitanis, vt ex hiſtorijs Landulphi Sagacis, Pauli Diaconi, & aliorum nos ibi probauimus. ex eo per annos nongentos ſeptuaginta quinque vt plurimum Papæ paruit Roma, cum ſuperioribus locis, quamuis Imperatores quidam Germanici, ac Tyranni interturbauerint aliquando has Papæ ditiones. Atqui nulli Italico in Italia contigit, vt ante Conſtantinum, vel etiam poſt illum tanto tempore imperium tantum tenuerit. Romani anno 264. quo fuit à Gallis Vrbis euerſa, paucis, & exiguis Oppidulis imperabant circa illam. & milleſimo, vt diximus, & ſe- D xageſimoquarto Chriſtiani Imperium Romanum exceperunt: atq. ita ſeptingentos annos à ruinis illud produxere ad noſtros. quod ſi his adijcias annos etiã, qui intercedunt à Conſtantino ad Momyllum, colligentur nongenti ſeptuagintaſex. Atqui poſt Vrbis excidionem anni ducenti elapſi ſunt antequam Romani tantum terrarum in Italia acquirerent, quanto potitus eſt Pontifex Romanus tot annos, quot recenſuimus, vt è Liuio, & Floro apparet: ita, vt vere aſſeri poſſit, nulli Italico Principatui cõtigiſſe, vt in Italia tot annos tantum regionum ditione ſua contineret, quantum Pontifex Romanus, qui, & ante Philippum,

Leonemq. Iſauricum Gothis exactis in Vrbe, & Occidente cœpit magis, ac magis exercere imperium ſuum. quod oſtendimus late ſigno de liberalitate 42.ca. 13.lib. 10. atque ita multo diuturnius tempus Pontificij Principatus colligere poſſemus. A

Illud intereſt inter hunc, & priſcum Romanæ Vrbis imperiũ; quod hoc extenuabat, vt vidimus, & exhauriebat Italicorum omnium vires, ac poteſtatem, & ad ſe omnino transferebat, euertens oppida, delens populos, adimens fundos, inducens colonias. Pontifex non ita. Id ſi malum eſt Italis; quid bonum ſit, nemo iam ſciet.

Denique, ſi Italicis eſt ornamentum, decuſque, habuiſſe per tot ſæcula Principem ſuum in Italia conſidentem, quo ex omni tempore nemo latiores in Italia ditiones habuerit, id per Pontifices Romanos habent. B

32. Non omittamus & illud Pontificiæ poteſtatis eximium, ſpectare ad illum, nomen Regis Principibus attribuere; ideſt conſtituere, qui primas inter alios Principes huiuſmodi honore haud dignatos obtineant, exteriſq. præcellant, & auctoritate maiori polleant apud alios mortales. Nam, quod Hungariæ Rex appellatur, eſt à Pontifice Romano conceſſum Stephano, vt teſtatur Bonfinius, & Cartuitius, qui Poloniæ, à I oanne Vigeſimo ſecundo, vt Cromerus ſcribit: nomen enim Regis interciderat in eo Principatu: quod Portugalliæ, ab Eugenio Tertio, id tradit Rodericus; quod Scotiæ Rex vocetur, ab Vrbano Secundo earum Regionum Ducibus eſt indultum, refert hoc Leſlæus. C

33. Eiuſdem poteſtatis eſt, Concilia generalia Epiſcoporum conuocare ex omni totius Orbis natione illuſtriori. Ad quæ conuenientes innumeri ab extremis vſque partibus terrarum, de rebus diuinis tractent, & quæſtiones grauiſsimas decernant, ad publicum totius Reip. Chriſtianæ ſtatum, regnorumque, & imperiorum decus, & ſtabilitatem pertinentes: quod ſpectat ad ſolum Pontificem Romanum; cuius eſt ea cogere, moderari, ac diſſoluere. quæ nos late perſecuti ſumus ſigno de ſanctionibus vniuerſalium Conciliorum 14. lib. V. D

34. Illud autem ſine culpa non poteſt omitti, Pontificem poſſe decernere alicui quaſi in cælites recepto cæleſtes honores, ita vt in vota à ſupplicibus inuocetur, & omnium maxima veneratione in terris colatur, idq. licet fuerit is homo abiectiſsimus, modo ſancte, ac pure ſupra omnes vixerit, & diuina cæleſtis vitæ documẽta dederit inter mortales. Atque is anniuerſaria commemoratione

A memoratione aſcriptus in Martyrologio toto Orbe Catholico ſuperis annumeratur, ſuperumq. reuerentia ſuppliciter honoratur. Hoc autem nemo vmquam valuit efficere. Imperatores olim viui conſecrabantur: ſed mortui vituperationibus ſcriptorum proſciſsi erant deriſui, patebantq. omnium, & præcipue ſapientum ludibrio, & pauci ſimulatè illis honores impendebant: at Pontifex id vel humillimis, vt habeant, iure elargitur. An hoc tenue? an non diuinum?

Ad ſummam, hac in re maxime ſe diuino munere extollunt ſupra omnes nationes Itali, quod habuerint Principem cæleſtē,
B Pontificem ſcilicet Romanum, qui per multa ſæcula dederit potentiſsimis Regibus, vt primi eſſent inter potentiſsimos Orbis terrarum Reges hoc ſolo, quod ipſius conceſſu vocabantur Imperatores Romanorum; quam dignitatem ſequebantur amplæ in Italia ditiones; ipſe autem Pontifex ita colatur à maximis omnium Regibus, & Imperatoribus, vt nemo vmquam viuens à talibus ſit cultus, quin illi obedientiam ſingularem per ſuos Legatos ſemper iurent, & quidem è tam remotis oris miſſos, vt ex adeo longinquis numquam ad vllum fuerint hac de cauſa, vel vlla etiam, miſsi; Ipſe autem Reges, & Imperatores maximos ſo-
C lio deiecerit, aliosq. ad illud euexerit, ita, vt nemo ex vlla Orbis parte vmquam tot, ac tam magnis ditionibus imperantes vel eis exuerit, vel ad eas promouerit. & eidem per tantum tēpus maxima Regna tributum ſoluerint, quantum nulli hac in re euenit. opes porro tantas inter ſuos partiatur, quantas nullus vmquam Rex, vel Imperator; ex his vero Epiſcopi ab ipſo ordinati potentiſſima imperia, ac regna dent; atque ex antiquiſſimo tempore ſoliti ſint dare; ac rurſus ex his aliqui vt poſſint id, habeant ipſius Pontificis largitione; & ipſe ſimiliter tot in Italia ditiones per tantum temporis poſsidebit, quantum nulli in
D Italia Principatui legitur vmquam contigiſſe, nomenque, & decus Regium magnis Principibus impartiatur, Epiſcopos è toto Orbe in vnum cogat ad grauiſsima omnium decernenda, eorumq. conuentus ipſe diſſoluat, ac moderetur. atque, vt finem tandem faciamus, nam reliqua dicemus ad operis finem, cæleſtes honores hominibus, vel abiectiſsimis, toto Orbe Catholico, toto æuo habendos, iure decernat.

Singularia

A cam reduceret, & 434. idem Palladius à eodem Cæleſtino eſt ordinatus Epiſcopus, ac miſſus ad Scotos, credentes, inquit Proſper, qui his temporibus vixit, in Chronico ſuo, cui Beda conſentit lib. 1. cap. 13. hiſtoriæ Anglicæ, & libro de ſex ætatibus mundi, ſiue de temporum ratione, in Theodoſij minoris vita. ex quo apparet, falli, qui vitam S. Patricij ſcripſit, affirmantẽ Scotos Deo nomen haud dediſſe Palladio Epiſcopo viuente; cùm tam Proſper, quàm Beda teſtentur, eos iam credidiſſe, cum primus eſt illis Epiſcopus datus Palladius, & nihilominus à Pontifice Romano Patricius Britannus eſt ad idem mu-
B nus delectus, qui tamen Epiſcopus non eſt conſecratus, niſi poſt obitum Palladij, diſcipulis huius petentibus per Amatorem Epiſcopum, vt vult, qui ſcripſit eius vitam. Tum vero Scoti Hiberniam tenebant, & in eam Britanniæ partem irruperant, quam de ſuo nomine Scotiam vocarunt. Commaculatus porro eſt, ac fere exciſus in Britannia verus Chriſti cultus hæreſibus Pelagij, & aliorum, vt Gildas conqueritur, quo tempore Angli è Saxonia à Britannis aduerſus ingruentes Pictos, & Scotos acciti, non modo Inſulæ loca cuncta occupauerunt, ſed cuncta vaſtitatibus repleuerunt, ac viginti octo, inquit Beda,
C nobiliſsimas Ciuitates euerterunt; ita, vt, imperante Iuſtiniano, Iornandes ſub annum 558. ſcripſerit lib. de rebus Geticis, Britaniæ Reges in virgeis caſis, cæteros autem cum pecoribus ſimul in ſtabulis habitaſſe. ſic autem pura, quæ & Catholica Chriſti doctrina eſt ab hæreſibus exterminata, vt Beda in vita Auguſtini referat, quo tempore ille ad Inſulam venit, qui ſuperfuerant, Britannos, omnes hæreticos fuiſſe.

Igitur anno 603. centum quinquaginta annis poſt aduentum Anglorum Auguſtinus, alijq. Itali à Gregorio Magno miſsi, Populos Britanniæ, quæ ab Anglis eſt Anglia vocata, ad Chriſtum
D perducere cœperunt; atque ex eo ſic Inſula eſt omnibus bonis amplificata, quod aperiemus, vt nulli vlla in re Inſulæ, quæcumque illa ſit, cedat; pleraſq. omnes poſt ſe longiſsimo interuallo relinquat: cum prius, vt è Iornande diximus, ipſi Reges in virgeis caſis habitarent. &, quamuis Beda dicat, in illa fuiſſe 28. Ciuitates nobiliſsimas, antequàm diruerentur ab Anglis, anno ſcilicet 453. tamen intelligo nobiliſsimas, vt illa tẽpora in huiuſmodi locis ferebant, quin eas colonias Romanorũ fuiſſe, nõ Britannorũ ſedes: vt videtur Gildas aſſerere. Certiſsimũ namq. eſt, anno Chriſti 220. hũc fuiſſe Inſulæ ſtatũ, quẽ deſcribit his verbis

Dio

Dio in Vita Seueri: Britannorum duo ſunt genera, Caledonij, & Mæatæ. nam cæterorum nomina ad hos ferè referuntur. incolunt Mæatæ iuxta eum murum, qui inſulam in duas partes diuidit: Caledonij poſt illos ſunt. poſſident vtrique montes aſperrimos, & ſine aqua; itemque campos deſertos, plenoſq. paludibus: quodq. mœnia non habent, nec vrbes; agros nullos colunt: de præda, & venatione, bacchiſq. arborum viuunt: nam piſces, quorum ibi maxima eſt, & innumerabilis copia, non guſtant: degunt in tentorijs nudi, & ſine calceis: vtuntur communibus vxoribus, liberoſq. omnes alunt. apud hos Populus magna ex parte Principatum tenet: latrocinantur libentiſſime: militant de curribus: equos habent paruos, & celeres: pedites currunt celerrime: dum ſtant, firmiſſimi ſunt. horum arma ſunt ſcutum, & haſta breuis: in cuius inferiore parte pomum eſt ex ære, vt, dum concurritur, hoſtes ſonitu perterrefaciant. pugiones quoque habent: ſed in primis famem, frigusque, ac labores omnes perferunt: nam merſi in paludibus capite tenus, per multos dies inediam ſuſtinent: in ſiluis autem, corticibus, atque radicibus arborum aluntur. Hæc Dio. E quibus, vt inſulæ ſquallorem, incolarumq. feritatem diſcimus, ſic mendacia illorum deteguntur, qui Reges quoſdam Britannorum proferunt, eorumq. longiſſimas ſucceſſiones: cum Dio teſtetur, inter eos plerumq. fuiſſe gubernationem Popularem. Quo circa è Porphyrio docet nos ipſe Gildas, Britannos, ſi qui fuerunt in Britannia, Reges, pleroſq. omnes Tyrannos fuiſſe; ita, vt ille ſcripſerit, Britannia fertilis Prouincia Tyrannorum. Ac, re vera ita eſſe, docet nos, multis editis querelis, idem Gildas, cum facta deſcribit atrociſſima Conſtantini, Aurelij, Conani, Vortipotoris, Cuneglaſi, Magocluni Tyrannorum. Talis itaque ſtatus Angliæ fuit ab ortu Mundi vſque ad Auguſtini aduentum per annos, vt quidã numerant, quatermille ſexcentos nonaginta duos.

Auguſtinus autem miſſus à Gregorio I. Papa Cantuariam ſtatuit ſedem, quæ toti Inſulæ in ſacris tradendis præeſſet: in eaq. ſeptem ſibi ex ordine ſuccedentes Archiepiſcopi fuerunt, omnes Itali, vt poſt Bedam notauit Polydorus hiſtoriæ Anglicæ lib. IV. Miſsi ſunt etiam poſt illum ab eodem Gregorio Mellitus, Iuſtus, Paulinus, Ruffinianus; Romæ præterea eſt inſtituta Anglorum ſchola, multiq. ad Vrbem non modo priuati viri ex Anglis, ſed, & ipſi Reges Religionis cauſa ventitabant, vt ex eodem Beda, & Polydoro habemus.

Ex

A Ex Anglia per Italos ad Chriſti cultum perducta prodijt eorum doctrina excultus Bonifacius Anglus, qui de mandato Gregorij Secundi anno Chriſti 720. in Germania Chriſti doctrinam cœpit diſſeminare, & ab eodem mox Epiſcopus ordinatus anno 724. deinde à Zacharia Papa petentibus Carolomano, & Pipino Francorum Regibus ante annum 750. Archiepiſcopus Mogũtinus effectus plurimos Epiſcopatus in intimis Germaniæ locis, ac plurima monaſteria erexit. ex illo Germania prius horrida, & nihil culti habens, ad tantam, quam cuncti ſuſpiciunt, & mox attingemus, fælicitatem peruenit, poſt annos quatermille octin-

B gentos tredecim ab Orbis fabricatione.

Nicolaus 1. ſedere cœpit anno 858. ab eo miſſi in Boemiam, terram ſquallentem, ac nihil habentem dignitatis, Cyrillus, & Methodius, qui Romæ in monaſterio, quod in cliuo Scauri extruxit Gregorius Magnus, vt nos alibi docuimus, commorabantur. ab his ad humanitatem, moreſque ciuiles, & Chriſtianos, expoliti Boemi, cum ſua regione ad hanc, quam nemo non miratur, omnium bonorum affluentiam perducti.

Idem Nicolaus Eccleſiam Bremenſem, Hamburgenſemq. coniunxit, ab Epiſcopo Colonienſi exemit, eique præficiens An-

C ſcharium, & mox, eo defuncto, Rhembertum, dedit in mandatis, vt inter Aquilonares gentes Chriſti cultum propagarent: quin, cum Froto Danorum Rex ad Agapetum Pontificem Legatos miſiſſet petens, vt ad eius Regna mitteret, qui Chriſti doctrinam diſſeminarent, quod Saxo lib. 9. ſcribit, adijcit Crantzius, ab eodem Agapeto conceſſum fuiſſe Adalgago Archiepiſcopo Hamburgenſi, vt Romanæ Sedis nomine in Dania Epiſcopos crearet.

Poſtea tamen, quod tempora ita exigerent, cum Rex Daniæ Ericus Romam petiſſet, obtinuit à Pontifice Romano, vt Lau-

D denſis Epiſcopus Daniæ, Suetiæ, Noruegiæque præeſſet, & Romanæ Sedis nomine mitteret, qui in ijs locis late doctrinam Chriſti amplificarent. Id tanti fuit, vt Danicus ſcriptor Saxo lib. xij. ſcriptum reliquerit: Nec parum Dania Romanæ benignitati debet, qua non ſolum libertatis ius, ſed etiam exterarũ rerum dominium aſſecuta eſt. Sequenti deinde tempore Nicolaus Cardinalis multos Populos Noruagieſium Chriſto adiunxit, eiſque Archiepiſcopum ſuum conſtituit. quod Saxo lib. xiv. & Crantzius in Metropoli ſua tradunt.

Adalbertus Epiſcopus Pragenſis à Boemis eiectus Romam ve-

niens, & à Pontifice Romano exceptus, de ipſius iuſſu rediens, A acceptoque ab ipſo, inquit Cromerus lib. 3. commeatu, in Hungariam profectus, Hungarorum Regem Geyſam, Stephanumq; Chriſto adiunxit. quod & Dubrauius ſcribit hiſtoriæ Boemicæ lib. vj. qui & addit, ab eo ſex monachos Romanos in Hungariam, Poloniamque adductos, illi auxilio maximo fuiſſe in promouendis rebus Chriſtianis: è quibus aliqui inter Hungaros Epiſcopi creati, Gaudentiuſque illorum vnus Gneſnæ primus Epiſcopus factus, qui eſt Metropolita Poloniæ.

Ægidius ſimiliter Cardinalis Romanus in Poloniam miſſus à Pontifice, Regi, qui iam tum Chriſto nomen dederat, animum B dedit in amplificando Chriſti cultu, multoſque Italici ſanguinis Epiſcopos Poloniæ dedit. quod Cromerus lib. 3. refert.

Denique, vt finem faciamus, oſtendimus nos late lib. 4. de ſignis Eccleſiæ Dei, ſigno vi. non alio, quàm Romanorum Pontificum ſtudio cultum Chriſti diſſeminatum in Anglia, Scotia, locisque omnibus ſupra Danubium, Rhenumque poſitis: quin pleroſque omnes, qui huic rei dederunt operam, fuiſſe monachos ex ordine, & inſtitutis S. Benedicti Itali, aperuimus ſigno xij. cap. iij. lib. 5. Populos porro illarum regionum maximæ feritatis fuiſſe, nullis litteris, nulla diſciplina, ſigno xxviij. lib. 7. & lib. C 22. cap. 9. ad finem; loca horrentia, ac nullo cultu ex antiquiſſimo tempore ſemper extitiſſe docuimus ſigno 88. de cultu deſertorũ locorum lib. xx. ſigillatim vero, quantum malorum terris, ac populis illis antea fuerit, quantum bonorum ſit acquiſitum, recenſuimus libro vigeſimo ſecundo, certiſſimis omnium teſtimonijs in medium productis. Rurſus, quantum præ cunctis Regibus Angliæ, Scotiæ, Germaniæ, Boemiæ, Hungariæ Poloniæ, Daniæ, Suetiæq; Reges fuerint diuinitus amplificati, ex quo Pontifici Romano obedientiam præſtant, explicauimus lib. 21.

Mirabile ſit igitur, poſt tot annorum millia tantos terrarum D tractus, qui duplo ſunt Europa reliqua maiores, tot bonis auctos, tot malis liberatos, tam breui (ſi reſpicias anteacta ſæcula) tempore, ex quo amplexatæ ſunt eorum nationes Pontificis Romani præcepta, ac diſciplinam. Prius enim nullæ illis certæ ſedes, indigentia omnium cibariorum, fœditas turpis in conuictu, nullæ vrbes, nullæ domus: nunc vrbes, & quidem munitiſſimæ, frequentiſſimæ, plurimæ, mirabili decore, amplitudine, ſitu, emporia nobiliſſima, nundinæ, mercatura opulentiſſima; pro ſterili olim tellure ſubijt fecunda; &, cum nulla ijs eſſet agricul-

A tura, nunc ſingularis ſit; multis in locis etiam vineta, viuaria, nemora exculta; pro dumetis villæ inſignes; pecorum, & equorum ſpecies vtilior; innumeræ porro auri, argenti, ferri, æris, cupri, omniumq. metallorum fodinæ, machinæq. ad hæc ingenioſiſſimæ, quarum prius aut nullus, aut tenuis erat vſus. Quid hic memorem gemmas, thermas, lina, lanificium, aulæa, ſericeas artes, artificiaq. omnis generis infinita: quæ ſane prius aut nulla erant ijs, aut obſcura.

An referemus exterarum gentium inundationes in iſta loca repreſſas? tot indigenarum millia prius occiſa, capta? nullus B erat antea publicarum rerum ſtatus, nulla familiarum nobilitas, nulla Regiarum cognationum ſatis diuturna ſucceſſio, nulla ijs facta egregia, & quæ laudem, gloriamve honeſtam ſuis auctoribus inter exteras, ac remotas gentes adſciſcerent: poſtea vero nobilitas ſingularis, Regiarum cognationum longiſſimæ ſucceſſiones, cum maximis, & Regibus, & Imperatoribus Orientis, & Occidentis affinitates, geſta immortalia, & laudabiliſſima, ad laudem nominis, celebritatemq. ſempiternam vſque ad remotiſſimos populos comparatam.

Pudet me hic repetere ſuperſtitiones diras, ſtolidas, ac magi-C cas, quæ olim Populis iſtis erant. eas adductis locis aperuimus.

Non tamen ſilentio præteribimus, in vnius Dei cultum conueniſſe tot, ac tantas nationes, tam diſſimiles, tam diſcrepantes, & belluinas coijſſe in incredibilem mentium coniunctionem; extitiſſe ijs innumeram ſanctiſſimorum virorum, fœminarum, virginum multitudinem, & ex ijs aliquas linguarum multiplicium doctrinis liberalibus, dono prophetiæ admirabiles, præterea vero Reginas, aut Regum ſorores, & quidem religioſarum ſodalitatum inſtitutrices, plurimas adhuc, quæ intrepido pectore pro virtutis officio tuendo, aut Religione vitam libentiſſime pro D fuderint, & in his Reginas clariſſimas, ac præter has innumeros exercitus Martyrum, Reges ipſos Martyres, aut alioqui ſanctiſſimos, quorum memoria cultu anniuerſario toto Orbe Catholico colatur. Vt omittamus Pontifices, Archiepiſcopos, Epiſcopos, Sacerdotes, Abbates, & cuiuſuis conditionis, ætatiſque, ſanctimonia, vitaq. cæleſti admirabiles, ordinum religioſorum auctores, cultus Chriſtiani amplificatores.

Quid hic recitabimus Epiſcoporũ, Abbatum, Canonicorumq. nobiliſsimos conſeſſus, illuſtriſsima monaſteria, innumera, ditiſsima, templa magnificentiſsima, plurimaq. ornamẽta eorum,

opes Eccleſiaſticas, Theologos, & Philoſophos eminentiſſimos? tot eorum ſcripta, concionatores ſacros, præclariſſimos omnium literarum, linguarum, diſciplinarum cognitionem profundam, ſcholas frequentes, gymnaſia omnium doctrinarum publica, tot, ac tanta? Aſtrologos, Arithmeticos, Geographos, Dioptras, Meteoroſcopos, Geometras, Mathematicos ſummos, omniumq; iſtorum ſcripta, & inuenta ſingularia? Hiſtoricos, Medicos, Muſicos, Pictores, Plaſtas, Statuarios, Architectos, artifices, inuentoresq. horologiorum, typographicæq. artis admirabiles? A

35. Hæc vero omnia tot, ac tanta, cum nihil eorum Angliæ, Sco- B
36. tiæ, Germaniæ, Boemiæ, Hungariæ, Poloniæ, Suetiæ, Pruſſiæ,
37. Liuoniæ, Lituaniæ, Noruegiæ, duodecim latiſſimis Regionibus
38. adfuiſſet ex omni æuo per tot annorum millia, quamuis Populi
39. pugnaciſſimi forent, & iſtorum quædam ſibi comparare viribus
40. poſſent, poſtquam Romani Pontificis auctoritatem ſecuti ſunt,
41. eorumque, quos ipſe miſit, ac delegauit, doctrinam ſunt am-
42. plexati, breui tempore ſic aſſecuti ſunt, vt protinus ad eorum
43. ſummum peruenerint, cum prius neque ſomnio per tanta tem-
44. porum ſpatia potuerint illa attingere, aut adumbrare. An vero
45. tempore exiguo tot, ac tam cæleſtia dona poſſederunt? Per C
46. multa ſæcula ſunt conſecuti, & adhuc potiuntur, cum tamen videant innumeras gentes eodem cœli tractu conſiſtentes ad Aquilonem ſquallere cum ſuis terris, neque minimam tantæ beatitudinis partem comparaſſe. quæ nos omnia clariſſime aperuimus adductis locis.

Oſtentent itaque ſe Romani, & Itali priſci cum ſuis Imperatoribus, ac Ducibus, quod per arma, per cædes, tanta patrauerint. En, quanto laudabilius, quanto diuinius Italia ſe iactabit, Pontificis ſui doctrina, ſtudioque, & auctoritate ſola perfectum, vt Europæ duplo amplius, quam Romani, non ſpoliauerint, non vaſtauerint, ſed ad tantæ felicitatis culmen prouexerint. D Hæc Italiæ vera laus, hæc ſolida gloria, hæc fælicitas ſingularis.

47. Sed, an Pontifex Romanus, & qui illius doctrinam ſecuti ſunt, intra hos anguſtiſſimos fines exundantia ſuæ beatitudinis è cœlo demiſſæ flumina continuerunt? An non in reliquas Europæ partes, & loca ſe effuderunt? Audi, an ita ſit. Quid Græcia fælicius olim poterat exiſtimari? Quid, ſi illi oſtendemus adiectum plurimum, ex quo Pontifici Romano obedijt, ac perſtitit in obedientia? & quidem per eos maxime, qui maxime Ponti-

ficem

A ficem Romanum coluerunt. Enimuero, quantum Pontifex Romanus iuuerit Græcos, quantum ruentes ſuſtentarit, oſtendimus ſigno de cõfirmata vndique fide lib. V. cap. IV. Nunc aliud aperiamus. Eſt in cõfeſſo apud pleroſq. omnes Græcorum ſcriptores, Conſtantinum fuiſſe à Silueſtro Papa baptizatum. ſic Photius in Nomocanone, Glycas, Zonaras, Cedrenus in annalibus ſuis, Nicephorus: ita Hadrianus Papa in ſeptima Synodo, Concilium Romanum Conſtantino imperante habitum, Gregorius Turonenſis tradiderunt. illa vero in re nemo dubitauit, eum fuiſſe in omnibus, quæ pertinent ad Religionem Chriſtianam, *Greg. Tur. lib. 2. c. 31.*
B maxime edoctum Romæ à Silueſtro Papa, Romæq. Chriſtianæ penitus ſe Religioni addixiſſe. Cum vero, vt ait Zoſimus lib. 2. ad finem contenderet, vt à Senatoribus cunctis Chriſtiana Religio admitteretur, plurimiq. ex illis obſiſterent, is largiſsimis Pontificem Romanum donis amplificans, relicto illius Sedi Palatio Lateranenſi omnium nobiliſsimo, quin Occidentalis Imperij potiſsima ditione, vt optime oſtendimus è Codicis Theodoſiani lege, monumentiſq. alijs ſigno 76. lib. 17. cap. 3. Nouam Romam condere in animum induxit, Conſtantinopolimq. Romæ parem ferè extruxit, & conſecrauit anno 330. Imperijq.
C Orientalis caput eſſe ſanxit.

Romanorum vero Senatorum, nobilitate præ cæteris illuſtrium, Chriſtianæq. fidei addictiſsimorum, duodecim cum ſuis familijs, Conſtantinopolim duxit, Olybrium, Verum, Vrbicium, Zoticum, Eugenium, Eubulum, Studium, Florentium, Calliſtratum, Maurianum, Seuerum, Iſidorum. quod Glycas teſtatur annalium quarta parte. Ab his non modo Conſtantinopolis, quod in ea ſedem poſuerint, eſt illuſtrata, ſed etiam magnificis ædificijs, optimis inſtitutis, quæ perpetuo durarent, aucta. Nam Zoticus, Presbyter factus, ampliſsimum, vt Græci
D uocant, orphanotrophium in illa Vrbe excitauit, vt eſt in Codice Iuſtiniani, ac Menologio vltima Decembris die. Studius vero monaſterium nobiliſsimum conſtruxit, in quo erat locupletiſsima bibliotheca atque in eo monachos omnium doctiſsimos cõmorari voluit: quibus tantum fuit ſemper auctoritatis, vt eorum Præfectus Oecumenicus Magiſter vocaretur; ipſi ad omnia grauiſsima ab Imperatoribus adhiberentur. meminit eorum Zonaras in vita Leonis Iſauri, Nicephori Generalis, Michaelis Rangabis. Denique Glycas inquit: Omnes hi Conſtantinopoli domos, templa, hoſpitium, ædes exſtruxerunt. Quin ipſe Cõ-

ſtantinus,

ſtantinus, ait Zoſimus lib. 2. quibuſdam Roma eum ſecutis Senatoribus domos ædificauit. Tantæ porro dignitatis, & amplitudinis Conſtantinopolis euaſit, vt poſt Romam prima eſſet in Orbe terrarum. quod Auſonius, vt ſupra dicebamus, poſt Zoſimum, cæterosq. teſtatur. In ea manſit Imperij omnium maximi ſedes, quæcumque ab Orbe condito vmquam fuerint, vſque ad Conſtantinũ Palęologum, cum capta eſt à Turcis anno 1453. per annos mille centum viginti tres. Atqui numquam Græciæ contigit, vt vllus in ea foret Imperator, cui tot Regiones parerent, tantum foret imperij, quantum pluribus eius Imperatoribus. Licet enim Conſtantinopolis eſſet in Thraciæ confinibus, & Græciæ, huic tamen eſt illa adiuncta, & adnumerata. Similiter nulla in Orbe terrarum fuit vmquam Regio, cui tam magnum ſimul, ac diuturnum foret imperium, Latio excepto, ob Romam veterem. Sed hoc intereſt, quod vſque ad annos 400. Romanis fuit anguſta ditio, at Imperatoribus Conſtantinopolis à principio maxima omnium, & raro ad illas anguſtias eſt redacta, in quibus Romanorum perſtitit annos 400. ita, vt vere aſſerit poſsit, illud Imperiũ latius fuiſſe, niſi facta fuiſſet diſiunctio Orientalis, & Occidentalis: & nihilominus hoc in vno non perſtitit, niſi ab Auguſto vſque ad Conſtantinum per annos 394. vt quidam numerant, ſæpe tamen aut à Tyrannis diſçerptum, aut à rebellibus Populis: & Orientale adhuc Occidentali coniunctum perſtitit aliquando in vno, vt Conſtantino, Conſtantio, Iuliano, Iouiniano, Valentiniano, Theodoſio, & aliquot alijs per aliquod tempus. Iam vero vſque ad vltimas irruptiones Turcarũ, quæ contigere ex quo Andronicus Palæologus ab obedientia Pontificis Romani diſceſsit anno milleſimo ducenteſimo octuageſimo tertio, tanta plerumq. pax in intima Græcia fuit, nimirum Peloponneſo, Achaia, Attica, Theſſalia, Macedonia, vſque ad fines Thraciæ, & Epiri, per 971. vt nihil illa tranquillius vmquam fuerit experta, licet in finibus Thraciæ, & Epiri olim Gothorum, Hunnorum, Slauinorum, Bulgarorum, & Hungarorum ſit aliquid perpeſſa ſimile antiquis populationibus, cladibuſque, ac vaſtitatibus, nullum tamen habuit ę ſuis Alexandro in bellicis rebus æqualem, vel Ariſtoteli in naturalium ſcientia, Euclidi in Mathematicis, Hippocrati, & Galeno in medicina. De rerum vero diuinarum doctrina, & ſanctitudine, virtutibuſq. ſolidis non eſt quod loquiamur: cum Chriſtianis nulli ſint comparandi, & priſci illi nihili ſint præ Græcis Chriſtianis. fuerit

A rit Alexander; aut ſi quis alius Græcorum militari peritia nobilior: cum tamen poſt conſecrationem Conſtantinopolis Græci ſint tutati potentius, latius, ac diuturnius imperium, quam vel Alexander, Seleucidæ, Ptolemæiue Reges, illud eſt in cauſa, quod Catholica gubernandi doctrina (Catholicum vocamus, quod Pontificijs decretis eſt conſonum) cunctis præſtat, Deoq. ipſi innititur. Quocirca, ne Græci attribuerent arti militari hanc tanti Imperij diuturnitatem, permiſit, ac prouidit Deus, vt eorum maiores, copiarum duces maximi, à Pontificia doctrina alieni, neque adipiſci Imperium tantum, neque adeptum B quodlibet magnum diu tutari poſſent, aut ſaltem non ita diu, vt poſt Conſtantinum ſunt tutati. quod ſigno de infelici poſteritate alienorum conſtat lib. 23. c. 8. Hinc etiam, quicumque Imperatores Græci abalienauerunt ſe à Pontificis Romani obedientia, ijdem paſſi ſunt inſigne Imperij detrimentum. quod non euenit illis, qui Pontificis Romani fidem ſunt ſecuti. Denique ijs imperantibus illud eſt euerſum, qui diutius, ac maxime omnium ſe ab ipſo abiunxerunt.

Rurſus, ne humanæ aſcriberent peritiæ tanti Imperij diuturnam conſeruationem, voluit in ea Græcos Chriſtianos quodam- C modo ſuperari à maioribus ſuis, cum tamen his præſtiterint illi in diuinarum rerum cognitione, ac ſanctitate morum.

Sed, quando conſtant homines ex animo, & corpore, animi vero fælicitas, & beatitudo ſit, vbi ille à vitijs, & perturbationibus vacuus in diuinæ veritatis contemplatione iugiter defixus, quantum fieri poteſt, occupatur, & hac parte Græci Catholici infinito interuallo ſuperent antiquos, colligitur neceſsario, eſſe animi bonis abundantiores.

Hinc poſt Conſtantinum vſque ad Baſilium Macedonem ſunt 84
habita octo Concilia Generalia in Græcorum terris, ad quæ ex D omni prope cogniti Orbis Regione doctiſsimi viri aduenerũt, & in vnam fidem conſenſere. habemuſq. plurimorum ſcripta eruditiſsima. Idem colligitur ex innumeris virorum, fœminarumque ſanctitudine illuſtrium vitis, quas Metaphraſtes, alijque collegerunt. inſtar ſit omnium Pulcheria Auguſta, quæ tam diu, tamq. prudenter Imperium Orientale adminiſtrauit, cui nullam tota antiquitas parẽ nominare poteſt: vt ſigno de Prudẽtia Politica eſt explicatum. Ab hac porro diuinarũ rerũ notitia Græci exceſſerunt, ac proinde ab intima mẽtis beatitudine, cũ Pontificis Rom. obedientiã ſimul abiecerũt, vt oſtẽdimus toto lib. xij.

Ad corporis beatitatem facit non modo decus, ſanitas, ac ro- A
bur eius, ſed affluentia externorum bonorum, quæ Græcis Catholicis adfuit magis, quam maioribus à vero Dei cultu auerſis, ob imperij, quo ſunt potiti, amplitudinem, & diuturnitatem. ad hæc autem plurimum confert tanta, ac tam diuturna tranquillitas, qua per tot ſæcula abundarunt, maxime in mediterraneis locis. Ex quo fit, vt vita magis in tuto fuerit Græcis poſt Conſtantinum, quam prius, ac propterea, quoad corpus, fuerint magis fælices. corporis enim primum, potiſſimumque aliorum omnium bonum, vita. Hinc nullas in Græcia legimus, quātum recordor, Vrbes exciſas poſt illum vſque ad Andro- B
nicum Palæologum, cum prius multas nemo non ſciat euerſas.

Iactabunt itaque ſe Itali antiqui, & Romani, Græciam vi bellica adduxiſſe in poteſtatem ſuam, aliquot illius Vrbes euertiſſe, vt Corinthum, quam Græciæ lumen Cicero vocat, multa illinc monumenta nobiliſsima aſportaſſe, ſæpe illam ſpoliaſſe, quadringentis annis plus minus illam tenuiſſe vſque ad Conſtantinum.

Itali autem, Romaniq. Catholici gloriabuntur, habuiſſe Imperatorem Chriſtianum, Pontificis Romani (ſi quis alius) re vera ſtudioſiſsimum, qui cum ipſis in Græcorum ſolo condiderit C
Vrbem Romæ æmulam, & æqualem, cui nullam Romani antea parem condere vmquam potuere, vel in Græcorum, vel in aliorum terris. quin circumuolue quoquouerſus oculos mentis, & circumſpice ſingulas Orbis regiones, nullam reperies gentem, cui Princeps vllus fuerit, qui tanti, ac tam diuturni Imperij ciuitatem conſtruxerit, vt Conſtantinus Pontifici Romano addictus vna cum Catholicis aliquot, Patritijsq. Romanis ædificauit.

48. Quod ſi Galliam reſpiciamus, ac tempora illius antiqua conferamus cum illis, quæ poſt Conſtantinum fuere, quot, quæſo, D
ac quantis illa poſt Romani Pontificis auctoritatem auctam, & à Gallis, Francisq. cultam bonis eſt amplificata? aucta Vrbibus nouis, antiquæ Vrbes nouis, & admirandis, ſiue decoribus, ſiue incrementis, agri exculti non modo ad fructus terræ vberrimæ producendos, ſed ad habitationem mortalium commodiſsimā. Quid hic Regum potentiſsimorum longiſsimas ſucceſsiones, affinitatesq. cum omnibus totius Orbis Regibus, & Imperatoribus iunctas familias, Principum nobilitate, vetuſtate, ac rebus præclare actis illuſtriſsimas, Reges ampliſsimos tot Regionibus datos in Africa, Europa, atque Aſia, Imperatores Orienti, atque

A ti, atque Occidenti datos, bella geſta, victoriaſq. relataſ è bellicoſiſsimis, ac remotiſsimis gentibus, præſtantiſsimos in omni doctrinarum genere viros editos, atque alia bona priſcis Gallis ignota recenſebimus? ea complexi ſumus ſigno 32. de prudentia Politica cap. 1. tomo 1. & de felici poſteritate Catholicorum 92. tomo 2. cap. 4. oſtendimus quidem nos ſupra Galliæ Regnũ dari ſolitum de auctoritate Pontificis Romani Regum defunctorum ſucceſſoribus.

Iamuero, nemo poteſt negare, cum tot bona Gallis euenerint, poſtquam Romani Pontificis auctoritatem colunt, ab eo-
B dem Chriſti cultum, per eos, quos ipſe miſit, accepiſſe. id enim clariſſime fatentur Epiſcopi ipſorum in literis, quas ad Leonem Primum dedere. plurimos autem eorum, quos ad doctrinam Chriſti in Gallijs diſſeminandam Pontifices Romani deſtinauerunt, Italos, atque etiam Romanos fuiſſe, colligi poteſt ex ijs, quæ ſigno de fidei propagatione lib. 3. diximus. non eſt opus eadem repetere. Sed habemus adhuc alia, quibus oſtendere poſſumus, quantum Romani Pontifices euexerint Gallos, ſeu Francos (ijdem namq. nunc quidem ſunt Galli, & Franci;) quantum dignitatis, ac potentiæ fuerint ijs largiti, conſilioque, & ope:
C tantũ certe quidem, quantũ numquã leguntur antea conſecuti.

In primis igitur, cum Deſiderius Longobardorum Rex inuaderet in ditiones Pontificias, Eccleſiæq. Romanæ Vrbes conaretur occupare, Hadrianus Papa idemq. Ciuis Romanus Carolum Magnum poſtea dictum, conſilio, monitiſq. impulit vt in Italiam veniret, Regnum Longobardorum ſibi armis compararet, eiuſq. auctoritate, & opibus, quantis poſſet, effectum, vt in Italia tantum ditionis acquireret, quantum Galli numquam potiti fuerant vmquam. Huic conſilio, monitiſq. Papæ reluctati ſunt omnes Gallorum proceres, vt ait Eginarthus, Caroli Ma-
D gni ſcriba, in ipſius vita: Carolus tamen Pontificis fidem ſecutus eſt, venit in Italiam, latiſſimumq. in illa imperium ſibi, ac poſteris ſuis, magno tamen Italorum bono, acquiſiuit anno 774. Rurſuſq. anno 801. à Leone III. Romani ſanguinis viro coronatus eſt Occidẽtis Imperator. quod illi, ac nepotibus eius apud omnes auctoritatem maximam, potentiamq. adauxit. Hæc poſt Eginarthum, Ademarum, Aimoinum, Rheginónemque, & alios multos late perſequitur, Sigonius libris de Regno Italiæ. Quantum porro conati ſint ijdem Romani Pontifices poſterorum Caroli Magni dignitatem, & imperium tueri, diximus

ſigno 8. de cura Pontificis Romani in Catholicis tuendis lib. 19. cap. 4. A

Rurſus anno 1095. Vrbanus Secundus Pontifex Maximus Italici ſanguinis, cum in Gallias contuliſſet, & in dicto ad Claramõtem Concilio Regem Philippum ob illicitas nuptias excommunicaſſet, vt cunctis notum fieret, Gallorum decus, ac maieſtatem ab vnius Papæ conſilio multo magis pendere, quàm ab ipſius Regis, quem à ſe Pontifex abalienauerat, potentia, & viribus; Gallos in primis, atque alias deinde nationes impulit, vt, expeditione facta in Orientem contenderent. quod illi conſilium ſecuti Turcos nobiliſsimis victorijs relatis profligarunt, B Aſiam, quam Conſtantinopolitano Imperatori conceſſere, Ciliciam, Syriamque, quæ Gallici ſanguinis Regibus, ac Principibus vna cum Cypro diu paruere, cœperunt: tantumq. nominis ſibi, ac celebritatis adepti ſunt, vt Occidentales omnes ab Orientalibus Franci ab egregia ipſorum facta appellentur. quæ referunt Robertus Monachus, & Gulielmus Tyrius proprijs libris.

At poſt annum 1201. cùm rurſus vrgentibus Cæleſtino III. & Innocentio III. Pontificibus Romanis, & è gente Romana ortis, Galli in Græciam profecti eſſent, vt inde Orientem peterent, contigit, vt Conſtantinopolis fuerit ab eis capta, Imperatorq. Græciæ creatus Balduinus Galliæ Belgicæ, quæ tum Regi francorum ſubiecta erat, Comes è ſanguine Gallicano. atque ita Galli conſilia Romani Pontificis ſecuti diu Conſtantinopolitano imperio ſunt potiti. quod numquam contigerat vlli Gallorum Principi ab Orbis ipſius cõſtitutione. Refert hiſtoriam Vuillardinus Gallicus ſcriptor, Villaneus lib. 5. cap. 27. Extat epiſtola Balduini Imperatoris, qua rei geſtæ ſeries explanatur, apud Helmoldum lib 6. cap. 20. in qua aſſeritur, ab Epiſcoporum militibus primum captam Conſtantinopolim, delectumq. Imperatorem tum à Proceribus ſex, tum ab Epiſcopis, in quibus erat, & Apoſtolicæ Sedis Legatus Epiſcopus Bethlehemiticus. D

Anno deinde 1265. cum Papa Vrbanus Quartus natione Gallus, & Clemens Quartus Prouincialis elegiſſent Regem Neapolis, ac Siciliæ Carolum aduerſus Manfredum Tyrannum, is electionis acquieſcens, ac multas Francorum copias ſecum duces, multoq. maiores Italorum, Romanorumq; à quibus Senator Vrbis eſt electus, & adhuc ipſius ſtatua viſitur in Capitolio, rem totam teſtificans, Romæ Coronatus eſt à duobus Cardinali-

bus

A bus Legatis, atque his opibus aſſecutus eſt Regnum Neapolis
ac Siciliæ, Tunetenſem Regem in Africa ſibi tributarium fecit,
multaq. in Epiro, Peloponneſo, & continentibus terris oppida,
& loca; adeptusq. eſt Iura Regni Hieroſolymitani dono Mariæ
filiæ Bohemundi Principis Antiocheni. cumq. hac de re lis eſſet
inter eam, Regemq. Cypri Hugonem Luſinianum; Carolus pro
ſe retulit ſententiam à Pontifice Romano, à quo & obtinuit, vt
Imperij Vicarius eſſet in Italia: quod maximas ipſi, ac poſteris
vires comparauit. Hæc late Villaneus illorum temporum ſcri-
ptor lib. 7. c. 6. Mazella in deſcriptione Regni Neapolitani.
B Carolo filius fuit Carolus Secundus: cui cum nupta eſſet Maria,
nata è Stephano Quinto Hungariæ Rege, illud eſt Regnum con-
ſecutus. & quamuis multi Proceres Hungariæ reluctarentur;
Rex tamen Hungariæ declaratus eſt Carolus à Bonifacio Octa-
uo, tandemq. Regnum ſibi illud acquiſiuit. Ex hoc ortus Ca-
rolus Martellus, ſuſcepit Carolum Robertum, atque hic Ludo-
uicum, qui Hungariæ Regnum Polonicum adiecit. Hæc tum
Villaneus, qui temporibus his viuebat, libro ſeptimo, & octa-
uo, tum Bonfinius ſcribunt. tenuit poſteritas Caroli Neapolita-
ni Regnum vſque ad annum 1442. per annos centum ſeptua-
C ginta ſeptem.

Sic igitur Galli, conſilio, atque ope Romanorum Pontificũ,
atque Italorum, conſecuti ſunt tam magnas ditiones in Italia,
Hungaria, ac propterea mox etiam Polonia. Africa, & Græcia,
quas nulli è maioribus ipſorum fuerant adepti vllo tempore aut
etiam tanto.

Glorientur itaque priſci Itali, & Romani, Galliam domuiſ-
ſe, colonijs repleſſe, atque eius agros ſibi vindicatos primis In-
colis abſtuliſſe, tributis illam, vectigalibusq. oneraſſe, rapinis
ſæpius miſerrime ſpoliaſſe, ciſalpinos Gallos ad interitum per-
D duxiſſe: rectius, ac laudabilius poſt ætatem Conſtantini gloria-
buntur ſe per illos, ope, & conſilio Romani Pontificis in liber-
tatem quandam, iugo Imperij Longobardici excuſſo, aſſeruiſ-
ſe, ac per tot annos in ea ſtetiſſe: ex qua factum, vt Genuenſiũ,
Piſanorum, Florentinorum, Senenſium, Venetorumq. Reſpu-
blicæ maxime effloreſcerent, ac tandiu permanerent in liberta-
te, quandiu nullæ huiuſmodi vnquam; Occidentale Imperium
reſtitueretur, & Romani nominis dignitas ſupra omnes Vrbes,
quæ hucusq. inſignium Regnorum ſedes fuerunt, ſuſtineretur;
Eoſdem Gallos impulſu Pontificis Romani euexiſſe ad Imperiũ

Conſtantinopolitanum, Regnaq. Syriæ, Cypri, & Antiochenorum Principatum, quæ ſpectant feudi iure, vt diximus; ad ipſorum Pontificem, qui Romæ ſedet, ſicuti etiam Neapolitanum; & Siculum, quæ per eoſdem, ac ſucceſſores deinde illorum tot ac tantis ſunt amplificata ornamentis, vt regiones illæ numquã tot, ac tantis præſtiterint vnquam. quæ Mazzella proprio libro eſt complexus. A

Per eos autem viciſſim permanentes in obedientia Romanæ Eccleſiæ per tot annorum ſæcula conſequitur Pontifex, (quando non nulli hæc ſpectant, & admirantur) vt immenſas opes, ac dignitates Eccleſiaſticas, non, vt illi Imperatores ac Romani priſci, rapiat ſibi, & vitioſis, ſed partiatur, detq. habendas tum plurimis ex eadem natione, tum vero alijs Romanæ Eccleſiæ ſtudioſis, ac denique feudorum nobiliſſima iura tueatur in honorem Dei, Romanæq. Sedis: quæ numquam vel tandiu, vel tantum contigere vlli Italico Principi, aut Vrbi. B

Reliqua eſt Europæ extrema Regio Hiſpania. Hæc ex antiquo tempore poſt gentium diſperſionem primos, & antiquiſſimos habuit incolas, qui in Bætica conſedere, ac Turditani, Turduli ve ſunt appellati, vt ait Strabo. dein uero ſic eſt ab Iberis Aſiaticis occupata, vt nomen ab illis acceperit. quod poſt alios Dionyſius Alexandrinus tradit. poſtea vero ex magna parte adducta eſt in poteſtatem ab Afris, è quibus Geryon dicitur fuiſſe. inde à Græcis, Troianis, Tyrijs, quin & ab ipſo Nabuchodonoſoro, Chaldæisque, vt vult Ioſephus libro contra Appionem, mox autem Celtis, vnde Celtiberi, Carthaginienſibus, & Romanis: ſed & varijs temporibus occupatæ illius regiones fuere à Lydis, Thracibus, Rhodijs, Phrygibus, Cyprijs, Ægyptijs, Mileſijs, Caribus, Lesbijs, Phocenſibus, ſi Franciſco Taraphæ Barchinonenſi credimus. De Phocenſibus, qui Hiſpanias occuparint, habemus Herodotum teſtem lib. 1. à quo diſcimus, circiter ætatem Cyri id accidiſſe ſub initia Romanæ Vrbis, quantum colligimus è Iuſtini lib. 43. atque ita decem, & nouem nationes exteras illa habuit, à quibus ante Imperium Romanum detenta fuerit. neceſſe eſt autem, maximas clades ſubierit, tot exteris in illam irrumpentibus, ac priores incolas, vt mos erat antiquus, exturbantibus, aut in ſeruitutem rapientibus per annos mille quingentos. tot enim numerant plus minus aliqui ab irruptione Iberorum vſque ad Imperium Romanum. vnus porro inferiori tempore Tiberius Gracchus dictus eſt à quibuſdã C D

ſubuer-

A ſubuertiſſe in Hiſpania trecẽtas Vrbes, vt è Polybio narrat Strabo. quod quamuis ipſe irrideat libro Geographiæ tertio, Florus tamen in Epitome ait, in Celtiberia ſola dirutas Vrbes à Tiberio centum quinquaginta. Illudq. certum, Traiano imperante à Romanis euerſam nobiliſsimam Lemacenorum Vrbẽ, Emporiumque, vt aliqui volunt, Norbæam præterea in Pompeianis, Illyturgium, Caſtulonem, Carthaginem veterem à Scipione Africano; Numantiam, Iberiam; Bilbilimq. ab iiſdẽ Romanis, & Saguntum à Carthaginienſibus præclariſsimas Ciuitates ſolo æquatas: quæ refert poſt alios Ioannes Gerundenſis Paralipomenon lib. I. cap. vlt. Atque, vt omittamus bella à Carthaginenſibus aduerſus Hiſpanos in Hiſpaniæ medio geſta, Romani eos varijs prœlijs conciderunt per annos ducentos quinquaginta, vt Paterculus teſtatur: atque ita non immerito cecinit Horatius, Carm. lib. 3. od. 8.

Seruit Hiſpanæ vetus hoſtis oræ.

Cum vero per annos mille quingentos tot in illam nationes exteræ irruperint, ac tandem Romani illam ſub imperium miſerint, &, colonijs inductis, antiquos fundorum dominos pluribus in locis ſpoliarint, Mauri poſt hæc, imperante M. Antonio, Hiſpanias prope omnes, inquit Capitolinus, vaſtarint, quos & Bæticam populatos ſcribit Lampridius in vita Seueri Imperatoris, Germaniq. Gallieno imperante eaſdem diripuerint, quod Eutropius refert; quin illæ ſæpius ab Imperatoribus Romanis vario modo ſint vexatæ, & ſpoliatæ vt à Caligula, & Galba, qui multas Vrbes Hiſpanicas mœnibus priuauit, imperante tandem Conſtantino ab anno 312. vſque ad 414. in maxima tranquillitate ſteterunt, quo ſcilicet Oſius ille Cordubenſis, Romanæ Sedis ſtudioſiſsimus, in Niceno, ac mox etiam Sardicenſi Concilio Pōtificiam poteſtatem decretis clariſsimis maxime ſtabiliuit, donec in Hiſpania Priſcillianiſtæ hæretici cuncta, teſte Seuero Sulpitio, conturbarunt, atque eo tempore, vt notauimus ſigno de interitu fidei 16. lib. 5. in illam ſe effuderunt Sueui, Alani, Vandali; ac poſtremo Viſigothi; qui tamen, ſi ſuperiora tempora ſpectemus, exigua Hiſpanis damna intulerunt, &, quod aliqui de fame neſcio qua ingenti in ſcripta retulere, à quonam ex antiquis ſcriptore id acceperint, ignoramus. Excitarunt autem Viſigothi nobiliſsimum in Hiſpanijs Regnum, quod adhue

durat

durat in eorum conſanguinitate, vt aperuimus ſigno de fælici A
poſteritate Regum Catholicorum 92. lib. 3. cap. 3. Cumq. Viſigothi omnes Ariani forent, anno 586. Recharedus eorum Rex amplexatus eſt Religionem Catholicam; quæ vna cum Regnō, & Hiſpania tota floruit vſque ad annum 709. per annos centum viginti tres; quibus Hiſpania pacatiſsima fuit. Poſt hos Vitiza deſciuit à fide Romani Pontificis; fecitq. poteſtatem cuilibet Sacerdoti, vt plures habere Vxores eodem tempore poſſet, iuſſit nequis ad Romanum Pontificē poſſet appellare. Succeſsit ili Rodericus, eiſdem moribus; quo imperante, Arabes Hiſpanias, conciſa Viſigothorum nobilitate, anno 716. occuparunt, ac B
multas illis, grauiſsimasq. clades attulere. expulſi vero ſunt prorſus ex illis anno 1491. Atque ita per annos ſeptingentos prope & ſeptuagintaſex non diſsimili ſtatu Hiſpaniæ fuerunt, quo vel ante Conſtantinum, vel, quod veritati propius eſt, ante Auguſtum. ante hunc enim ſemper Hiſpaniæ coloni priores ab exteris bello fatigati ſunt; eorumq. regiones prædationibus, & vaſtationibus patuerunt. quod tum ex ijs, quæ diximus, tum ex Strabonis libro tertio liquet, cum latrocinia domeſtica, feritatem maximam, prœliaq. Hiſpanis inter ſe, & cum exteris plerumq. continentia in medijs terris fuiſſe ſcribit. per quæ contin- C
gebat, vt incolæ Priores à poſterioribus eijcerentur è ſedibus ſuis, aut bonis omnibus priuarentur.

Igitur poſt Imperium Conſtantini bis Hiſpaniæ fuerunt ab exteris oppreſſæ, priuatæq. fructibus optatæ pacis, cum bis à fide Pontificis Romani ſe abiunxerunt. Sed, quod vltimo loco euenit, luctuoſiſsimum fuit, maxime diuturnum, ac ſimile ijs, quæ accidere ſolebant ante Auguſtum. Videamus autem, quid, quantumve bonis contulerit Hiſpaniæ Pontifex Romanus, Itali, aut alias Sedis Romanæ ſtudioſi.

Satis autem conſtat, Hiſpaniam conceſsiſſe ad cultum Chri- D
ſti illorum labore in primis, quos Romani Pontifices Roma miſere, vt ſignr 6. de fidei propagatione lib. 4. explicauimus. Tria porro illi tempora præ cunctis fælicia fuere, qualia numquam contigere ab Orbis fabricatione. Primum, à Conſtantino imperante vſque ad irruptiones Sueuorum; Secundum, à Recharedo ad Vitizam; Tertium, ab expulſis omnino Saracenis quod adhuc perſiſtit. Semper autem tribus iſtis temporibus fuere in Hiſpania, qui ſtudioſiſsimi forent auctoritatis Pontificiæ ijdemq. auctores præcipui fælicitatis, qua potita eſt Hiſpania. Nam Pri-

A mo floruit Oſius Epiſcopus Cordubenſis, qui Romani Pontificis nomine præſedit vniuerſali Concilio Niceno, & Sardicenſi, quo decreuit, vna cum cæteris Epiſcopis, maxima in honorem Sedis Apoſtolicæ, quæ habentur cap. 7. & 10. Tempore autem ſecundo floruit Leander Pontifici Romano addictiſsimus, vt apparet è Gregorij Magni ep. 41. lib. 4. ep. 125. lib. 7. & Dialogorum lib. 3. cap. 31. Moralium q. præfatione, is autem fuit Leander, cuius opera Rechareduss, & Viſigothi ad fidem Catholicam redierunt, & quem Romanæ Eccleſiæ legatum fuiſſe eo tempore ſcribit Lucas Tudenſis, vt notat Vaſæus anno 589. Tertio, præ-

B ter alios, ipſe Rex Ferdinandus, qui Tribunal Inquiſitionis inſtituit, cui ſe, Regiamq. poteſtatem ſubiecit, quod nos ſigno de admiranda progreſsione ſacræ poteſtatis oſtendimus lib. 17. Atque ita, veluti cum maximis eſt Hiſpania calamitatibus afflictata, tum receſſerant eius Reges, aut pleriq. è Populo ab obedientia Pontificis Romani, ſic, cum maxime eſt euecta ad fælicitatem, maxime obedientiam Romani Pontificis eſt amplexata.

Eſt autem iucundiſsimæ contemplationis, intueri Hiſpanias Primo tempore ad ampliſsimam fælicitatem prouectam tribus ſanctionibus in honorem Dei, ac Pontificiæ Sedis, quaſi tribus

C gradibus factis per Oſium Cordubenſem Sedis Apoſtolicæ Legatum in Concilio Niceno, ac Sardicenſi, contra autem corruiſſe in acerbiſsimas ærumnas euerſis à Vitiza Gothicaq. natione tribus illis ſanctionibus, quaſi tribus gradibus deiectis.

Prima eſt in Concilio Niceno can. 3. qua vetantur clericis cuiuſuis mulieris contubernia, niſi ſit mater, auia, ſoror, matertera, amita, atque ita, quod explicant docti, coniugia prohibita Clericis apparent, vt alibi oſtendimus.

Secunda eſt, vt appellare cuiuis liceret ad Pontificem Roma-

D num, quod quamuis in more poſitum foret, ac diuini iuris haberetur, Concilij tamen auctoritas clarior acceſſit.

Tertia denique erat in vtroque Concilio ſtabilita, qua Filius Patri conſubſtantialis aſſerebatur. vt enim Marinæus notat lib. VII. Alfonſus Primus, cognomento Catholicus, Caſtellæ Rex, qui Regnum iniuit anno 737. curauit, celebrato Concilio, vt omnes Gothi, qui hæreſi Ariana infecti erant, quaſi in illam relapſi, amplecterentur veram doctrinam: atque ita tres præcipuæ Sanctiones per Oſium ſtabilitæ, per Vitizam, Rodericumque, & eorum gentiles proſtratæ fuerunt.

Vitiza vero, cuius mores imitatus eſt Rodericus, duas has ſanctio-

ſanctiones euertit, ac vetuit appellari ad Pontificem Romanum, Clericisque, & Sacerdotibus poteſtatem fecit vel plures vxores ducendi. A

Nacta vero eſt Hiſpania primo tempore non modo fructuoſiſſimam pacem, ſed & per Clericos Romanos, vt haberet è ſua natione Pontificem ſummum Damaſum Papam, quo viuente, eſt habitum Concilium Secundum vniuerſale Conſtantinopoli, ac Romæ, inquit Ammianus Marcellinus lib. XIV. erat Pompiliani ſecuritas temporis; & qui virtutum, laudumq. omni genere excelluit. Amplius, vt Orbi daret optimum, fortiſſimumq. Imperatorem Theodoſium Magnum, cuius poſteritas per multos annos eſt Imperium Romanum moderata, ſuccedentibus illi filijs Honorio, & Arcadio, ac mox iſtorum progenie Theodoſio Iuniore, cui ſubſtituta eſt Pulcheria ſoror, & Eudoxia Imperatrix Valentiniani vxor, cuius liberi è Vandalicis Regibus ſuſcepti, Africam diu tenuerunt, vt Procopius eorum temporum ſcriptor libris de bello Vandalico narrat. Atque ita Hiſpani Theodoſij conſanguinitas diutius imperauit in Orbe Romano, quam Imperatoris vllius, qui fuerit ante ipſum: Hiſpaniæq. contigit, vt eodem tempore nanciſceretur electum à clero Romano Damaſum Pontificem ſummum; ſimulq. Imperatorem ſummum Theodoſium, quem Gratianus Romæ, & Occidentis Imperator Orienti dedit; vt nobiliſsima Regio gloriari poſſit tantæ proſperitatis euentu, quanto nulla in Orbe terrarum toto omnium ſæculorum decurſu. id vero per Clericos, & Imperatores Romanos. B C

Videamus autem, quid Itali, ac Romanus Pontifex Hiſpaniæ contulerit in aſſequenda, qua nunc fruitur, fælicitate. Vt vero antiquiora mittamus, maxime Hiſpanos iuuerunt illæ expeditiones indictæ aduerſus Saracenos ab Vrbano Secundo, cum Cruce primus ſignare cœpit eos, qui in ea bella nomen darent. Ex quo factum, vt Henricus Comes Briuntinus nepos ex fratre Gulielmo Lotharingiæ Duce Godifredi Regis Hieroſolymitani, Pontificum Romanorum cunctos aduerſus Mahometem mouentium conſilia, & hortationes ſecutus, cum militibus ſuis ad Hiſpanias appellens, iunctus ſit affinitate Regibus Caſtellæ, & variè Saracenos in Hiſpanijs fatigans, ac frangens, nobiliſſimum Regnum Portugalliæ conſtituerit, viresq. Saracenorum diſtraxerit, quo minus poſſent aduerſus alios Hiſpaniæ Reges, ac Populos. Idem conſilium ſecuti Genuenſes, ac Piſani, ſed maxime D

me

A me illi claſſibus comparatis multas in Hiſpania Ciuitates Sara-
cenis abſtulere, multis eos victorijs relatis contudere, ne tanta
in Hiſpanos molirentur, ac poſſent. Anno enim 1119. Piſani Ma-
ioricam ceperunt. quod Villaneus teſtatur lib. V. cap. 30. quam
cum deinde Saraceni iterum tenerent, Genuenſes diripuere an-
no 1146. & ſequenti, profligatis in littore Granatenſi ad Alme-
riam Saracenis, ingentem prædam fecerunt: poſteroque, in ora
Barchinonenſi Tortoſam aggreſſi, eam Saracenis eripuerunt;
quod poſt Othonem Priſingenſem notauit Sigonius libris de Re-
gno Italiæ. Sed maxime Hiſpanorum vires auxit illud, quod
B his verbis de Equitibus S. Iacobi, illorumq. ordine recitat An-
tonius Nebriſſenſis: Extat in monumentis Alexandri III. Pon-
tificis Maximi, anno Pontificatus ſui 17. ſalutis vero Chriſtianæ
ſexto, & ſeptuageſimo ſupra milleſimum centeſimum, in fauo-
rem ordinis Priuilegium, in quo refertur, fuiſſe in Hiſpania tem-
poribus illis viros quoſdam nobiles ordinis Equeſtris, qui ſeip-
ſos, omniaq. bona ſua Chriſti militiæ deuouerunt, profeſſi, quoad
viuerent, ſe geſturos bellum contra Chriſtiani nominis hoſtes
Saracenos, qui totam prope Bæticam, magnamq. Tarraconen-
C ſis Prouinciæ partem occupauerant, tenuerantq. per annos 400.
fuerunt autem ea tempeſtate Equitum illorum facultates per-
quam tenues, quippe qui non multo plura quam viginti caſtel-
la, & ea quidem munitiſsima, poſs derent, quæ ſub obſcuris no-
minibus in ipſo Priuilegio nominantur. Per idem tempus Magi-
ſter ipſe, cui Petro Ferdinandi nomen erat, cum pleriſq. ſui Or-
dinis Equitibus Romam profectus, ſuo, atque ſuorum omnium
fratrum nomine, rem omnem cum perſonis Apoſtolicæ Sedi ſub-
iecit, ſupplicauitque, vt ab eadem in proprios, ac peculiares
filios admitterentur, traderetq. illis viuendi normam: id quod
D eſt à Pontifice factum. nam, & illos in filiorum ſuſcepit locum,
& bona omnia ſub Apoſtolicæ Sedis patrimonio repoſuit, nor-
mamq. viuendi tradidit, quam deinceps in Ordinem cum moni-
torio pœnali magiſter Albertus S. R. E. Cardinalis vir plane op-
timus, atque eiuſdem militiæ admodum ſtudioſus redegit. quæ
noſtra quoque ætate recenſuit, confirmauitq. Iulius II. Pontifex
Max. anno Chriſtianæ ſalutis ſeptimo ſupra milleſimum quin-
genteſimum. Ex paruo itaque illo principio per quoſdam incre-
menti gradus eo potentiæ hic Equeſter ordo peruenit, vt noſtro
ſæculo mille cataphractos equites bello armare poſsit: quas co-
pias beneficio Principum acquiſiuit ob inſignes res geſtas in

bello, quod ſine intermiſſione contra Mauros Bæticæ iniuſtos A poſſeſſores ad hæc tempora geſſimus. Nam & pugna illa memorabili, qua Miramolinum ſuperauimus, ſub Petro Ario eiuſdem ordinis Magiſtro ſingularem operam nauauit: quæ victoria parta eſt anno ſalutis duodecimo ſupra milleſimum ducenteſimum, Hiſpanorum Rege Alfonſo nono. Atque deinceps Ferdinando Rege in oppugnatione Vberæ,& Cordubæ perquam ſtrenue hic ordo militauit, ſed præcipue in obſidione Hiſpalenſi, vbi Pelagius Corrigia cognomento Enſiferorum equitum magiſter, firmiſsimum tenuit præſidium. fuere deinde huius ordinis Magiſtri viri ſplendidiſsimi, quorum inſigni opera in bellis Reges vſi ſunt, quæ contra nominis Chriſtiani hoſtes Mahometis B cultores geſta ſunt. Hæc ille lib. 2. Decadis primæ cap. 9. Hiſpanarum rerum de militia S. Iacobi inſtituta exemplo aliarum, quas Romani Pontifices excitarunt aduerſus Chriſtianæ religionis hoſtes, vt oſtendimus ſigno de cura Pontificis Romani in tuendis Catholicis, ſicuti hanc etiam maximo Hiſpanicarum ditionum bono. Poſt hæc, aliud incrementũ Romani Pontifices adiecerunt illis, & quidem maximum. Anno enim 1296 Bonifacius octauus conſtituit Iacobum Admirantem, vt vocant, Vexilliferumq. S. E. R. toto mari, Regemq. Sardiniæ creauit; Sardos C adhortans decretis, ac litteris promulgatis, vt à Piſanis Eccleſiæ Romanæ aduerſantibus ſe abiungentes Iacobi ſeſe poteſtati ſubijcerent. Cuius decreti auctoritate perfectum eſt, vt aucta potentia, Iacobus Sardiniæ Regnum ſibi, ac Regibus Aragoniæ parauerit. quod memoriæ prodidit æqualis eorum temporum Villaneus lib 8. cap. 18.

Rurſus aliud Romani Pontifices Hiſpanicis Regnis robur addidere. Ioannes enim Vigeſimus ſecundus inſtituit in Portugallia ordinem Militiæ Chriſti: cuius Præfecto ſedes eſt in Marino Siluenſis diœceſis oppido: ac mox bona Templariorum, qui deleti D ſunt malis artibus Philippi Regis Francorum de nimia Clementis V. indulgentia, fuerunt Equitibus eius ordinis à Pontifice Romano attributa. quod teſtatur Franciſcus Tarapha lib. de Regibus Hiſpaniæ cap. XI. Horum porro fortitudo ſingularis extitit non modo in Hiſpanienſibus locis, ſed in Africæ plurimis, ac munitiſſimis Oppidis expugnandis, imperioq. Luſitanico adijciendis. quod hiſtorias illius legentibus apparet. Henricus, Ioannis Primi Portugalliæ Regis filius fuit illorum Equitum magnus Magiſter, niſi me fallit, continenterq. operam dedit in explorandis,

A randis, & acquirendis Africæ maritimis terris ad Auſtrum protenſis: cumq. magnos faceret progreſſus, impetrauit à Martino V. vt quæcumque Luſitani loca detegerent, eorum forent, neque poſſet vllus Chriſtianus ſibi illorum conquirendorum facultatem modo vllo vſurpare. quod Ioãnes Petrus Maffeius initio hiſtoriarum ſuarum teſtatur. Aloyſius deinde Muſtus Venetus Patritius Luſitanicarum nauium Dux ob ſummam peritiam factus, vſque ad æquinoctialem circulum maritimas Africæ plagas detexit. Atque ita tum Pontifex Romanus, tum vero Itali res Hiſpanicas maxime amplificauerunt. Teſtis eſt Petrar-
B cha lib. 2. de Vita ſolitaria, fortunatas Inſulas ab armata Genuenſium claſſe detectas, & acquiſitas, quæ Caſtellanorum deinde imperio ſunt adiectæ. Sed illud maxime auxit Hiſpanica imperia, quod à Pontificibus Romanis eſt prouectum, confirmatumque, & ab Italis inuentum. Anno enim milleſimo quadringenteſimo nonageſimo ſecundo Chriſtophorus Columbus natione Genuenſis accepta trium nauium claſſe ab Iſabella Caſtellæ Regina nouas in Occidente Indicas inſulas detexit: & poſt annos quinque Americus Veſpuccius Florentinus continentem terram latiſſimis ſpatijs protenſam. Cumq. poſt hæc Luſitani,
C Emanuele Rege, in Oriente nouos & ipſi, ampliſſimosq. terrarum tractus aperuiſſent, Alexander VI. Papa partitus eſt tamquam Vicarius Chriſti, cui data eſt omnis poteſtas in cælo, & in terra, inter Caſtellanos, & Luſitanos, quæcumque illi ignota loca inueniſſent in Occidente, & Oriente: Ita, vt Caſtellanorum foret, quidquid Occidentem verſus incognitum foret vſque ad dimidium totius telluris; viciſſim Luſitanorum, quodcumque Orientem verſus incompertum prius occurreret; neque vllus poſſet interturbare acquirendas ab ipſis terras, ſibiq. vllo modo parare. Cumq. ob Moluchas Inſulas opulentiſſimas
D à Luſitanis ſubactas quæſtio foret, ad Summum Pontificem delata eſt controuerſia; lataq. in Auditorio Rotæ Romanæ pro altera parte eſt ſententia; à qua cum rurſus ad eundem Pontificem fuiſſet appellatum, tranſactione quæſtio finem ſortita eſt, vt eſt in hiſtoria generali Indiæ lib. 2. cap. 8. Meminit eius rei Petrus Martyr in operis ſui medio.

Sit itaque magnum decus Italis antiquis ac priſcis, bello Hiſpanias cepiſſe, atque, vt ait ille, domuiſſe

Cantabrum, indoctum iuga ferre noſtra. A

An vero gloriæ aſcribetur, quod Romani, Imperatoresq. ipſorum tot Vrbes Hiſpaniæ ſubuerterint? hoſtis pleriſq. eos, dum colonias inducunt, exuerint? tot, ac tantas eorum ſtrages ediderint? tot vectigalibus, tributisq. onerarint? toties denique diripuerint?

At, quanto laudabilius, quanto iuſtius laudi ducent Itali, ac Romani, creaſſe Hiſpaniæ priſcis temporibus Damaſum Pontificem ſummum, Theodoſiumq. eodem tempore Imperatorem B maximum, non amoribus puerorum, vinoq. deditum, qualis fuit Traianus, non ſæuum, & efferum, qualis extitit Adrianus, ſed temperatum, placidumque, ac poſteritatis nobiliſſimæ parentem.

Summæ laudi ducent Pontifices Romani, aperuiſſe conſilio ſuo, religioſis ſimul ordinibus, quos ſuis legibus inſtituerunt, viam, qua facilius Hiſpanici Reges expellere è finibus ſuis poſſent antiquiſſimos hoſtes, qui inuaſerant in Hiſpanias ante tot ſæcula, cum Pontificia poteſtas proculcaretur, quin Regibus eiſdem cōceſſiſſe diſtributionem tot fundorum pertinentium ad C Equites Chriſti, ac S. Iacobi, quorum incredibilis eſt opulentia.

Veriorq. hæc, ac ſolidior ſit Pontificum Romanorum commendatio, quod Inſulas eiſdem magnas attribuerint; Italorum vero, quod patefecerint iis immenſos, & inuios olim terrarum tractus, qui fuerint acquiſitioni Hiſpanorum Pontificio decreto aſsignati: interim vero per Hiſpanos Pontificia poteſtas Romæ, & in Italia conſiſtens latiſsime amplificetur, ita vt per illos viginti partibus latius pertineat, quā pertinuerit Imperium Romanum: creetq. ipſe Pontifex Romanus Epiſcopos, quibus remotiſsimi Populi obediant, largiatur ditiſsima beneficia, & hone- D ſtum ex huiuſmodi largitione ſibi emolumentum reſeruet, ac tam latæ terrarum Regiones imperium ipſius reſpiciant, atque expectent, Quod ſi priſci Romani per vim quadringentos annos plus minus vſque ad Conſtantinum dominati ſunt, aut Hiſpaniæ toti, aut parti illius; certe Pontifex Romanus placida Religionis auctoritate leges eidem dedit plerumq. per annos mille ducentos octuaginta poſt Conſtantinum.

En vere diuina Pontificis Romani gloria, per homines imperio ipſius obedientes, atque ex eius præſcripto vitam ducentes à

ſumma

A ſumma barbarie, ab efferis moribus, ad ciuiles viuendi modos, ad humanitatis formam perduxiſſe homines in Indiis, humana quidem præditos effigie, ſed quibus belluini omnino mores eſſent: excoluiſſe per ſuos in Regionibus, quas Itali aperuerunt, ampliſſima terrarum ſpatia, vt tertiam prope Orbis partem contineant, in Africa, & Aſia, in orbis longe diſsitis, ad Ortum, Occaſum, Boreamque, & Auſtrum. Rebus hiſce geſtis, Italia ſeſe in ſuis hominibus, vel Pontificum ſuorum ſtudiis efferat ſupra omnes Prouincias, omnia regna mundi; bonis repleſſe Europam, terras incognitas Afri-

B cæ, Aſiæ, ac totius Orbis terrarum, neque ferro id tranſegiſſe, aut humani ſanguinis effuſione, ſed virtutibus ſolis, ac diuinitatis ipſius aſpiratione. Nunc ad maiora veniamus.

LIBER QVARTVS. A

Italis multo præſtantiores viri fuere in omni genere diſciplinarum poſt ætatem Conſtantini, quam prius ante auctoritatem Pontificis Romani conſtitutam.

Cap. I. B

FELICITAS poſita eſt ipſa quidem in ijs bonis, quæ ſupra memorauimus, verum multo magis in animi ornamentis, & cultu. Hac enim parte ſumus homines, atque hic noſtra eſt beatitudo collocata. alioquin, nihil à beſtijs diſtamus. & quamuis multa è ſuperioribus à mente bene inſtituta proficiſcantur, tamen ea, quæ nunc perſequemur, propius attingunt animi ſtatum. Qua in C
re quanti ſint Itali, ac Romani præ antiquis, quicumque fuerunt ante ætatem Conſtantini, hinc dignoſci poteſt, quod prius in Italia non fuerunt omnium diſciplinarum gymnaſia, publico
51. ſtipendio conducti Doctores certi, qui gratis aduentantes quoslibet edocerent. Auguſtus Romæ conatus eſt aliquid efficere, nobiliſsimamq. inſtruxit ad hoc in Palatio Bibliothecam: ſed artium tamen, doctrinarumq. liberalium nulli Romæ publici erant Magiſtri: ita, vt in annalibus ſuis notauerit Euſebius, primum Romam perductum Fabium Quintilianum à Galba anno Chriſti 71. qui deinde anno 90. ſcribitur Romæ primus publicam ſcholam, ſalariumq. è fiſco accepiſſe, vt ſcilicet Rhetoricam doceret: cæteras enim diſciplinas qui traderent, Romæ D
numquam fuere, vt diximus, Imperio ſtante. Quamobrem pueri, adoleſcentesq. Romani, vt illas addiſcerent, vel priuatos domi præceptores habebant, ſi qui voluiſſent, ac potuiſſent, vel Athenas in Græciam, Maſsiliamve in Gallias, quantum pertinet ad literas Græcas, mittebãtur. quod Strabo lib. 4. teſtatur. adeo frigebat Italia in omnibus doctrinis. Scimus porro, à multis Imperatoribus Philoſophos Vrbe, & Italia exactos, vt à Do-

mitiano.

A mitiano, quod Lucianus in Peregrino, & Suetonius in eius vita cap. X. tradit, in illis fuere Epictetus, & Dion Chryſoſtomus; quin aliqui ab illo ſunt occiſi, vt Ruſticus Arulenus, ac Maternus. Et ſane poſt Syllæ tempora, captamq. Græciam, venere artes in Latium nonageſimo prope anno ante Chriſtum natum. Sic enim Lyricus ille vates;

Græcia capta ferum victorem cepit, & artes
Intulit agreſti Latio, ſic horridus ille
Defluxit numerus Saturnius, & graue virus
B *Munditiæ pepulere, ſed in longum tamen æuum*
Manſerunt, hodieq. manent veſtigia ruris.
Serus enim Græcis admouit acumina chartis,
Et poſt Punica bella quietus quærere cœpit,
Quid Sophocles, & Theſpis, & Aeſchylus vtile ferrent.

Hæc ille apertiſsime teſtificans, poſt Græciam captam fuiſſe Latio illatas bonas artes, agreſte illud prius extitiſſe; quin, ipſo adhuc viuente, & Auguſto imperante, manſiſſe veſtigia ruris, ne quis dicat me quidquam ſomniare, neque pronuntiare, C abſque aliquo graui teſte. Mirandum ſit igitur, poſt tot annorum ſæcula à gentium diſperſione, neque vnum fuiſſe in Italia excitatum gymnaſium publicum, in quo de publico perſolueretur merces Doctoribus omnium doctrinarum, ſed opus fuiſſe, vt ad exteras regiones Itali proficiſcerentur. Nunc autem quot numerantur? Romanum, Bononienſe, Peruſinum, Senenſe, Piſanum, Ticinenſe, Patauinum, Ferrarienſe, Taurinenſe, Neapolitanum, Firmanum, Maceratenſe. Quæ ſane omnia ſunt vel à Pontificibus Romanis excitata, vel à Pontificum Romanorum ſtudioſis. Bononienſe volunt aliqui inſtitutum à Theodo D ſio Magno, Ticinenſe à Carolo item Magno, addictiſsimis Pontificiæ Religioni. In Romano ſcimus è Codice Theodoſiano fuiſſe publicos magiſtros, quamuis non omnium, ſed aliquarum tamen artium liberalium.

Enim vero dicet aliquis ſciolus, Latinæ tantum linguæ peritus, & illius cognitione qualicumque intumeſcens, ac ſuperbiens, Latinæ linguæ ſcriptores Italicos habemus ex antiquis multo excellentiores ante ætatem Conſtantini, quam poſt illā, cum Pontificis Romani auctoritas magis cœpit vigere. Sed quanam, quæſo, in ſcientia præſtantiores? numquid, quæſo, in ip- 52.

ſius linguæ Latinæ vſu? Numquid in aliarum linguarum, Græcæ, A
Hebraicæ, Chaldaicæ, Syriacæ, atq; cæteris? hæ namque tum
celebriores, tum vetuſtiſsimæ omnium? Numquid in Theolo-
gicis, Philoſophicis, Dialecticis, Mathematicis, Aſtrologicis,
aut cæteris diſciplinis, de quibus mox verba agemus? Age igi-
tur, diſſeramus de ipſius Latinæ linguæ vſu primum. hæc enim
tractatio difficilior videtur. & ſane ridenda res eſt. Vt enim La-
tini olim Latinitatis erant ſcientes, ſic imperiti aliarum lingua-
rum, & eius, qua nunc Itali vtuntur. Par itaque pari referatur.
tur. Priſci noſtræ, noſtri priſcæ inſcientes: noſtri autem ſcien-
tiores. & nihilominus diſpiciamus, qui fuerint in Latinitate B
Itali poſt Conſtantinum, Pontificiſq. Romani auctoritatem ma
xime auctam. Verum definiamus, quanam in re ſit hæc præſtan-
tia, ex qua poſsit aſſeri ſcriptor alius alio præſtantior. In ver-
bis ne, an ſententijs? an in vtriſque, tum bene delectis, tum be-
ne diſpoſitis? Sed, ſi in verbis, certo ſcimus, ante Ciceronis æta-
tem pleroſq. omnes vſos longe diſsimillimis vocabulis, vt En-
nium, Liuium, Lucilium, & huiuſmodi alios. Poſt eandem ſi-
militer: quid Plinio, Suetonio, Valerio Maximo, Tacito, alijsq.
cum Cicerone? Inter ſe conueniunt omnium maxime Cicero,
Cæſar, Terentius, Salluſtius. non longe ab his abſunt Plautus, C
Titus Liuius, Lucretius: omniumq. iudicio ſoluta oratione iu-
dicantur illi optimi ſcriptores, qui proxime accedunt ad Cice-
ronem. Latinæ enim linguæ hic parens vocatur. Alioquin veriſ-
ſime cecinit Venuſinus:

Vt ſiluæ folijs pronos mutantur in annos,
Prima cadunt: ita verborum vetus interit ætas:
Et iuuenum ritu florent modo nata, vigentque.
Debemur morti nos, noſtraque: ſiue receptus D
Terra Neptunus, claſſes Aquilonibus arcet,
Regis opus; ſterilisque diu palus, aptaq. remis
Vicinas vrbes alit, & graue ſentit aratrum:
Seu curſum mutauit iniquum frugibus amnis,
Doctus iter melius: mortalia facta peribunt,
Nedum ſermonum ſtet honos, & gratia viuax.
Multa renaſcentur, quæ iam cecidere, cadentque,
Quæ nunc ſunt in honore vocabula, ſi volet vſus,
Quem penes arbitrium eſt, & vis, & norma loquendi.

Atqui,

A Atqui, ſi præſtantiores iudicandi ſunt Latinæ linguæ ſcriptores, qui propius accedunt ad Ciceronis linguam, & verba; multo plures extitere poſt imperium Conſtantini, quàm prius huiuſmodi, ex Italia. An non hoc verum? Sumantur, quæſo, in manus opera Petri Bembi, Iacobi Sadoleti, Gaſparis Contareni, Hadriani Cardinalis Batonienſis, Gregorij Corteſij, Marci, & Ioannis Antonij Flaminiorum, Pauli Manutij, Pontani, Ioannis Caſæ, Petri Victorij, Vberti Foliettæ Genuenſis, Bonfinij, Polydori Virgilij, Petri Magni Arpinatis. & certiſſimo, vti dicimus, eſſe ipſam rem quiuis cognoſcet. alioquin producantur
B tot ſcriptores, ac tales ex Italis ante Conſtantinum, qui ſimilitudinẽ Ciceronianæ elocutionis ita expreſſerint, vt iſti, qui ſunt à nobis nominati. Diximus de ijs, qui propius acceſſere. Dicendum foret de ijs, qui minus abfuere, & idem ſane colligeretur: verumq. illud eſſe ſciremus quod Marcus Antonius Flaminius aliquando aiebat, linguæ Latinæ elegantiam nunc magis teneri, quam ſtante illius vſu. Dicet aliquis: bene habet, quod de ſcriptoribus ſolutæ orationis eſt dictum. Quid de Poeticis ſtudijs affirmari poterit? Atqui, ſi decernamus illud, eum qui magis Virgilianæ dictioni appropinquauerit, alijs præponendum,
C & legamus quæ ſunt elaborata à Hieronymo Vida, Sannazario, Pontano, Bargæo, Petro Bembo, Molſa, Caſtalione, Cotta, Flaminio, Nauagerio, Caſa, Bonamico, Amaltheis, Philelphis, Politiano, Sadoleto, Bonfadio, Zanclo, Strozis, Pigna, Faerno, ac plurimis alijs, quos Ioannes Matthæus Tuſcanus collegit, comperiet, quod aſſerimus, eſſe veriſſimum, longe plurimos poſt Conſtantinum poetas ex Italis Virgilij modos aſſequi, antea non ita multos. Quamobrem vere idem Tuſcanus euerſum imperium plorans:

D *Amplius Italia eſt terrarum nec caput ipſa,*
Ipſius Roma eſt nec caput Italiæ.
Hoc igitur fluxas & opes, & bellica quidquid
Vis ſtabilit fluxum, fluxaq. regna docet.
Nec tamen imperium, qua vis euertit auitum
Tantundem obtinuit iuris in ingenijs.
Bellica ſed quidquid peperit violentia lapſum eſt,
At manet æternum nobile pacis opus.
Hacq. ſuos pariunt fælicia ſæcla Catullos,
Naſonesq. ſuos, Virgiliosq. ſuos.

Vt, quantum imperio iacturæ fecerit ora A
Auſoniæ, tantum ſeruiat ingenijs.
Illa quibus caput Italiæ eſt nunc maxima Roma,
Ipſaq. terrarum nunc caput Italia.

Si quis autem Iulio Cæſari Scaligero magis credit, legat eius Poeticem & Hypercriticum; &, quod decimus, certius cognoſcet, videbitque, ab illo, ſicuti etiam à Minturno, & Patritio Poetices præcepta ſolidius, & vberius explicata, quàm ab Ariſtotile, ſicut à Vida, quam ab Horatio. Nam, quid de Rhetorica Bartholomæi Caualcantis dicemus? Sed iſta nullo ſunt nobis loco. Nam Poetas, Oratoreſq. Etruſci ſermonis elegantiſſimos, & qui nulla re antiquis cedant, haberi in manibus contendunt omnes: &, ita re vera eſſe, poſſumus affirmare, cum ſciamus, ornatiſſimas eſſe conciones verbi gratia Scripandi, Cornelij Epiſcopi Bituntini, Franciſchini Viſdomini, Gabrielis Flammæ Epiſcopi Clodienſis plurimorumq. huiuſmodi. Nam, quid ego de Poetis dicam? Hui, quot, acquam nimij ſunt in nimium ſuperuacaneis Etruſcorum carminum cultiſſimi Poetæ Petrarca, Areoſtus, Caſa, Bembus, Guiduccionus, Taſſus, Molla, Carus, Varchius, Tanſillus, Piſcariæ Marchioniſſa, aliæque, & alij, quos eſſet infinitum ſingulos recenſere. Verum nihili fiunt iſta à nobis, & ſane facienda ſunt, quantum ſpectat ad moroſam quandam, faſtidioſamq. vocularum conſectationem, ac prope putidum ſermonis ornatum, inuentaq. ad voluptatem prope ſolam facientia, & iuuantia. Veniamus ad aliquid ſolidi, & grauis. Nam Poetas quoſdam Plato, ac Socrates è ſua Rep. expellebant: Nos omnino haud expellamus. &, quod ab initio proponebamus, id perſequamur, linguarum multiplicium veram doctrinam, quæ conferat ad percipiendas diſciplinas Populis vtiles, ac neceſſarias, ab Italis longe magis haberi poſt imperium Conſtantini, quam prius. Nam quæ Chaldaicæ, & Hebraicæ Italis erat ante Imperium Conſtantini peritia? Græcæ aliqua apparebat. Nunc eſſe & huius multo maiorem, liquet ex ijs, quæ ſigno 22. diximus lib. 6. cap. 5. Nam, quo peruenerit vi ſua, Ciceronis, aliorumve, quo noſtrorum, plene oſtendimus eodem libro, ſigno 20. & 21.

53. Nunc aliquis proferatur in dialecticis tantæ doctrinæ ex Italis ante Conſtãtinum quanti ſunt innumeri poſt illum? Sit inſtar omnium Boetius: vt omittamus Caſſiodorum. Nam, quid ego

nominem

A nominem Thomam Aquinatem, pluresq. alios, de quibus ver- 54.
ba faciemus, in philoſophicis excellentiſſimos viros, Ægidium
Romanum, Gregorium Ariminenſem, Auguſtinum Niphum,
Ludouicum Buccaferreum. Vt omittamus Paulum Venetum
eremitam ſancti Auguſtini, Portium, Vicomercatum, Caieta-
num, Achillinum, Silueſtrum Ferrarienſem, Iauellium, Conta-
renum, Flaminium Nobilium, Bargem, Trombettam, Pau-
lum Soncinatem, Marcum Antonium Ianuam, Antonium Mi-
randulanum, Marcum Antonium Zimaram. quod ſi amas Pla-
tonica, quantus in ijs Marſilius Ficinus? In omnibus vero Ioan-
B nes Picus Mirandulanus Græcè, Hebraicèq. ſcientiſsimus, vna
cum Hermolao Barbaro, & alijs multis. Quibus Italia nullum
parem genuit in rerum naturalium ſcientia per annos biſmille
ac quingentos pluſminus, qui numerantur vſque ad Conſtanti-
num à gentium diſperſione à non nullis. quamuis in Græcia Ma-
gna Poſidonium, Helia, Tarentumve Græci ſanguinis aliquo ob
antiquitatẽ celebres habuiſſe dicantur, qui Græcè ſcripſerunt vt
pote Græci in Italicum ſolum quaſi aduenæ recentes profecti, à
quibus Italica Philoſophia multis erroribus ſcatens, vt diſcere
quiuis apud Diogenem lib. 8. poteſt, emanauit.

C Nam, quid de Theologicis dicemus? Non eſt, quod iſta in 55.
quæſtionem reuocemus. Nullo ſunt loco Itali antiqui, quid gar-
rirent, illi neſciebant, in diuinis toto (vt aiunt) Cœlo miſeri
errabant. neque hic ego loquor de ijs, quæ non poſſumus aſſe-
qui, & intelligere viribus noſtræ mentis, ac ſupra humanæ in-
telligentiæ ſunt facultatem. Mihi ſermo nunc eſt de rebus diui-
nis, quatenus eas naturaliter comprehendere poſſumus, & di-
gnoſcere, quid verum ſit in illis, aut quid falſum. Quis enim ri-
ſum tenere poſsit, cum legerit, quæ de natura deorum diſpu-
tat Cicero? vt exilis, ac ieiunus in tota illa tractatione, quamuis
D hæc vberrima ſit, dicenda, ſi ſpectes eloquentiam, & ceteros,
qui libros argumenti eiuſdem Latine ediderunt; vt ſæpe falſa
colligit, atque in ſyllogiſmis connectendis imperite labitur? &
tamen è tota antiquitate Latinorum nihil ſimile, ſuſpiciendum
ve magis habetur. nam primus Cicero è Latinis philoſophica
ſcripſit. Et ſane vſque ad ætatem Ciceronis omnia ſcripta Lati-
norum, literaturaq. omnis iacebat. quidquid Plautus, ac Teren-
tius concinni, & artificioſi habuerunt, vt ad leuiora redeamus,
cum ſint hæc omnia quodammodo interſe apta, & connexa, id
omne à Græcis mutuati ſunt & è Græco in Latinum comœdias

integras pene ad verbum verterunt. hinc Ennij carmina quaſi A
quædam ſtercora Virgilius nominauit, cum dixit, ſe colligere aurum è ſtercoribus Ennij. ſic in Philoſophicis, ac Theologicis, quantum mente percipi à mortalibus poſſunt, Latini omnino rudes fuerunt, & qui ex illis pauciſsimi hæc attingebant, ſummis labris in admiratione erant, neque in melioribus conſiſtere ſciebant, quales ſine dubio fuerunt, Ariſtoteles, ac Plato, ſed modo Democritum ſequebantur, vti videtur aliquibus Lucretius, modo Ariſtippum, vel, quod pudeat, Epicurum. ſic enim Venuſinus.

B

Nunc in Ariſtippi furtim præcepta relabor. **Et:**
Cum ridere voles Epicuri de grege porcum

At Chriſtiani, Pontificiarumq. legum ſtudioſi non modo viderunt Ariſtotelem, & Platonem præſtantiores eſſe inter antiquos omnes, quod tamen eſt illis commune cum Cicerone, ac Latinis, è quibus ille Platonem vocabat Homerum deumq. Philoſophorum; Ariſtotelem vero aiebat aureum flumen orationis fundere, ac longe omnibus, excepto Platone, præſtare ingenio, & diligentia, & in philoſophia eſſe ſingularem, & quo C
non ſit in rebus vel inueniendis, vel iudicandis acrior, aut neruoſior in dicendo. Sed quatuor in rebus Itali poſt Conſtantinum, quantum ſpectat ad philoſophiam, ſuperarunt Italos antiquos. In primis enim cognouerunt præ duobus iſtis cæteros Philoſophos nihili prope faciendos, atque iccirco dimiſerunt alios; atque vt merebantur exploſerunt è ſcholis; neque tot ſectæ, quas enumerat Cicero inter ipſos, (quo in Genere Græci etiam peccarunt) ſunt excitatæ. Deinde, plurima falſo dicta ab iſtis aperuerunt, ac, ne quis decipi poſſet, indicarunt, & ſolide probata confirmarunt. Præterea vero, innumera multa addi- D
derunt, ad progreſſus in doctrinis faciendos, veritatemq. capeſſendam, & tenendam mirabiliter adiuuantia (quod nos ſigno 24. de paritia Catholicorum lib. VI. oſtendimus) Amplius, plurimi ad huiuſmodi diſciplinas addiſcendas ſeſe dediderunt. Ex Italis Priſcis Latinis vnus Cicero, & Lucretius philoſophica ſcripſere, ita, vt nulli ſint Itali antiqui præ noſtris. Cum vero poſſent noſtri furari concinne exemplo Ariſtotelis, & quidem iuſtiori cauſa, quidquid antiqui ſunt philoſophati, & in ſuos libros transferre, quod Ariſtoteles ipſe fecit, cuius furta elegantiſſime

A tiſſime, poſt alios detexit Franciſcus *Patritius* libris Peripateticarum diſcuſſionum. non ita noſtri egere, ſed auctoritatem conciliarunt Ariſtoteli, & Platoni; qui ſane cunctos viſi ſunt in philoſophia tradenda ſuperaſſe.; ſed ille in primis: quod ab alijs inuenta ſibi arrogans optime diſpoſuerit, ſtyloq; percipiendis diſciplinis aptiſsimo ſit elocutus. Denique illud inſigne accidit Chriſtianis Italis, qui poſt Conſtantinum philoſophiam ſunt profeſsi, vt per annos mille ducentos ſeptuaginta ſemper habuerint illius ſectatores. quod nos adducto ſigno ex parte docuimus. potiſsimum tamen, vt omittamus Boetium, qui vocatur Admirabilis à Simplicio, ante annos quadringentos perpetua, &
B inſignis Italicorum Philoſophorum ſucceſsio fuit. ante Conſtantinum non erat in Italia, niſi Lucretius, & Cicero, qui philoſophiam literis Latinis mandarint, vt qui floruerunt ætate eadem, atque ita non ſtetit inter Latinos eius profeſsio quinquaginta annis. Inter Græcos autem, qui in Italiæ Magna Græcia conſederunt, neque diu morata eſt. Pythagoras enim, qui fuit auctor Italicæ philoſophorum ſectæ, diſcipulus fuit Pherecidis Syri; ac floruit poſt exactos Reges, annumq. Vrbis conditæ 224; ab illo Italica Græcorum philoſophorum ſecta, qui ſunt omnes
C deinde concitata Populorum ſeditione concremati, vt auctor eſt Polybius lib. 2. Laertius in Pythagora, ita vna cum Eleatibus Philoſophis Parmenide, Zenone, Leucippo in Italia celebribus vix peruenint ad alterum ſæculum. Eleatarum meminit tum Laertius lib. IX. tum Strabo Geographiæ ſexto.

Iam, ſi Mathematica conſideremus, in vniuerſum nullos habent Itali antiqui è Latinis, qui noſtrorum pluribus poſt Conſtantini Imperium præſtantibus comparari poſsint. ea namque nemo eſt ex illis, qui vel calluiſſe, aut aliquid in eis præclari inueniſſe, vel præſtaſſe memoretur. Nullusq. eſt è Latinis ſcriptor
D ante Conſtantinum, qui monumentum illius aliquod, quamuis tenue, nobis reliquerit. Pythagoræ ſectatores, qui è Græcia in Italiam profecti, aut ex his orti Græce ſcripſerunt, omnium maxime illuſtraſſe Mathematica videntur. Nam, cum dicantur Ægyptij, Chaldæiq. in ijs excelluiſſe; & Pythagoras multum fuerit inter eos verſatus, didiceritq. iſta; mox in Italia conſidens, præclaros habuerit diſcipulos; hi valde inſignes in mathematicis fuere, vt Archytas Tarentinus, cuius Auditor fuit Eudoxus Cnidius. inuenit namq. ille primus in Geometria Cubum, quod Plato in Rep. refert. mechanicaq. mechanicis principijs vſus

expoſuit,

expoſuit, ac tantus fuit, vt de illo dixerit Venuſinus, Carm. l. 1. od. 28. A

Te maris, & terræ numeroq. carentis arenæ
Menſorem cohibent Archita,
Pulueris exigui prope litus parua Matinum
Munera: nec quidquam tibi prodeſt
Aerias tentaſſe domos, animoq. rotundum
Percurriſſe polum morituro.

Poſt Conſtantinum primus extitit è Latinis, qui in mathematicis fuerit excellens, Boetius: cuius lucubrationes extant in Euclidem; qui omnium ſuperiorum primus inuenta in ordinem redegit, eorum nulla facta mentione. Ante Conſtantinum nullus ei ſimilis fuit è Latinis: Adeoq. ignorabantur mathematica, vt auſus ſit ille dicere libro 1. de Finibus, Mathematica à falſis initijs profecta vera eſſe non poſſunt. quod cum falſiſſimum ſit, oſtendit, in quanta huius diſciplinæ ignorantia verſaretur, qui de certiſſima doctrina ſimile mendacium pronunciaret. Boetio poſt alios minores anno milleſimo ſuccedit Campanus Longobardus, qui nouis demonſtrationibus elementa Euclidis illuſtrauit, erroresq. multos Ptolemæi in curſibus aſtrorum notandis deprehendit, vt Bergomenſis tradit. At noſtro ſæculo plurimi extitere: ex his celeberrimi Nicolaus Tartalea, Federicus Commandinus, Hieronymus Cardanus, & qui vno circini ductu elementa Euclidis omnia deſcribi poſſe demonſtrauit. illi autem plurima excogitarunt antiquis ignota. quibus Chriſtophorus Clauius alia coniungens, ſuos in Euclidem comentarios ornauit. B C

In Arithmetica nullus è Latinis fuit, qui præcipuam. Laudem
57. ferre poſſet ante Conſtantinum. Dein vero poſt admirabilem Boetium, innumerosq. alios Cardanus omnes, qui fuerint vmquam poſt ſe reliquit ob acutiſſima inuenta, quæ libris de Algebra continentur. D

Quid autem de Aſtrologiæ parte illa, quæ Coſmographia vo-
58. catur, dicemus? qua motus Orbium Cœleſtium, & quæ his motibus vel conſequentia in reliquis mundi partibus, vel obnoxia ſunt, explicantur? E Græcis ſane multa Latini quidam ſcriptores ante Conſtantinum verterunt: at ipſi opus nullum ſuum neque elaborarunt, neque quidquam noui deprehenſum dedere in lucem. Vnus Marcus Manilius opus Aſtronomicum verſibus Heroicis compoſuit. At poſt illum verſibus eiuſdem generis An-

tonius

A tonius Mizaldus longe vberiori argumento edidit: ſoluta vero
oratione tractarunt eadem Campanus, Pierius Valerianus, Pe-
trus Catena, Alexander Piccolomineus, Franciſcus Barocius li-
bris de Sphæra vel Coſmographia.

Quantum vero pertinet ad illam partem Aſtrologiæ, quæ Cœ- 59.
leſtia tantum corpora contemplatur, habebantur in manibus
olim Gerardi Cremonenſis Theoricæ planetarum; ſed nullo illæ
loco habebantur. Nunc autem celebrantur ſcripta Fracaſtorij
de Homocentricis, Vrania Pontani verſibus Heroicis elegantiſſi-
me deſcripta, Alexandri Piccolominei Theoricæ, Franciſci Ba-
B rocij Coſmographia. Sed ante Conſtantinum nullus ex antiquis
Italis aliquid operis confecit.

In Gnomonica latini Itali nullum habent ſcriptorum ante æta- 60
tem Conſtantini. Vitruuius attigit pauca quædam. Nunc ſunt
in promptu Federici Comandini ſcripta de Horologijs, Petri
Apiani Horoſcopium, Danielis Barbari Horologiorũ deſcriptio.

In Meteoroſcopia nihil ciere poſſunt ab Italis editum Latini 61.
priſci. nunc manibus ſtudioſorum teruntur Planiſphæria Guidi
Vbaldi è Marchionibus montis, & à Comandino illuſtrata Pla-
C niſphæria Iordani.

In Dioptrica nihil eſt antiquis Italis ante Conſtantinum. Nũc 62.
ſunt Antonij Lupicini vſus, & fabricatio Virgarum aſtronomi-
carum, Latini Vrſini Radius aſtronomicus: quæ ſunt inuenta nõ-
ua. quod oſtendimus ſigno 24. de peritia Catholicorum lib. 6.
ſicuti alia Veronenſis, & Alexandri Piccolominei.

In Geographia Italis eſt vnus Plinius ante Conſtantinum. poſt 63.
illum ſunt nobis Dominicus Niger, Æneas Siluius, Sabellicus,
Volaterranus, Marcus Polus.

In illa Aſtrologiæ parte, qua effectus cœleſtium motuum, & 64.
D aſpectuum in corpora ſubiecta naturales ob cauſas probabiliter
futuri denotantur, eſt priſcis vnus Iulius Firmicus. Poſt Con-
ſtantinum ſunt nobis Pontani opera in quatuordecim libros di-
ſtributa, Guidi Bonati, Lucæ Gaurici, Cardaniq; elucubrationes.

Ad ſummam, per annos bis mille quadringentos, & amplius
priſci Itali nullos habuerunt ante Conſtantinum Latinos ſcripto-
res in Mathematicis elementis, in Arithmetica, Coſmographia,
Aſtrologia, Gnomonica, Meteoroſcopia, Dioptrica, in Geogra-
phia duntaxat, atque Aſtrologia coniectatrice vnum. Poſtea ve-
ro innumeros è noſtris per annos mille ducentos octuaginta,
quod eſt dimidio prope minus annorum interuallum.

65. Ac, nequis opinetur, ab iſtis inani ſcriptione tempus abſum- A
ptum, lectoremq. oneratum libris ſupervacaneis ſigno citato
nos noua à noſtris excogitata admirationis, & vtilitatis pleniſsi-
ma enumerauimus. quæ ſiquis cupit cognoſcere, poterit facilli-
mè diſcere; Nam repetere non eſt opus: & plurima ſunt ibi co-
gnitionis fructuoſæ & iucundæ.

66. Illa tamen ſpeciatim nobis recenſenda non immerito viden-
tur; quod ſpectat ad machinas, & mechanicorum conſtructio-
nem, & vſum, quæ ſunt à Latinis admodum ieiune, & exiliter
tractata; à Græcis non ita. neque ab his tamen vel adeo copio-
ſe, vel ſubtiliter, vt à noſtris. Inter quos principem locum te- B
net poſt Tartaleam, Cardanumque, Guidus Vbaldus è Mar-
chionibus Montis: cuius extant doctiſſimi Mechanicorum libri.
Quocirca tollendis aquis machinas decem, & nouem Valla Pla
centinus deſcribit; decem, & octo Ioſephus Ceredus proprijs
libris. vt iam nullæ ſint, quas Vitruuius tenuiter adumbrat. At-
tollendis autem ponderibus excellentiſſimam machinam dedit
in lucem Michael Angelus Bonarotus.

67. His eſt adfinis Horologiorum quorundam fabricatio. Simpli-
cia ſane Galli primi excogitarunt. Nam Gerbertus, qui factus
poſtea Pontifex Romanus dictus eſt Sylueſter ſecundus illa in- C
uenit, vt Erfordienſis teſtatur. Iannellus Turrianus Cremonen-
ſis addidit ſimplicibus illis omnium prope planetarum motus;
præcipue tamen Solis, ac Lunæ recurrentes euentus: quod ſcri-
bit Cardanus, cumque ex ære huiuſmodi horologium dono de-
diſſet Carolo Quinto, lepide quidam diſticho luſit:

Terra, fretumq. tuum eſt: teſtabant ſidera: cuncta
Vt teneas, ecce hæc ſidera, Cæſar, habe.

Hæc adumbrata in Sphæra ſtabili Archimedis è vitro confe- D
cta, cui nullum foret artificium ad impulſus ciendos Orbium,
circulorumve, admirabatur Claudianus. Sed his, quæ Turria-
nus abſoluit, adiungitur rota, tympanum, vel, vt aiunt, mo-
la, quæ vſque ad certum tempus duodecim, pluriumve hora-
rum varias motiones in varijs circulis efficeret reſpondentes cæ-
leſtibus) confecto deinde eiuſmodi horarum ſpatio, ſtatim cir-
cumuoluitur iterum concitans rota, atque ita perpetuus qui-
dam tenor affertur horologijs Orbium ſuperorum circuitiones
repreſentantibus: quod eſt Italorum nobile, diuinumq. inuen-

A tum tinnitu præterea, quota ſit hora, admonens, toties ſci-
licet edens ſonum, quot iam ſunt elapſæ horæ. Anno 490. Vr-
bis conditæ primum Romæ horologium ex Sole cœpit eſſe ad-
uectum Catina è Sicilia à M. Valerio Meſſalla: quod Plinius
lib. 7. tradit. Vſque ad Gerbertum ſunt vſi Itali cæterique
clepſydris ex aqua, adhibita ſunt etiam è puluere ignota priſcis
horologia. Sed, vt omnes videant, quanti ſint Itali in me-
chanicis, quæ à Mathematicis habeant initium, data in lucem
miranda hæc horologia, ac prope dixerit aliquis diuina. vt
iam rideamus Architæ volantem columbam.

B Neque vero hic omittendus eſt incredibiles habens vtilita- 68.
tes Magnetis vſus: quod eſt inuentum Flauij ciuis Amalphita-
ni. eius namque tota ratio pendet à Coſmographia. iccirco hic
erat appoſite de illo à nobis loquendum. Quanta porro ſit eius
admirabilitas, quot, ac quantos afferat ſecum fructus ad iti-
nera nautica facienda, inſtituenda commercia, mortaliumque
vitas maria traijcientium conſeruandas, qui neſcit, aut non fa-
tetur, is neceſſe eſt, vt ſit valde imperitus, atque hebes. Hoc igi
tur Italia inuento, quo ſalus hominũ plurimorum continetur,
C ex quo Pontificiæ paret auctoritati, maximè gloriabitur per
Amalphitanum Ciuem. Nunquid vero hic eius emolumen-
tum conquieſcet? an vero longe plura inde exiſtent?

Ita profecto. Non enim Chriſtophorus Columbus Ge- 69.
nuenſis fuiſſet auſus tam vaſtos Oceani receſſus adire, aut ex-
periri, committereque ſe ignotiſſimis itineribus, ac toties
ire & redire, cum detexit Indias nouas, ac remotiſſimos Po-
pulos nobis aperuit, niſi adfuiſſet illi vſus magnetis. Quo cir-
ca Hiſpani acceptum quidem referre imperium tam latum
Chriſtophoro Genuenſi potiſſimum debent. Sed eius conatus
D vel nullus omnino fuiſſet, vel, ſi quis aliquando extitiſſet, irri-
tus caderet, niſi Italus alius tam nobile inuentum generi hu-
mano dediſſet. Alioquin eſt compertum, vel aliàs in Indijs
occidentalibus e noſtris alios homines fuiſſe; cum nummi
ærei fuerint in ijs locis reperti, quibus inſculpta erat imago
Auguſti. Sed nauigationes perpetuę non poterant, vt nunc,
inſtitui; quod deficeret artificium nauticæ chartę, magnetiſ-
que à Coſmographiæ regulis pendens.

En igitur, quò nos liberalium diſciplinarum ſtudia poſt au- 70.
ctoritatem Rom. Pont. maximè amplificatam, quin cura
ipſius potiſsimum promota, & ab Italis aucta, prouexerint.

Vt per inuenta admiranda ſocietas vniuerſitatis humanæ tam A
diſsitis locorum ſpatijs interrupta conglutinetur, hominesq; beſtijs olim ſimillimi ad humanitatem nunc inſtituantur, ac reuocentur. Neque enim Luſitani potuiſſent explorare oras Africæ, circumlegere illas, præteruehi, Orientálesque Indias capeſſere, & ad remotiſsimas regiones quotannis ventitare, niſi chartæ nauticæ, magnetiſque ab Italis inſtitutus vſus ipſis adfuiſſet, atque adeſſet. Viden itaque, à paruis initijs, quò proceſſerit doctrinarum mathematicarum cognitio poſt Imperium Conſtantini Romanique Pontificis auctoritatem dilatatam, inter Italos aucta, & conſtituta. B

71. Abſoluimus, quæ pertinent ad notitiam linguarum, Studia humaniora, Philoſophiam, Theologiam, Mathematica. Veniamus ad alias doctrinas. In quibus prima ſe ſe offeret Medicina. In qua pauciſſimi ſunt è Latinis ſcriptores, Cornelius Celſus ſcilicet, aut alius quiuis non ita ut hic magni faciendus. At poſt illum quot nobis extitere? Sileamus ant quos, recitemus Italos maiorum noſtrorum memoria præſtantes, quorum ſcripta ſunt in manibus Doctorum. Sunt vero illi, Gentiles Fulginas, Thomas Garbus, Iacobus Foroliuienſis, Hugo Senenſis, Sanctes Arduinus, Ioannes Martianus, Leonardus Iacchinus C
Matthæus Curtius, Proſper Catanus, Altomarus, Montagnanus, Montanus, Veſalius, Trincauella, Fallopius, alijqui multi. Ex his anatomicam maxime illuſtrarunt, ac longo poſt ſe interuallo antiquos reliquerunt Veſalius, Fallopius.

72. Quantum verò ad herbarum, plantarumque notitiam, quis ignorat quantus fuerit Matthiolus, quem ſequitur Caſtor Durantes, qui carminibus non impolitis herbarum vires eſt complexus. His certè nullum parem dedit antiqua Latinitas ante Conſtantinum: tot vero nulla ſæcula. Latini, Italique mirum, quandiu ſine vllis medicis fuerint, quin ipſos medicos D
Vrbe exploſerunt & abhorruerunt omnes artes Græcorum. ſic enim Cato maior apud Plinium lib. 29. cap. 1. ad Filium ſuum ſcribens: Dicam de iſtis Græcis ſuo loco, Marce fili, quid Athenis exquiſitum habeam, & quod bonum ſit eorum literas inſpicere, non perdiſcere. Vincam nequiſſimum, & indocile genus illorum. & hoc puta vatem dixiſſe: Quandocumque iſta gens ſuas literas dabit, omnia corrumpet. tum etiam magis, ſi Medicos ſuos huc mittet. Iurarunt, inter ſe barbaros necare omnes medicina. Sed hoc ipſum mercede faciunt:

vt

A vt fides ijs ſit, & facile diſperdant. Nos quoque dictitant bar-
baros, & ſpurcius nos, quam alios Opicos, appellatione fœ-
dant. Interdixi tibi de medicis. Hactenus Cato, qui 605. an-
no Vrbis obijt. Sequũtur Plinij verba. Non rem (medicam)
inquit ille damnabant Romani, ſed artem. maxime vero quæ-
ſtum eſſe immani pretio vitæ recuſabant. Ideo templum Ae-
ſculapij, etiam cum reciperetur is Deus, extra Vrbem feciſ-
ſe, iterumque in Inſula, traduntur. Et, cum Græcos Italia
pellerent, diu etiam poſt Catonem excepiſſe Medicos. Auge-
bo prouidentiam illorum. Solam hanc artium Græcarum non
B dum exercet Romana grauitas in tanto fructu, pauciſſimi Qui
ritium attigere, & ipſi ſtatim ad Græcos transfugæ. immo ve-
ro auctoritas aliter, quam Græce eam tractantibus, etiam
apud imperitos, expertesque linguæ, non eſt. ac minus cre-
dunt, quæ ad ſalutem ſuam pertinent, ſi intelligunt. Hæc il-
le. E quibus conſtat, imperante Veſpaſiano, qui defunctus ſcri-
bitur anno Chriſti 81. & cui Plinius libros ſuos dedicauit, Me-
dicinæ nullam doctrinam fuiſſe inter Romanos, & ab ijs habi-
tas odio Græcas diſciplinas, Catone viuente, ac longe poſtea
ſenſim in Latium ſe ſe illas inſinuaſſe. Vt vere Horatius ceci-
C nerit, adhuc ſuo ſæculo manſiſſe ruris veſtigia in medio Latio,
qui ſane rectius, quam Cato,

Graijs ingenium, Graijs dedit ore rotundo
Muſa loqui.
Et: ----- nos exemplaria Græca
Nocturna verſate manu, verſate diurna:
At noſtri proaui Plautinos & numeros, &
Laudauere ſales: nimium patienter vtrumque,
Ne dicam ſtulte mirati: ſi modo ego, & vos
D *Scimus in urbanum lepido ſeponere dicto;*
Legitimumque ſonum digito callemus, & aure.

Hæc ille, irridens, ac damnans Plauti comœdias, numeroſ-
que illius, & ſales.

Iam vero, de Muſica quid dicemus? quam tanti fecit anti- 74.
quitas, vt Polybius, ſollertiſſimus indagator cauſarum, ex qui-
bus Regna ac Reſp. euertantur, lib. iv. dicat, Cynethenſes Ar-
cadas iccirco deletos fuiſſe, quod muſicos modos à maiori-
bus traditos neglexiſſent, atque iccirco in efferatos mores iſ-

ſe pręcipites,quod manſuetiores efficiebātur muſicis numeris. A
Quamobrem rectè Ariſtoteles Politicorum lib. 8. cap. 5. decernit, Muſicam plurimum poſſe ad informandos animos, ac moribus honeſtis inſtituendos: ita,vt dixerit vates ille:

Silueſtres homines ſacer, interpresque Deorum
Cædibus, & victu fœdo deterruit Orpheus.
Dictus ob hoc lenire tigres, rabidoſque Leones;
Dictus, & Amphion Thebanæ conditor arcis
Saxa mouere ſono teſtudinis, & prece blanda
Ducere quo vellet. fuit hæc ſapientia quondam, B
Publica priuatis ſecernere, ſacra profanis:
Concubitu prohibere vago, dare iura maritis:
Oppida moliri; leges incidere ligno.
Sic honor, & nomen diuinis vatibus, atque
Carminibus venit.

Sic igitur hic teſtatur carminibus, muſicaque ad humanitatis ſtudia mortales inſtitutos. At illius inter Latinos vt fuerit vſus, certè pręcepta artis nullus inter eos literis mandauit. C primus è Latinis Boetius admirabilis id fecit, qui quantus hac in re eſſet, conſtat ex epiſtola 40. Theodorici Oſtrogothorum & Italiæ Regis apud Caſſiodorum lib. 2. poſt Boetium multi è noſtris ſunt qui multa ſcripſere. poſtremus omnium,
75. Zarlinus optime viſus eſt hæc ſcriptis commendaſſe.
76. Quodſi Picturam, Sculpturamque nolumus omittere, nulli ſunt ex antiquis Latinis ante Conſtancinum,qui ſe noſtris poſſent opponere. Nam, quis Italorum, qui fuerit ante illud tempus, in certamen deſcendet cum Michaele Bonarotó, Raphaele Vrbinate, Titiano, Ioanne Bellino, Corregio, Baroccio, Zuccaro, Baſſano pictoribus? Quis cum Michaele Angelo, & Sanſouino ſtatuarijs? D
77. Quid, omittemus nę Architecturam? Ars hec quidem nulla prope in Latio fuit, quæ laudi poſſet eſſe & celebrius aliquid afferret à Latinis acceptum. Græci omnia tradidere; Græci ab Aegyptijs didicerūt, omnia Vitruuius illa in ſuos libros tranſtulit. hinc ordines Dorici, Ionici, Corinthiaci. Sed, ſiquis legat ea,quę à Moyſe,& Salomone in ędificatione tabernaculi, ac templi ſunt deſcripta, cognoſcet, eiuſdem rationis, atque artis eſſe cum ijs, quæ à Græcis mutuata Vitruuius in

ſuis

A ſuis libris exſcripſit. Itali quidem pro uno Vitruuio dabunt Leonem Albertum Florentinum, Sebaſtianum Serlium Bononienſem, Petrum Cataneum, Andream Palladium, Iacobum Baroccium cognomento Vignolam, Antonium Labacum.

Ac, ne mutis literis tantum certare alicui uideamur, Duo proferemus inuenta utiliſſima, & maxime admiranda, quibus antiqui omnes carebant, & Romani, Italiue in lucem dederunt. Antiqui ad conficiendam farinam è frumento vtebantur molis, quas ſerui, ſeruæ, aut iumenta circummagerent, atque iccirco plurimis opus erat ſeruis ad hoc miniſterium. Hinc
B ſæpius apud Plautum legas, Terentiumque, & alios, heros comminari aduerſus ſeruos, In piſtrinum te contrudam. Quin apud Iſaiam ſcriptum cognoſcimus cap. xlvi. Deſcende, ſede in puluere uirgo filia Babylonis, ſede in terra, non eſt ſolatium filiæ Chaldæorum, quia vltra non vocaberis mollis, & tenera, tolle molam, & mole farinam. Hæc ille, comparans Babylona ſeruæ in piſtrinum detruſæ ad molendam farinam. Sic in Euangelio vocatur Mola aſinaria, quam circumageret aſinus. Quo tempore ad vnguem definito cœptum ſit aquis molas impelli, non potuimus adhuc obſeruare: Illud eſt certum, Beli-
C ſarij temporibus id Romę vſitatum fuiſſe. è Procopij namque libro primo diſcimus, Romanos vſos aquæductibus ad molas concitandas anno Chriſti 537. Vſos ante Conſtantinum nullibi legimus, quin contrarium docemur ex omnium libris. adhibitos nimirum ſeruos, ac iumenta ad eas circumducendas; Beliſarius primus videtur in fluminibus conſtruxiſſe lembis impoſitas, qua parte ex alto decidunt aquæ, & afferre motionem poſſunt. Vitruuius, & priſci omnes hanc architecturæ vtiliſſimam rationem prorſus ignorauerunt. Quis autem protulerit Molendina è vento, neſcimus. Boreallum credo id eſſe
D inuentum.

Quid illud, ædificia maxima, & miranda conſtruere in æſtuarijs; ac fundamenta iacere palis altè defoſſis: quod Venetijs fieri videmus? Id antiquitati inſolitum, atque iccirco Vrbibus huiuſmodi, quales Venetias contemplamur, & ſuſpicimus, priſci caruerunt. Omittimus Naulum, uarias fabricationes ab Italis excogitatas. in quibus Veneti, & Genuenſes merito primas ferunt. Hos deinde ſunt imitati Luſitani, ceterique Hiſpani. qua de re Petrus Medina proprio libro. Huc pertinent tot machinæ à noſtris in lucem datæ ad tollenda, aut attrahen-

da

da grauia, quæque: de quibus egimus ſupra. Huc etiam ſpectant noua, & maximè fructuoſa Perſpectiuæ, vt vocant, artis præcepta, de quibus Iacobus Baroccius, Vignola dictus, libro ſuo, quem commentarijs illuſtrauit Ignatius Dantes. A

78. Poſt has, quas enumerauimus, fructuoſas artes, vna eſt Agricultura, quæ plures, quàm cæteræ omnes, exceptis Poetis, nacta eſt olim ſcriptores Latinos; & cuius præcepta complexi ſunt Cato, Varro, Columella, Virgilius, Plinius. poſt Conſtantinum vero ex Italis noſtris Aloyſius Alamannus, Petrus Creſcentius,& omnium diligentiſſime Auguſtinus Gallus B Agriculturæ præcepta tradiderunt. Sed, quinam præſtantiores? Equidem, ſi tribuendū eſt non ſolum Cœli clementiæ, qua ſi modo ſit illud mitius, quàm prius. ſed tum huic, tum vero noſtrorum ſcientiæ, videmus noſtrorum diligentia fieri, vt multo plura nunc enaſcantur ex Italico ſolo, quàm priſcis temporibus, verbi gratia ſaccharum, cytria, mala medica, & ſi quid eſt huiuſmodi. ſimiliter multo plura nunc pomorum ſunt genera, inſitionum noui modi, arationum, ſationum. de quibus admiranda quędam Ioannes Baptiſta Porta libro de Magia naturali. Nullum tritici genus olim menſe Martio, C niſi cogeret neceſſitas, terræ commendabatur, quod æſtate meti, & colligi poſſet. Sæculis noſtris habemus, quod in Vrbinatenſi præcipuè agro ſeri ſolet, & fæliciſſimè prouenit. Similiter, quo modo fructus aliqui e terra orientes, vuæ è vitibus, poma ex arboribus vel per hyemem producantur, vel conſeruentur ſummo frigore, id præclarius, ac nouo excogitatu traditur à noſtris. Non nullæ porrò maxime fructuoſæ artes ſunt à noſtris aduectæ in Italiam, vel adinuentæ: è quibus duę pertinent ad veſtitum, tertia vero ad omnium prope

79. rerum cognoſcendas vires e ſolo aſpectu ipſarum. Nam prius D nobis non erat ars ſerici conficiendi, bomicumq. alendorum. nunc eſt maximo cum quæſtu. Totius rei nobiliſſimam rationem verſibus elegantiſſimis explicauit Hieronymus Vida. Eo-

80. dem modo, quo modo goſſipium ex arbuſculis ſuis conficere-

81. tur, Italis erat incompertum; modo non ita. Ad extremum Ioannes Baptiſta Porta ingenij perſpicacitate nouam nobis aperuit uiam, qua poſſemus, è ſola effigie, lineamentiſque perſpectis, explorare, & callere animalium, arborum, plantarum, fruticum, herbarum, metallorum, foſſilium, rerumque

pro-

A prope omnium præcipuas vires & affectiones, editis libris octo Phytognomonicæ ſuæ.

Laudabile ſit igitur antiquis Italis, ad bellica ſtudia exercuiſſe puberes ſuos, ad humanum ſanguinem fundendum, ſtrages hoſtium maximas edendas, vaſtitates, & clades inferendas, ita, vt ille apud Virgilium ſe iactet,

Semperque recentes

Conuectare iuuat prędas, & viuere rapto.

B Ac Plinius teſtetur reiectas vel ætate adhuc ſua liberales diſciplinas, & maxime generi humano vtiles à Romanis, & Italis, apud quos & Horatius ruris veſtigia remanſiſſe ætate ſua conquerebatur.

Laudabilius certè Italis, Pontificumque Romanorum ſtudioſis erit, & honeſtius, optimis doctrinis non modo ſuos ita excoluiſſe, vt longo interuallo poſt ſe priſcos omnes Italos relinquant, ſed expolijſſe etiam ſtudijs ijſdem, quidquid eſt Populorum ſupra Rhenum, Danubiumque, id eſt Europæ duplum, quidquid eſt in Occidentalibus, & Orientalibus Indijs,
C quod eſt prope orbis totius pars tertia: cũ gentes iſtæ prius eſſent expertes omnis literaturæ, omnis bonę artis, & agreſte viuendi genus, belluinumque traducerent in terris. Atque ita Pontifici Rom., Italiſque poſt ætatem Conſtantini debetur, quod viginti partibus, atque etiã pluribus nunc linguæ Latinæ confinia protendantur, quam ſtante imperio Romano. Eodem pertineat Romani Pontificis ditio non in homines efferos, quamuis huiuſmodi forent olim, ſed cunctis liberalibus diſciplinis ornatos, ad eoſque ipſe regendos, & in vna cœleſtium
D doctrina continendos mittat Epiſcopos, accipiatque legationes inde honorificentiſſimas. hæc vero omnia non vt expolieт eos, tributis premat, licet honeſtum percipiat, debitumque emolumentum, non vt gladio vaſtet, ac perdat; verum religionis, ac ſanctimoniæ puriſſimis præceptis informet, ſuperiſque ſimiles efficiat, aſſociet, &, ſiquidem Deus ita velit, aſcribat.

Recen-

Recenſentur homines vtriuſque ſexus, cuiuſuis ætatis, & conditionis Itali ſanctitudine admiranda, vitaque cæleſti. Cap. II.

QVO circa ob id maximas Deo gratias, ac, quantum poterit, infinitas habebit, & aget Italia, & Roma, quod tot vndique inſignibus puriſſimæ Religionis, ac ſanctitudinis radiis in omnes partes reſplendeat, atque inſtar ampliſſimi Solis in altiſſimo loco poſiti quaſi B ſydera ſubiecta, & circumſtantia reliquas totius Orbis partes, omnes mortalium cœtus illuminet. vt arguantur apertiſſimi mendacij, peruerſiſſimique ingenij, qui ſecus eſſe ſtultiſſimè dixerunt.

Nam, quæ ſedes, quęſo, Præſulum, tot ſanctos miraculis diuinitus patratis illuſtres è ſuis Antiſtitibus dedit, quot vna Rom. quæ 72. è ſuis tanta laude præſtantes in medium producit. Prope eſt, vt integræ regiones, latiſſima regna non tot extulerint huiuſmodi, quot Vrbs vna Italiæ Roma. Diuidatur in quinque quęſo partes totus Orbis, in ſuas, quas Aſtrologi deſcribunt, Zonas: & quilibet cognoſcet, excepta media, C ſiue temperata, reliquas uinci ab una Roma hoc in genere, neque tot prodijſſe ex quatuor illis Epos ſanctos, & diuinis operibus illuſtres, quot ex iſta Sede. Diuidatur adhuc iſta temperata in totidem partes, quot ſunt Zonæ: & quilibet certiſſimo cognoſcet, vna excepta, quæ ſit ab Euphrate ad Hiſpanos, reliquas vinci ab vna Ciuitate Italiæ. Neque verò temere effutimus uerba eſt in manibus Martyrologium, in quo deſcripta hęc habentur. At impius credo potiùs dicet: Romanos huiuſmodi Martyrologium cudere. Ita ne, Sumatur, quod Hieronymus Dalmata ſcripſit, quod Ado Gallus, quod Beda An- D glus, uiri doctrina, & integritate excellenti, legantur Hiſtoriæ Eccle. Chronicorumque magis clari ſcriptores: ac videbit quilibet plures ex una Roma Antiſtites extitiſſe cæleſti ſanctitudine preclaros, quam è tantis terrarum ſpatijs. Ex illis autem ſexaginta numerantur ſanct. uſque ad Gregorium Primum. Inde multi etiam fuere ſuperioribus ſimiles. Sed quando inſtitutũ ſcimus, vt in ſuperos haud referantur, niſi quorum ſanctitas miraculis fuerit illuſtrata, hæc verò poſt fidei propagatio-

A gationem non fuerint adeo frequentia;(nam ſigna, inquit Paulus, infidelibus dantur,) iccirco rariores fuiſſe uidentur. & nihilominus ſunt ſeptuaginta duo. licet non nullli uiri docti recenſeant octuaginta quatuor. Vbi ſunt igitur, qui Pontificum Romanorum Sedem,quaſi ſanctitatis expertem criminantur? Atqui parentum noſtrorum, noſtraque ætate habuimus aliquos magnæ Innocentiæ Papas, quorum uitam neſcimus ulla labe contaminatam, certiſſimumque eſt ſanctiſſimis operibus extitiſſe inſignem, veluti Hadrianum Quartum,Pium V. &,quamuis uſura uitæ breui,Marcellum ſecundum.vt hos po-
B ſteriores mittamus.

Ac,veluti ſanctitate excellenti tot extiterunt,ſic nulla Sedes Pontificia fuit unquam, quæ tot martyres è ſuis Epiſcopis 83.
dederit, quot vna Romana, cui viginti ſeptem, aut etiam viginti nouem fuere Martyres, ut eorum nomina nòs recitauimus ſigno 32. de prudentia politica cap. 3.Enimuero plurimę ſunt in Orbe Chriſtiano Prouincię, & quidem primariæ ac nobiliſſimæ, ſiue Europam, ſiue Aſiam, vel Africam circumſpicias, quibus haud fuere tot Epiſcopi ex omnibus Vrbibus martyres, vt ex una Vrbe Roma. Hoc vero argumentum ſancti-
C tudinis eſt euidentiſſimum, vitam ponere pro virtutis, & religionis officio tuendo. Pro quo ſanè inter alienos ab Eccleſia noſtra vix reperias Antiſtites quatuor ex omni æuo è toto Orbe, ex omnibus Populis, qui voluerint emori, ac ſuſtinuerint acerbe pati, neque effugere voluerint quoquomodo, ſiquidem potuiſſent. Morti nanque datos haud negamus ex alienis præſulibus multos fuiſſe. ſed ij, vel inuiti illam ſubiernut, neque potuerunt euadere, quamuis parati eſſent deſerere opinionem ſuam,vel nō fuere ex antiſtitibus clarioribus,quibus vita iucundior ſolet eſſe ob honores, & commoda quædam, quibus ne-
D ceſſario potiri videntur ij, qui in tali gradu collocantur. At Romani Pontifices in ſummo loco dignitatis politi ſemper fuere; &, quamuis elabi valerent, noluerunt tamen; quin vltro ſeſe quodammodo inimicis quærentibus obijciebant, neque religionis, ac virtutis integerrimæ ſtationem deſerere voluerunt.

Ad eandem ſanctitatem ſpectat aliquo, & quidem mirabili 84.
modo,à Pontificibus Romanis nihil unquam per tot annorum ſæcula repugnans inter ſe cum decretis ſuperiorum Pontificum fuiſſe ſancitum, in ijs, quæ ſunt æternæ ueritatis, ac

uariari non poſſunt, ſiue pertineat ad integritatem, ſinceri- A
tatemque morum, ſiue credendorum fidem. Quod autem ſit magis mirandum, tentatum eſt à maximis, potentiſſimiſque Imperatoribus, ac Regibus, vt Pontifices Romani lege lata ſtatuerent contraria ſanctionibus maiorum ſuorum in ijs, quę natura ſua ſunt unius modi. promiſſi ob id honores, minæ ſunt adhibitæ, commota bella, tormenta allata, neque tamen ab ipſis extorquere potuerunt. Atque, vt omittamus, quot è Papis occiſi ob iſta fuerint non modo à priſcis Imperatoribus, ac Regibus, ſed etiã inferioris ætatis, ut Ioannes à Theodorico
Rege, Martinus à Conſtante Imperatore, quoties Roma ex- B
pulſi Pontifices Romani ab Imperatoribus quibuſdam Germanis, alij ſue Principibus, ſiue hi recte contrarias veritati ſanctiones promulgari uellent, ſiue oblique, & per conſequentiam quandam? Clemens Septimus ætate noſtra nihili fecit magnas opes, & ingentes promiſſiones Henrici Octaui Anglorum Regis, ac maluit ijs fructibus in Anglia priuari, quibus è tanto tempore potiti ſunt Romani Pontifices, quã in ſententiam ferre aduerſus iuſtitiam pro iniquo Rege.

84\. Et annis ſuperioribus, quid non offerebât Henricus, qui
dicitur Nauarræ Rex, Pontificibus Romanis, vt ſuo decre- C
to ipſum Regem Francorum duntaxat nominare vellent, ac nihil ualuit tamen exprimere? Quin Sixtus V. acerbiſſimam tulit, vt illius quidẽ ſectatoribus videbatur, in ipſum promulgata ſanctione ſententiam. & quamuis poſtea multis modis eum paterno, atque, vt ita dicamus, blando, ac pene nimio affectu in uiam ueritatis reducere alliciendo tentarit, ſententiam tamen publicam nunquam reuocauit: illique adhæſerunt poſtea Vrbanus Septimus, Gregorius XIV. Innocentius ix. & qui nunc ſedet Clemens Octauus, quamuis omnes machinæ
fuerint admotæ, vt hi à propoſito deſciſcerent, ac maiora D
proponerentur emolumenta, ſi remitteretur aliquid ſeueritatis, & debitæ iuſtitiæ. Sed tamen, vt aliquando Pontifex aliquis Romanus, in ijs, quæ priuatum ſtatum, profanaue reſpiciunt, peccarit, in ea tamen. quę publicum Religionis tangunt, nihil unquam publico decreto commiſit. quod de alijs aſſeri non poteſt, & nos oſtendimus ſigno fide vna de 2. lib. 3. & de Petri cathedra LXXX. libro XVIII. & de ſanctionibus vniuerſalium Conciliorum 13. lib. 5. & de prudentia Politica 32. lib. 8. c. 5.

Hac

A Hac igitur parte de Pontificibus Romanis vere cani poteſt;

Iuſtum, & tenacem propoſiti virum
Non ciuium ardor praua iubentium,
Non uultus inſtantis tyranni
Mente quatit ſolida, neque Auſter
Dux inquieti turbidus Hadriæ,
Nec fulminantis magna Iouis, manus.
Si fractus illibatur orbis
Impauidum ferient ruinæ.

B Et, quanto rectius, quæſo, ſi reſpiciamus hanc conſtantiam, de Pontificibus iiſdem Romanis aſſeuerari poſſet, quod idem ſubijcit?

Hac arte Pollux, & uagus Hercules
Innixus, arces attigit igneas:
Quos inter Auguſtus recumbens
Purpureo bibit ore nectar.
Hac te merentem, Bacche pater tuæ
C *Vexere Tigres indocili iugum*
Collo trahentes. hac Quirinus
Martis equis Acheronta fugit.

Huc conijci poſſunt plurima, quæ nos diſſeruimus ſigno 30. de ſumma ſanctitate lib. 7. & de iuſtitia 34. & religione 35. lib. IX. veritate 40. liberalitate 42. lib. X. animi magnitudine 44. clementia. 47. humilitate 49. lib. XI. Ad quæ reijcimus lectorem, ne acta rurſus agere uideamur.

Ad ſanctimoniam Romanæ Eccleſiæ, Italicorumque refer- 85.
D tur, nunquam fuiſſe ullum Collegium, maxime Præſulum, Principum ve magnorum, è tam paucis conſtans, quod habuerit tot ſanctos, ac miraculis editis inſignes, vt Collegium Cardinalium, qui aſſident Eccleſiæ, Pontificique Romano. Omiſſis namque antiquis, poſt annum milleſimum ac ſeptuageſimum numerantur ex eo uiri ſanctitudinis admirandæ, & diuinis operibus conſignatæ Cardinales, Petrus Damiani, Petrus Igneus, Guarinus Epiſcopus Bononienſis, Galdinus Mediolanenſis; Bernardus Florentinus, Bonauentura Balneoregienſis. de quibus nos ſigno de Religione 35. lib. IX. cap. V.

Argumenti eſt eiuſdem mirabilis caſtimonia, quâ nonnulli A
Cardinales excelluerunt, de quibus nos ſigno de caſtitate 48.
lib. xi. cap. vi. Omittimus, quæ pertinent ad peritiam tum
Pontificum Romanorum, tum Cardinalium, de qua ſigno 24.
lib. 6.

86. Quis porrò enumeret tot Epiſcopos, qui Italicis Vrbibus
præfuere, & vitam duxerunt in terris cæleſtem, & prorſus ab
omni labe puram? Recenſet eorum nomina Demochares in
tabulis ſuis, libro de ſacrificio miſſæ, Surius collegit eorum
vitas, & plurimi ex eis nominantur in Martyrologio Romano.
Quis Epiſcopos eoſdem, qui uitam pro Chriſti cultu, ac B
87. Religionis conſtantia retinenda profuderunt? Ex quo conditus
eſt orbis per omne tempus, quod colligitur uſque ad Chriſtum,
quod aliqui volunt eſſe annorum 4121. vel vſque ad Conſtantinum,
quod erit 4433. non fuit ex omnibus Italiæ cultoribus,
qui ſimilis fuerit vni ex iſtis. Nam, quantum ſe iactat in vno,
& altero Catone antiquitas? Cœlo iſtos oſtentat demiſſos.
Clamet ille Satyricus, ſat. 2.

Tertius è cœlo cecidit Cato.

C

Canat alter Venuſinus, Ep. l. 1. ep. 19.

Quid, ſi quis uultu toruo ferus, & pede nudo,
Exiguæque togæ ſimulet textore Catonem
Virtutem ne repræſentet, moreſque Catonis?

Et tamen hic adeo laudatus, & unicus toti æuo Romanorum,
totas noctes interdum uino potando, & ebrietati dabat.
quod Plutarchus in Vita ipſius tradit. neque potuit idem Lyricus
ſubticere, cum dixit, Od. lib. 3. od. 21. D

Narratur & priſci Catonis
Sæpe mero caluiſſe uirtus.

88. En, quæ ſanctitas priſcis. nam quid ego libidinem illorum
narrem? Procul ſit iſta ab auribus, ſcriptis, & oculis noſtris.
Ex alia deinde parte occurrunt innumeri viri, Roma, Italiaque
oriundi, præter Epiſcopos, quorum diuiniſſimam uitam
quis mente adumbrare, ne dum uerbis explicare poſſit?

Euo-

A Euoluantur hiſtoriæ Sanctorum, qui inſtituta Benedicti, Fran-
ciſci, Dominici, Romualdi, & aliorum ſecuti ſunt. legantur ui-
tæ, quas Surius collegit, ac uidebimus incredibilem multitu-
dinem illorum, qui innocentiſſimam, ſuperiſque ſimilem ui-
tam traduxere.

Quot porrò ex iſtis, quamuis Epiſcopi non fuerint, acerbiſ- 89.
ſimam mortem, tormenta atrociſſima ſubierunt, ne fidem
Chriſto datam violarent? ne ſe ulla criminis ullius labecula
cõmacularent? Nunquid uni ex iſtis parem produxit antiqui-
tas tota, haud dico in Italia ſola, ſed orbe toto, toto æuo, ex uni
uerſo genere humano. Percurre acta Martyrum. ne pigeat in
B manus ſumere eorum geſta, adijcere oculos mirabilibus eo-
rum factis, ac perpeſſionibus per tranſennam ſaltem uiden-
dis. & cognoſces, quantæ iſti ſanctitudinis extiterint, quan-
tæ conſtantiæ in tolerandis duriſſimis quibuſque.

An hic ego Virgines Italicas, quæ martyres extiterunt, re- 90.
cenſeam? an cæteras inexcogitabili ſanctitate, quamuis mar-
tyres non fuerint, aut Virgines? An Rom. duntaxat fœminas 91.
diuiniſſime uitæ, quæ inaudita cunctis ſæculis fortitudine di-
riſſimos cruciatus pertulerunt, vitam profudere, ne virtutis 92.
C officium deſererent, neque tamen aut vllis illecebris, aut
tormentis deliniri, aut tantillum deflecti potuerunt à linea
ſanctitatis, & integritatis? An cæteras ſimiliter Romanas, 93.
quæ in terris poſitæ cœlitum modo, ac moribus degebant? An-
tonius Gallonius noſtræ Congreg. Preſbyter accurato, & pio
labore deſcripſit Virginum Romanarum uitas. ibi uidere li-
cet quantæ fuerint Virgines Romanæ, Æmiliana, Agnes, A-
grippina, Anatolia, Anaſtaſiæ duæ, Attica, Artemiæ duæ,
Aſella, Aurea, Balbina, Beatrix, Baſilla, Barbara, Benedi-
ctæ duæ, Bibiana, Bonoſa, Cantianilla, Cæcilia, Cyrilla,
D Conſtantia, Daria, Digna, Demetria, Demetrias, Domitil-
la, Emerita, Eugenia, Euphroſyna, Euſebia, Euſtochium,
Euſtolia, Fauſtina, Felicula, Filia Aſterij, Firmina, Flauia,
Flora, Glycerium, Licinia, Lucia, Lucilla, Lucida, Lucina,
Margareta, Marullina, Maria, Martina, Muſa, Paulina, Pau
la, Petronilla, Placida, Praxedes, Principia, Priſca, Puden-
tiana, Redempta, Reſtituta, Romula, Rufina, Secunda, Se-
uera, Seraphina, Sotera, Suſanna, Tarſilla, Tatiana, Theo-
dorę tres, è quibus duæ martyres, Victoria: omnes ſeptua-
ginta quinque. quarum pleræque cruciamentis ſæuiſſimis, ac
diu-

diuturnis afflictatæ à propoſito virtutis nunquam dimoueri po- A
tuerunt, necemque crudeliſſimam inuſitato cunctis ſæculis exemplo pertulerunt. Has ſequuntur innumeræ, quarum nomina ignorantur, vt quæ Numeriano imperante uia Salaria in cœmeterio concluſæ, & necatæ fuerunt. quod ille refert in uita Dariæ.

Nequis autem putet, antiquis tantum temporibus Virgines huiuſmodi Romæ fuiſſe, ſciat Margaretam è familia nobiliſſima Columnenſium natam deceſſiſſe anno 1286. Seraphinam 1487. Theodoram 1455. His adiungenda eſſet Fœlix è Barbarano oppido agri Romani, quæ noſtra ætate fuit, e- B
iuſque uitam deſcripſit Bonſignorius Cacciaguerra. Sequuntur has matronæ plurimæ illuſtriſſima ſanctitate, Anaſtaſia, Baſilla Martyres Imperante Nerone, Blaſilla filia Paulæ, Candida mater Paulinæ, Claudia Eugeniæ, Dafroſa Bibianæ, Exuperia, Fauſta mater Anaſtaſiæ, Flauia, Domitilla, Galla, Iuliana genitrix Demetriadis, Marmenia Liciniæ, Paula Euſtochij, Plaūtilla Flauiæ, Priſcilla Pudentianę, Siluia ſoror Gregorij Magni, Secunda Seueræ, Hilaria, Lęta, Lucina, Marcella, Olympina, Plautilla, Præpedigna, Proba, Serena, Teſſaminia, Tryphonia. Poſt has Franciſca, quæ non ita C
pridem fuit, & cuius extat uita admirabilis, inſtitutuſque Virginum conuentus in Turri, vt vocant, Speculorum. poſtrema eſt Antonia, cuius nos ſanctitatem cum multis in Vrbe admirabamur.

His expoſitis, ſumatur quælibet Vrbs in Europa, Africa, atque Aſia, in quauis orbis Regione, & inſpiciatur diligentiſſime, an produxerit tot Virgines, tot matronas, tantæ fortitudinis, cōſtantiæque in aduerſis, tantæ puritatis, & contēplationis in diuina intentæ, vt Roma produxit; quin multæ, ampliſſimæq. regiones, quibus haud contigit tanta Viraginū pręclariſ- D
ſimarum propago, amplius autem neque maximæ totius telluris parti diuinitus eſt hoc conceſſum, quod uni Romæ. Quæ porrò Agnetis verbi gratia, vt alias omittamus, fortitudo fuit, quæ, nata annos tredecim, reiecit omnes delicias, non expauit ignes, non enſes, non atrociſſima tormenta? Quæ conſtantia fuit Auguſtarum, ſiue Imperatricum Romanarum, vel Auguſtorum proſapiā natarum, Serenæ, Flauiæ Domitillæ, Pudentianæ, Praxedis, Artemiæ, Suſannæ, Tryphoniæ, Cyrillæ, Conſtantiæ, e quibus hæ tres ultimæ poſt Conſtantinum fuere,

in

A in amplectendo, ac retinendo contra aduerſa omnia Chriſti cultu? Nunquid ulla ætas protulit Italiæ Virgines tantas? Nunquid vlla orbis pars?

Quid? omittemus hic Italicas Virgines, fœminaſue, vel ante, vel poſt Conſtantinum cœleſtis uitæ, aut etiam Virginitatis admirandæ inſignibus excellentes? Nimium prolixi eſſemus, neque operis inſtituti ratio pateretur, ſi ſingulas vellemus recenſere. Noſtræ ætatis tantum referamus Oſannam Mantuanam, Columbam Reatinam, Margaretam Fontanam Mutinenſem, Catharinam Raconiſiam, Stephanam Soncinatem, Lucretiam Cadamuſtam, Luciam Narnienſem, Mariam Bagneſiam Florentinã, Catharinam Fliſcam Genuenſem, Margaretam Rauennatem: quarũ mirabilia geſta deſcribunt Leander Albertus, Franciſcus Silueſter, Raphael Razius, Ioannes Fráciſcus Picus Mirandulæ Comes, Alexander Capochius, Hieronymus Rubeus, adducuntque probatiſſimos teſtes euentuum, vt nos retulimus lib. 12. ſigno 57. cap. 23. Nunquid uero ulla ætas protulit ante Conſtantinum vel vnam Virginem fœminamue ſuperioribus ſimilem? nominetur, quæſo. Nam plurima ſæcula oppono uni noſtro, vnam pluribus noſtrarum. Aduocetur Orbis totus, ac proferat aliquam ſimilem ex ijs, quæ Chriſti cultum ſunt auerſatæ. Vide, quantum ſanctitatis Romæ acceſſerit, quantum noſtræ Italiæ poſt Imperium Conſtantini. 94.

Non eſt igitur opus referre, quantum doctrinæ cœleſtis fuerit in aliquibus iſtarum, quas ſupra retulimus, Verbigratia, in Catharina Senenſi (vt mittamus antiquas, quarum meminit Hieronymus, Demetriadem, Paulam, Euſtochium, Marcellam) cuius eloquentiam præferre audet Papirius Maſſonus Franciſco Petrarchæ, & de qua poſſe aſſeri teſtatur illud antiquum, Ab eius ore melle dulcior fluebat oratio. 95.

Neque ſimiliter eſt, quod referamus, diuinitus impreſſa aliquibus fuiſſe ad pedes, manus, ac latus uulnera Chriſti uulneribus reſpondentia, vt Catharinæ Senenſi, Raconiſiæ, Luciæ Narnienſi, ne uerba faciamus de Sancto Franciſco Aſiſiate aut earum cordi inſculpta cœleſtia quædam ſigna, ut Claræ e Monte falco Ordinis Erem. S. Auguſt. Margaretæ Tifernati, & alteri Margaretæ Columnenſi, de cuius laudibus extat ode Iulij Cæſaris Stellę elegantiſſima, ad Aſcanium Columnam Cardinalem, multis virtutibus præſtantem, in qua illud non 96.

im-

immerito poſt egregias Columnenſium laudes: A

Non tamen tanti domus hinc Columna,
Nec decus famæ ſimul è tuorum
Omnium, quantumſibi Margareta
Sumit ab vna.

Quod nos retulimus lib. 15. ſigno 59. cap. 3. quid dicã illarum ſanguinem nulli corruptioni obnoxium per multa ſæcula cum corporibus ſuis, à quibus eſt abiunctus, perdurare, &, quod ſit mirabiliſſimum, certis temporibus efferueſcere, ac ſponte B commoueri, & agitari, Vel alioquin miracula maxima per iſtas patrata.

97. Illud attingamus, ex Italia prodiiſſe maximos ordinum Religioſorum, ſanctiſſimoſque auctores, & quidem ex Vrbibus potiſſimum Romæ propinquis. Nam, qualis, & quantus Benedictus? quot, & quanti ex illius Ordine Viri prodierunt? Legat, qui volet, Trithemium de viris Illuſtribus ordinis S. Benedicti. Quot porrò, & quanta illi geſſere? non nulla nos retulimus ſigno 23. de ſumma fide lib. 6. & 35. de religione lib. 9. & 12. de confirmata fide lib. 5. Atque hic Nurſiæ eſt C ortus, quæ Ciuitas Roma abeſt itinere trium dierum. Sicuti Aſiſium Patria Franciſci; cuius ordo quot, & quantos in Religione uiros ediderit, quis poterit unquam ſatis explicare. Quid igitur impius ait, quò Populi ſunt Romæ propinquiores, eò minus eſſe religioſos? cum tam prope abſint hæ duæ Ciuitates, quæ protulerunt duos, quibus primæ dantur in Religioſis familijs inſtituendis. quin Benedictus eſt Romæ educatus. uterque autem à Romanis Pontificibus auctoritatem cepit Hos porrò ſequuntur Romualdus Rauennas Camaldulenſium Pater, Gualbertus Florentinus Vallis Vmbroſæ, Philippus Seruorum Mariæ, Petrus Hoſtienſis Canonicorum Reg. & qui diuerſarum ordinis Erem. Sancti Auguſtini congregationum fundatores fuerũt, ac noſtra ętate Franciſcus Paulanus minimorum, multique alij aliorum. Horum porrò familiæ innumeros habuerunt, & habent alumnos, à quibus Populi omnes ſupra Rhenum, Danubiumque in Britannia, & Inſulis, quas Oceanus alluit, Indijſque Orientalibus, ſiue Occidentalibus à fœda Barbarie, ab efferis, ac belluinis moribus traducti ſunt ad humaniorem uitam, ciuilemque cultum. Nunquid D

his ſi-

A his ſimiles habuit antiquitas tota? Nunquid Italus vllus ante Conſtantinum fuit per tot annorum millia, qui tot non modo Italos, ſed è quauis natione mortales innumeros haberet per tot annorum ſæcula inſtitutorum ſuorum ſectatores, & imitatores? Nunquid vllus Italus ad ſanctitatem, puritatemque morum tot inſtituit?

Neque verò fœminæ Italæ hac in re viris ceſſere. Scholaſtica 98.
namque Benedicti ſoror, & Clara S. Franciſci conſanguinea, ſeueriſſimæ, ac cæleſtis vitæ præcepta poſteris ita reliquerunt, vt incredibilis ſit earum multitudo in omni Catholici orbis lo-
B co, quæ ſunt ſecutæ rationem viuendi, quam tradiderunt illæ; & ex earum familijs illuſtriſſimę fœminæ prodierunt in Europa. de quibus proprio libro Trithemius agit. ita, vt toto Orbe terrarum, ne dicamus in Italia ſola, prorſus nihil illis ſimile ediderit vllum ſæculum. Tanta eſt Italiæ laus poſt imperium Conſtantini.

Quodque magis admirere, quicumque exterorum Reli- 99.
gioſorum familias excitarunt, ij plerumque in Italia conſederunt. Exempli gratia, Bruno Colonienſis ordinem Carthuſianorum formauit. is verò in Monaſterio Calabriæ vitam
C tranſegit, in ſolitudine agri Squillacenſis, vt referre in eius vita Franciſcus Puteus: quam tomo quinto Surius tradit. At Dominicus, poſtquam diu moratus eſt in Gallijs, Bononiæ quieuit; ibique eſt defunctus, & ſepultus. quod ſcribit in eius vita poſt alios Ioannes Antonius Flaminius. noſtra vero ætate Ignatius Loiola male habitus in Gallia, Hiſpaniaque Romam contendit, atque hic benigniſſime exceptus præſtantiſſimi ordinis fundamenta iecit; eumque in omnes orbis partes ex ipſa Vrbe miſſis ſacerdotibus diſſeminauit. quod in eiuſdem vita Ioannes Petrus Maffeius teſtatur. Vt videamus aper-
D tiſſime, Romæ, & in Italia fontem totius Religionis eſſe; ac falſiſſimum, quod ait ille, minus eſſe religionis in terris propinquioribus Romæ.

Denique, vt finē faciamus, à Pontificibus Romanis, eorumq. 100.
ſtudioſis potiſſimum propagata eſt Religio Chriſtiana in vniuerſas regiones, pluribus modis confirmata, confutatæ hæreſes contrariæ, &, cum fuiſſet illa per hoſtes ipſorū ſæpe adducta ad interitum, per eoſdem rurſus Pontifices Romanos varijs in locis eſt reſtaurata, diſiectis, & exterminatis contrarijs, quæ nos abunde probauimus ſignis de propagatione fidei,

confirmatione, confutatione hæreſum, reparatione eiuſdem A
fidei lib. 3. & 4. ob quæ innumeri mortales ab efferis moribus ac belluinis traducti ad humanitatem, ciuileſque viuendi modos: vt oſtendimus ſigno 28. de gentibus efferis ad humanitatem perductis lib. 7.

Ad ſummam, venditabit ſe in hoc antiqua Italia, & Roma, quod coluerit impuriſſimos, ac ſceleſtiſſimos Deos, ac Deas; Cœlo inſeruerit vna cum fœminis Reges, & Imperatores omnibus flagitijs contaminatos, vt Romulum, Auguſtum, Tiberium, Floram, Fauſtinam, Liuiam, ſimileſque iſtorum. Atque iccirco protulerit homines neceſſario huiuſmodi deo- B
rum, quos admirabantur, & colebant, imitatores. Nam, quid ego Antinoum, aut pudenda memorem? Nunquid hic toties repetendæ ſunt iſtæ inſaniæ? Quanto rectius gloriari poteſt nunc Roma, & Italia, ſanctiſſimos viros, ac fœminas protuliſſe poſt ætatem Conſtantini, qui viuendi præcepta puriſſima, & innocentiſſima reliquerint poſteris, qui innumeros habuerunt è toto Orbe imitatores vitæ cœleſtis per tot ſæcula, quot numeramus tranſacta poſt Benedictum, cæteroſque à nobis ſupra recitatos. Hæc ſanè ſolida Italiæ gloria diuino munere, hæc Romæ laus uera, ſempiternumque illius C
ornamentum.

Oſtenditur, calamitates omnes acerbiſſimas, quæ contigerunt Italiæ, poſt ætatem Conſtantini accidiſſe, cum Pontificis Romani auctoritas eſt oppreſſa, & ipſe iniurioſe tractatus.

Cap. III.

VIDIMVS ſuprà, quot, ac quantis oppreſſa fuerit malis Italia, Romaque ante D
Conſtantinum; quot contra, & quantis illa bonis fuerit aucta poſt eum. Sed illud ſcilicet aliquibus negotium faceſſit, quod poſt eundem nonnulla Italiæ triſtia contigiſſe memorentur, quæ ab aliquibus ſcriptoribus, antiqua, & noſtra non bene comparantibus, mirabiliter amplificari ſolent. Atqui, quæcumque illa fuerint, non æquant ſuperiorum temporum calamitates, vt aperuimus. præterea vero, quod maximè ſit memorandum, menteque

A teque retinendum, tum præcipue contigerunt, cum vel Pontifex Romanus eſt Vrbe exactus, maleque habitus, aut alioquin eius, Epiſcoporumque auctoritas nihili facta, & proſtrata. Vt appareat ſcilicet, ab illo honorifice habito, & illius auctoritate amplificata pendere Italiæ, Romæque felicitatem. Quod vt clariſſimum, fiat enumerabimus tempora, quibus eius, Epiſcoporumque auctoritas valde eſt imminuta; & quæ contigeriat eo tempore, memorabimus; explicantes apertiſſime euenta, quæ litteris fuerint mandata. Igitur, quantas opes reliquerit Conſtantinus Pontifici Romano, quot B modis auxerit eius poteſtatem, nos abunde oſtendimus ſigno 76. lib. 17. cap. 3. de admiranda progreſsione ſacræ poteſtatis. Ex illo tanta Italia Romæque adfuit bonorum copia, vt per annos prope centum nulla acciderit peſtis, nullus terræmotus, incendium nullũ, nulla ſterilitas, nullum bellum paulo funeſtius, vel externum, vel domeſticum, nullæ denique clades. quæ ſane bona numquam leguntur accidiſſe tanto temporis interuallo Romæ, & Italiæ. Quo circa Ammianus, qui Valentis imperio viuebat, quamuis infenſiſsimus nomini Chriſtiano Romanorum vitam ſæpius carpat, & nihil tamen C referat admodum inſigne ad vituperationem, nihilque ſimile ijs, quæ fiebant à Syllæ temporibus vſque ad Conſtantinum per annos quingentos plus minus, libro tamen xiv. Pompiliani rediiſſe ſecuritatem temporis in Vrbem fatetur. Tanta porrò Annonæ abundantia Romæ aliquando fuit, vt ſubleuauerit Africæ inopiam; cum contra ſemper eueniſſet, vt Africa Romæ, & Italiæ ſemper horreum vocatum fuiſſet.

Atque hęc poſt imperium Conſtantini, qui tantam Pontifici Romano in Occidente poteſtatem largitus eſt, ut in omnibus cauſis profanis, ſiue ciuiles illæ, ſiue criminales forent, D quę Romam è toto fere Occidente adducebantur, ſummum ius haberet: quod & Epiſcopis in ſuis diœceſibus communicauit, vt è Codicis Theodoſiani lib. xv. titulo de Epiſcopali iudicio conſtat, ac nos retulimus ſigno citato. In Eccleſiaſticis porrò aut quoquomodo ad ſacra Religioniſue ſtatum, vel progreſſum pertinentibus, Pontifex idem Romanus, & proprio, & antiquo iure nemini cedebat; & in illis nemo poterat ſe admiſcere.

Sed hanc eius, Epiſcoporumque auctoritatem ſupremam primus Honorius maxime imminuit, deinde etiam Valenti-

nianus vltimus. & Honorius quidem ſtatuit, ne cognoſcere A
poſſet Epiſcopus niſi cauſas Religionis: quiſquis ad Eccleſias confugeret, vi abreptus, grauiores lueret pœnas: clerici ne eligerentur, niſi è monachis, & è vicis duntaxat, vbi eſſent Eccleſiæ quibus præficiebantur; ac tot eſſent, qui ex Eccleſiæ fructibus tributum pendere Imperatori poſſent. Valentinianus autem, ne Epiſcopi in ipſos Clericos iudicij ius haberent, niſi de conſenſu ipſorum, ne aſtricti Collegio poſſent Clerici fieri, vel monachi.

Sic igitur, imminuta ab Imperatore Romano Epiſcoporum, ac proinde etiam Rom. Pontificis poteſtate, in Italia, contigit, B
vt incredibilis, & qualis nunquam fuerat Italiæ, ac Romæ proſperitas imminuta & ipſa conciderit. Anno enim quadrigenteſimo Alaricus Gothorum Rex in Italiã irrupit, & 460. Radagaiſus cũ maximis copijs vſque ad alpes Fæſulanas proceſſit: vterque tamen eſt mirabili victoria profligatus. ſed anno 409. Alaricus iterum Italiam ingreſſus Romam obſedit, ac ſequenti cæpit, & diripuit: Italiamque vſque ad vltimos Bruttios percurrens ſpoliauit. cumque obijſſet, Attaulfus ei ſuccedens Italiam rurſurſus peragrans expilcauit anno 411. in Galliamque ſeceſſit, atque ita per biennium luctuoſa Italiæ clades illata, interimque maxima tum fames, tum peſtis in Vrbe fuit. C
quod Zoſimus ſcribit. Irruptionis autem per Alaricum factæ inquit illorum temporum ſcriptor Oroſius quamuis recens memoria ſit, ſiquis ipſius Populi Romani, & multitudinem videat, & vocem andiat nihil factum eſſe, ſicut etiam ipſi fatentur, arbitrabitur: niſi aliquot adhuc exiſtentibus incendijs forte doceatur. Hæc ille: eadem Iornandes cæteriq. ſcriptores.

Mirari autem ſatis nequeo, quid venerit in mentem Sigonio ſcriptũ relinquere lib. x. à Gallis Romã capi olim nequiuiſſe, D
quãuis infirmam, & paruã longa obſidione. cũ certiſſimum ſit, ab illis captam, dirutamque anno 363. neque infirmam fuiſſe, aut paruam, ſed iam tum complexam ſeptem colles lõge poſt Seruium Tullum, cenſaque ſæpius Ciuium pluſquam centum quinquaginta millia. quod ex eius Faſtis apparet.

Quod vero adijcit libro ſequenti, non nominabo ſingula oppida, quæ propterea ille ſubuertit, quod eorum cum annalibus memoria prorſus exciderit. Nolam tantum in campania deletam, & Epiſcopum eius Paulinum, cuius ſupra mentio facta eſt, captum, non ſilebo. hæc ſanè imprudenti exciderunt.

nullus

A nullus enim ſcriptor antiquus deleta ab Alarico vlla oppida, nomenq; alicuius memorat: neque certe potuit ſufficere biennij tempus, quo Italiam totam peragrauit, exercitui, ad hæc agenda. ac Nolam tantum vaſtatam, non etiam deletam narrat Aug. lib. 1. de Ciuit. Dei; cuius ipſe verba citat Quod ſi uult ipſe Sigonius oppidorum, quæ ſubuerſa ſint, non adeſſe memoriam cum annalibus, atque ob id nomina perijſſe, quo modo potuit id ſcire, cum memoriam nolit extare?

Hæc igitur accidere, auctoritate Romani Pontificis, Epiſcoporumque oppreſſa, quo tempore etiam Roma ille abfuit.
B Innocentius enim Papa, cum capta, ac direpta eſt Vrbs, Rauennam ſe contulerat, & quaſi Loth iuſtus, inquit S. Hieronymus, ſubtractus eſt à præſentibus Romæ cladibus, atque inde etiam literas dedit.

At Valentiniano Tertio regnante, cum ſimiliter Epiſcoporum, Papæque poteſtatem violaſſet, & paulo poſt interfectus fuiſſet, Vandalorum Rex Genſericus Vrbem ſecundum ſpoliauit anno 455. Nullum tamen Vrbi illatum incendium, Leone Papa id impetrante. Idem tamen Genſericus Vrbes aliquot uel Italiæ, vel Siciliæ ſolo æquaſſe memoratur, vt uult Procopius
C lib. 1. belli Vandilici. Quod ſi Leo Papa obuiam factus ad Padũ Attilę Regi Hunnorũ ſuo ſermone, & dignitate nõ effeciſſet, vt is ab Italia recederet anno 451. maximæ ab illa clades auerſæ nõ fuiſſent. Aquileiam tamen funditus exciſam, Ticinũ, Mediolanumque vaſtata, Paulus Diaconus cum Procopio ſcribit.

Durante eadẽ Pontificiæ poteſtatis imminutione, anno 476. Odoacer Herulorum Rex, Momyllo Auguſtulo deiecto Italiam cepit. ab illo Sigonius vult multas ad ſolum vſque euerſas Vrbes, eiuſque rei Paulum Diaconum, teſtem citat. Sed
D nihil huiuſmodi legitur apud Paulum Diaconum, vel è ſcriptoribus antiquis vllum. Illud certum, ab Odoacre Italicis agrorum tertiam partem ablatam, Senatui, & conſulibus auctoritatem ademptam, ac noua tributa impoſita. Regnauit Odoacer vſque ad annum 493. quo victus eſt à Theodorico Gothorum, Rege, & interfectus.

Sed, cũ calamitates huiuſmodi, quas narrauimus, perculerint Italiã Pont. Rom. Epiſcoporumq; auctoritate deiecta id cõtigit vt ſciamus Italię fęlicitatẽ pẽdere ab illius poteſtate ſupremũ ius obtinẽte: Nihilominus nõ fuerũt adeo funeſtæ, ac diræ, vt antiquæ illæ ante Vrbẽ conditã, vel poſt eam, quas intulerunt

Galli

Galli, cum Tyrrhenos omnibus bonis exutos è circumpadanis oris eiecerunt, vndecimque ipſorum Ciuitates deleuerunt, Romam funditus exciderunt, cum paulo ante Romani, & ipſi Veios Vrbem nobiliſſimam ſolo æquaſſent, & Crotoniatæ Sybarim, cæſo exercitu militum tercentum millium. A

Neque tot, ac tantæ illatæ vaſtitates, & Italorum ſtrages editæ quot, ac quantas aperuimus ab Hannibale adductas.

Quid vero Hannibalem proferimus? Italicenſe bellum, Sullanumque maioribus ruinis Italiam proſtrauit. Id abunde à nobis eſt explicatum.

An non maioribus etiam, quod Cæſar, & Pompeius, mox Triumuiri, vel aduerſs Brutum & Caſſium, vel aduerſus ſemetipſos geſſere? An non hæc oſtendimus ſupra, Peruſiam ſubuerſam, Piſaurum terræmotu hauſtum, Italiam colonis viduatam, ſemirutas Vrbes, & direptas? B

Quid hic ego à Nerone crudelius Vrbem incenſam, dirutamque narrem, quam vel ab Alarico, & Genſerico? quid maiores Italorum cædes factas à militibus Galbæ, Othonis, Vitellij, Veſpaſianique, quam à ſuperioribus barbaris? quid imperantibus Gordianis Romanos conciſos, Vrbem ſpoliatam, & Balbino flammis abſumptam, Gallienoque, & Aureliano à Borealibus Populis Italiam direptam, vaſtatas eius Vrbes, ac ſemirutas referemus? C

Theodorico regnante, quis credat Pontifici Rom. auctoritatem pope omnem, quæ fuerat illi in Vrbe Roma, & Italia reſtitutã, vel Italiæ fœlicitatem maiorem fuiſſe? Audiamus Procopium loquentẽ libro Gothici belli primo. Is itaque (Theodoricus) inquit, ſuis ſic præerat ſubiectis, vt omnibus ornamentis, quæ vero Imperatori congruerent, ſe communiret. nam, & iuſtitiæ ſtuduit plurimum, legibus firmiter obſeruatis, & à circumiectis, & finitimis Barbaris Italiæ agros ad ſecuritatem tutatus eſt: quippe qui ad magnanimitatis, & ſapientiæ ſummum faſtigium perueniſſet. atque adeo, vt in ſubiectos nec minimum quippiam ad iniuriam exerceret, nec cuiquam ſibi id forte inſinuanti aſſentiretur, præter id vnum, vt Gothi agrum, quem Odoacer ſuæ dederat factionis hominibus, inter ſe patirentur. erat autem Theodoricus fama quidem Tyrannus, re tamen præ ſe veri Imperatoris ſpecimen ferebat, & qui vel eorum, qui à principio ea in dignitate probatiores fuiſſent, nemini inferior fuerit, & Gothos item, atque D

que

A que Italos pari quadam, ac ſumma beneuolentia ſuapte humanitate proſequebatur, ita, vt omnes (quod vtique difficillimum eſt) eius imperium oblectaret. In ciuilibus nanque, & publicis rebus tractandis varia nimirum ſunt mortalium vota, & ſæpe id accidit, præſens imperium his quidem, & de improuiſo vt placeat, quibus voluptati ſunt quæ geruntur, vel vt mærore afficiantur, quibus aliter longe, ac ſentiunt, res procedunt. Annos itaque Theodoricus cum ſeptem & triginta ſuperuixiſſet, vitam finiuit, quod vtique, vt hoſtibus terribilis fuit, ita & ſubiectis immodicum ſui deſiderium reliquit.

B Hæc ille, teſtificans prætereà Theodorico Gothos viuere permiſſos legibus ſuis, ac ſuis etiam Romanos, Senatuſque auctoritatem, & Conſulum ſemper eo regnante illæſam perſtitiſſe.

Addit in Chronico Caſſiodorus hæc verba: Rex Theodoricus Romam cunctorum votis expetitus aduenit, & Senatum ſuũ mira affabilitate tractans Romanę plebi donauit annona, atque admirandis moenibus deputata per annos ſingulos maxima pecuniæ quantitate ſubuenit, ſub cuius fœlici imperio plurimæ renouantur Vrbes, munitiſſima caſtella conduntur,

C conſurgunt admiranda palatia, magniſque eius operibus antiqua miracula ſuperantur.

Illud eo regnante accidit lugubre Vrbi, & poſt hoc aliud Pontificum Romanorum maieſtati. Quorum alterum poſteritati ipſius, alterum Senatui Rom. videtur diuinitus attuliſſe exitium ſupremum.

Primum contigit anno 498. cum duo ſunt electi ad Pontificatum, Symmachus à Cleri maiori parte, Laurentius à maiori parte Senatus, & ex vtriſque partibus, inquit Diaconus

D lib. 15. innumerę ſtrages, & rapinæ patratæ ſunt, plerique ex Sacerdotali numero, multi etiam Clericorum, plures Ciuium Romanorum extincti ſunt, per tres circiter annos. Hæc ille. Hinc accidit, vt Senatum quaſi tantarum cædium reum Deus videatur non multo poſt ſuſtuliſſe. Illud triſte euenit Romani Pontificis dignitati, quod Ioannes Papa in carcerem coniectus eſt à Rege Theodorico anno 526. quo vterque obijt & Rex quidem terribili ſpectro perculſus. quod refert Procopius libro primo. quin ſcribit in Dialogo Gregorius, ad infera eum detruſum ob illatam Symmacho, Boetio, & Ioanni Papæ necem.

Hic

His exceptis vſque ad annum 535. maxima Italiæ tranquillitas, & fælicitas per annos quadraginta duos, & amplius fuit ac Rex ipſe Theodoricus Pontificem Romanum Epiſcopoſq. catholicos tum maxime coluit, tum vero plurimum detulit Pontificiæ poteſtati, vt ex hiſtorijs, & literis Caſſiodori liquet, & nos attingimus lib. 8. ſigno 32. de prudentia politica. quamuis non redierit illa in eum ſtatum, quo Conſtantino imperante fuerat ſic aucta. A

Secundum poſt hæc tempus accidit Italiæ Romæque luctuo ſum Pontificibus Romanis indigniſſime habitis, eorumque auctoritate, ac dignitate maxime imminuta ab Imperatoribus Græcis. B

Anno enim 537. Siluerius Pontifex, quod Auguſtæ Theodoræ nollet aſſentiri, ac reſtituere Anthimum hæreticum Sede Conſtantinopolitana deiectum, proditionis inſimulatus Roma abductus, ac per vim, ſceluſque infandum, ſolio depulſus eſt. mox, ob eandem cauſam, defuncto Siluerio, Vigilius, qui & multis criminibus à Romanis eſt oneratus anno 545. captus, Conſtantinopolimque miſſus, cum nollet Anthimum reſtituere, ac minantibus Imperatoribus verba illa imperterritus pronunciaſſet, Video me non ad Iuſtinianum, & Theodoram veniſſe ſed ad Diocletianum, & Eleutheriam, perculſus alapis, & aufugiens in S. Euphemiæ, abreptus inde, ac per Vrbem totam tractus, & in carcerem traditus, modico pane, & aqua vitam tolerauit. Cleruſque Romanus, qui cum eo erat, ad metalla effodienda eſt amandatus. Quæ refert inter alios Liberatus, & poſt omnes Sigonius libro decimo nono de Occidentis imperio. Romam redire permiſſus eſt tandem Vigilius anno 554. quo & defunctus eſt, cum naui in Siciliam perueniſſet, illique Pelagius eſt ſuffectus. Ex hoc autem tempore in maximum Pontificiæ poteſtatis detrimentum Iuſtinianus cauit, ne Pontifex Romanus conſecraretur niſi prius conſulto Imperatore, ac certa pecuniæ ſumma perſoluta. Videamus autem, quæ triſtia contigerint Italiæ ac Romæ ab anno 537. vſque ad 554 per annos decem & ſeptem, Igitur, quo anno Siluerius eſt Vrbe expulſus, ſic Roma eſt à Gothis obſeſſa: vt Procopio teſte lib. 2. & 3. incredibili fame oppreſſi fuerint, peſtilentiaque ſæuiſſima Romani, et Itali vexati et 546. quo Vigilius Conſtantinopoli eſt in carcerem detruſus, Roma eſt capta à Rege Gothorum Totila, ac pars

C

D

eius

A eius tertia flammis deleta. quod nos Procopius idem lib. 3. docet. peſtilentiaque, & fames anno eodem ſæuiſſima Romanos atque Italos abſumpſit. Denique haud prius victi Gothi, belliſque, & vaſtationibus, eſt impoſitus in Italia finis, quam anno 554. quo Vigilius liber eſt Conſtantinopoli dimiſſus. quæ conſtare poſſunt tum ex alijs, tum verò e Sigonij libris.

Ex his, quæ, diximus, euidentiſſimum fit, quantum Romanis, & Italis conducat, honorificè haberi Pontificem Romanum. Nam, quo anno vterque captus, & iniurioſe affectus eſt, eodem Romanos, & Italos fames, ac peſtilentia diriſſime vexa-B uit, Roma capta, dirutaque, & incendio deleta magna pars illius: cum verò Pontifex Romanus libertati, & honori ſuo reſtitutus eſt, tum demum mala omnia conquieuerunt, ac libertati, & honori ſuo reſtituta eſt Roma, quæ tamen ruinis eſt deformata, ac ſenatoribus, eorumque conſeſſu viduata, quòd à Gothis ad necem quæſiti præ cunctis fuerint, & occiſi anno præcipuè eodem, quo Siluerius Papa eſt Vrbe exactus. quod Procopius aperte refert lib. 1.

Multi porrò ſcriptores longe inferioris ætatis, & maxime qui Italicis Vrbibus antiquitatis alicuius dignitatem, magni-C tudinemque aſcribere conantur, Gothis attribuunt Vrbium multarum ruinas, facta atrociſſima. Sed hæc, nullo ex antiquis teſte, quin repugnantibus priſcis hiſtoricis, qui Gothorum temporibus vixere, & rebus geſtis interfuere. Nam Procopius Beliſarij conſiliarius fuit, & vidit quæcunque Gothi patrarunt in Italia, diligentiſſimèque cuncta ſigillatim quolibet anno euenientia recenſet. Et nullam tamen vrbem inſignem dirutam refert in Italia præter Mediolanum, & Romæ tertiam partem. Blondus tamen hiſtoriarum lib. v. conten-D dit multis, nullo modo euerſum fuiſſe à Gothis Mediolanum, quamuis vaſtatum negari non poſſit. Quod autem legitur in aliquibus Procopij codicibus, tercentum millia virorum Mediolanenſium necata à Gothis, reponendum eſt, triginta millia, prout non modo idem Blondus, ſed etiam Leander in deſcriptione illius vrbis legit, ac ratio ipſa ſuadet. Quin Totilam, quem veluti Gothorum crudeliſſimum multi produnt, humaniſſimum fuiſſe, cum Rex eſt electus, quamuis ante adeptum Regnum crudelis eſſe potuerit, e Procopio conſtat, qui lib. 3. hæc de illo, iam tum Rege electo, tradit. Totilas interim, cum in captiuos Romani exercitus ſtudium plurimum,

ac beneuolentiam præ ſe non mediocrem tuliſſet, eos tanto- A.
pere ſibi conciliauit, vt volentes plerique apud eum militarent, & mox fœminas quaſdam patritias captis in oppidis per ſuos comprehenſas nulla prorſus affecit iniuria, ſed ſumma cum diligentia libere abire permiſit. Vnde factum, vt eius nomen tum ſapientiæ, tum benignitatis celebre apud Romanos iam eſſet, & rurſus fœminas omnes, vt extra iniuriam eſſent, ſeruauit, vel Gothis has ſibi maxime cupientibus coniugio iungi. Quin idem Totilas Gothum, quod virginem vitiaſſet, vltimo ſupplicio, bonis eius publicatis, affecit. Audi maiora, quæ Procopius tradit his verbis, ne quid me putes finxiſſe: Totilas igitur, Neapoli capta, eam in captiuos præſe tulit B.
benignitatem, quæ vtique neque barbaro, neque hoſti ſat conuenit. quippe qui Romanorum præ inedia affectorum inprimis curam ſuſcepit, nec ſecus & eorum, qui, cum cibo diutius caruiſſent, imminuti viribus videbantur. Veritus itaque, ne ex repentino nimio cibo ad ſatietatem deſumpto, vti par erat, ingurgitati perirent, medendi hunc modum excogitauit. cuſtodibus in portu, portiſque diſpoſitis imperauit, neminem vt abire permitterent. Tum ipſe omnibus moderatione prouida quadam, parciuſque, quàm pro ſingulorum appetentia, cibos præbere, hoſque eatenus quotidie fameſcentibus C.
addere, quoad ne auctos quidem, ingeſtoſque ſibi ſentirent. ſic itaque viribus confirmatis, patentibus apertiſque foribus, liberè, quò quiſque abire iam vellet, permiſit. Cononem verò, eiuſque milites, quibus manere apud ſe haudquaquam placebat, impoſitos nauibus nauigare, quo animus vellet, ac pro arbitrio iuſſit. Tum illi, ſi in Byzantium nauigationem ſuſciperent, probro ſibi, quod egerant, fore, & ignominiæ rati, Romam potius eundum decernunt. Sed, aduerſo vento obſiſtente, cum nulla eſſet nauigandi facultas, in ancipiti D.
erant, ne Totilam vt potitum victoria promiſſorum denique pœniteret, ne ve per eum ingenti aliquo malo afficerentur. Quibus de rebus Totilas certior factus, vniuerſos ad ſe conuocatos ſolando, & confirmando, & integrata, quam dederat, fide, bonum animum habere iuſſit, & ſuo cum exercitu vt ſe immiſcerent, indeque neceſſaria ſibi coempta vt ab amicis deferrent. Denique, cum ea vis venti rurſum, & continenter ingrueret, ita, vt temporis plurimum tereretur, equos, & iumenta his tribuens, inſuper & viaticum elargitus, per-

con-

A continentem Romam verſus; iter vt facerent, imperauit, viæ ſimul comitibus datis Gothis, & probatiſſimis viris, vt tuto abirent. Hæc Procopius.

Denique, cum ſæpius inter Italos, eorumque ſocios, ac Gothos commiſſa fuerint prœlia, ex Italis, eorumq. militibus nunquam millia quinque cecidiſſe narrantur, ita, vt ad ſummam multo maior vaſtitas Italiæ fuerit allata per Gallos, per Annibalem, per bella Italica, Sullana, Cæſariana, & alia, quæ recitauimus, quam per Gothos; quæ funeſtiſſima fuere his temporibus, extitere fames, ac peſtis, ita, vt adacti fuerint ho-
B mines ad humanarum carnium eſum; ac fuerint, qui ſe in Tiberim præcipites darent: quod alias ante exactos Reges legimus eueniſſe. Ex his patet, acerba hæc accidiſſe ob contemptum, irrogataſque Papæ iniurias. & tamen multo acerbiora eueniſſe ante Conſtantinum, vt, cum Galli vndecim circa Padum Vrbes, Romamque euerterunt, cuncta in Vicos redegere in Gallia, quæ ab eis dicta eſt Ciſalpina, aut cum parentibus, inquit ille, abominatus Annibal per annos ſexdecim Italiam vaſtauit, vndecim vrbes in Apulia, & in his Argyripam, Canuſiumque Italicarum maximas excidit, Romanique po-
C pulorum, qui illi adhæſerunt, ciuitates in Vicos redegere; Aut cum ijdem ſociali bello ad vaſtitatem plurimas regiones adduxerunt, & mox bellis ciuilibus ſequentibus, aut alioquin pluſquã barbarico furore in ſemetipſos, atque Italicos, diritatis exempla atrociſſima ediderunt; veluti, cum Nero Romam incendit, & mox per biennium toties eſt à quatuor Imperatoribus pugnatum, Cremona exuſta, Italia tota direpta, vt aperuimus ſupra. Quod verò terræmotibus, ac fulminibus Romam diſiectam Sigonius anno 558. prodit ex oraculo S. Benedicti, fallitur, cum nemo id narret. & S. Benedi-
D ctus non id vno anno euenturum, dixerit, ſed progreſſu annorum multorum, ita, vt ſenio, inquit S. Gregorius, longo ædificia laxata proſternerentur. quin non audet iſtiuſmodi oraculum certò affirmare prolatum a S. Benedicto lib. Dialogorum 2. cap. 15. ædificia olim publica, quibus è maiori parte Roma conſtabat, ad voluptatem ſolam facta, vt docuimus, & quorum cura ad Imperatores pertinebat, neglecta ruinam fecere: cui cauſam dedere etiam fulmina, ac terræmotus diuerſis temporibus accidentia. Hinc Romæ aſpectus eſt fœdatus, atque, vt ait Sanctus, emarcuit vetuſtate nimia, ſenioq. longo.

Tertium tempus eſt, cum Epiſcopi Iſtriæ, Venetiæ, Liguriæ, Æmiliæ, Ducibus Macedonio Aquileienſi, Honorato Mediolanenſi, Maximiano Rauennate Archiepiſcopis ab obedientia Romani Pontificis abſceſſere, & quintum Concilium Conſtantinopolitanum reſpuerunt. quod apparet ex Epiſtolis Pelagij Primi. id contigit ſub annum 555. quin Aquileiæ Synodus eſt coacta aduerſus vniuerſale quintum Concilium amplius anno 585. Helias Aquileienſis, & Ioannes Rauennas Archiepiſcopi, contempta Pelagij Secundi auctoritate, Concilium Chalcedonenſe ex parte refutarunt anno 585. quod libro primo de Regno Italiæ Sigonius notauit. Durauit hoc diſſidium viuente adhuc Auſtatio, qui conceſsit Aquileiam anno 621. vt in eius vita Beda nos docet. Illud etiam graue Pontificiæ poteſtati contingebat, quod conſecrari Papa haud poterat, inſcio, vel inuito Imperatore Orientis. quin ille adeo ludibrio fuit aliquando, vt Mauritius Gregorium Magnum Simplicem per ignominiam vocauerit: factamque ab ipſo pacem, noluerit ratam habere. Patriarcharum Conſtantinopolitanorum ſuperbiam, cum vocarent ſe Oecumenicos, aduerſus Pontificem Romanum fouerit. Denique Conſtans anno 652. captum Martinum Papam in Pontum relegauit, vbi & deceſſit anno 653. A B C

Ac per hæc tempora, ſub annum ſcilicet 568. Longobardi Venetiam, Liguriam Æmilięque magnam partem, & Tuſcię ceperunt. Continuerunt feritatem barbari vſque ad annum 576. quo inquit Paulus Diaconus lib. 2. c. 18 triginta Duces triginta Ciuitatibus dati ſunt, ſinguli ſingulis. ij nulli Regi parebant. ac tum multi, inquit ille, nobilium Romanorum, ob cupiditatem Ducum interfecti ſunt. reliqui verò per partes diuiſi tertiam partem ſuarum frugum Longobardis perſoluerunt; & tributarij efficiuntur; porro his Longobardorum Ducibus ſeptimo anno ab aduentu Alboini, & totius gentis, ſpoliatæ ſunt Eccleſiæ, ſacerdotibus interfectis, ciuitatibus ſubrutis, populiſque, qui more ſegetum excreuerant, extinctis in ijs regionibus, quas Alboinus ceperat. Hæc ille. qui & duas grauiſſimas peſtes memorat, eluuionemque aquarum maximam, ſi qua unquam fuerat poſt uniuerſalem. Quin anno 600. cum pacem factam uiolaſſet Exarchus Imperatoris, Agilulfus Rex, Patauium captum incendit, Cremonam, Mantuamque euertit 602. Sequenti autem pace facta interuentu, & opera D

Gre-

A Gregorij Magni, Italicis longe pacatiora omnia fuerunt. Et nihilominus hæc tempora minus infelicia fuerunt, quam fuerint imperio Romano, aut Rep. ſtante; quin ipſo Auguſto uiuente, vt colligi poteſt ex ijs, quæ ſupra retulimus, ne toties eadem repetamus. oſtendimus enim ſupra, illo regente ademptos omnibus prope Italicis fundos antiquos, in remotiſſimas ipſos oras amandatos, populos Italiæ multos deletos, incendia magna exorta, peſtes, ſterilitates, diluuia Deucalionei pené ſimilia, ut conqueritur Horatius. Vrbes dirutas, ut è Lucano, & alijs aperuimus, incendia exorta, denique bella B omnium cruentiſſima geſta. Ex hoc tempore nulla irruptio in Italiam Barbarorum fuit huiuſmodi, ut in illa vel diu conſederint, agroſque, & fundos prioribus incolis ex maiori parte abſtulerint, atque ita ipſius magnam partem potuerint occupare. redire in Italiam tranquillitas exoptata cœpit, cum Benedictus Secundus anno 684. euicit, ne auctoritas Imperatoris in Pontifice conſecrando expectaretur. Non enim bella ulla, uel clades Italis fuerunt paulo atrociores aut quales ante Cōſtantinum fuiſſe in Italia memorauimus, quales & Romani Pontificis poteſtate oppreſſa. Sed magna Italiæ felicitas adue C nit, cum Gregorio Secundo ſedente anno 727. Romani cum populis propinquis obedientiam Pontifici Romano iurarunt; & à Leone Iſaurico, quod hæreticus eſſet, deſciuerunt, vt alibi retulimus ſigno 76. de admiranda progreſſione ſacræ poteſtatis libro 17. c. 3. at longe maior adfuit, cum Pipinus Francorum Rex anno 755. mouit in Longobardos, & quæ Pontifici Romano ditionum iura abſtulerant, reddere coegit, maxima porro affulſit, cum Carolus Magnus Longobardos Italiæ imperio, quodcunque illi habebant, exuit, ac Papæ reſtituit D ea, quæ eripuerant anno 774. Tunc enim, quod ſupra ex Othone Friſingenſi retulimus, Italiæ ciuitates magnā libertatem naneiſci cœperunt. Felicitas hæc vti cœpit anno 684. ad ſummum uenit 774. turbari cœpit 799, & 815. cum Romani in Leonem 3. multa indigna patrarunt, ita concidit 824. cum Romæ nobilitas, orta ſeditione, Eugenium 3. delegit, ac lex ab Imperatore Lothario lata, ne Pontifex Romanus conſecraretur, niſi Imperatore, aut Legatis eius præſentibus, perſtitit annis centum quadraginta. Atque ita, quemadmodum uiſa eſt extitiſſe lege illa abrogata, qua Papa non poterat conſecrari, niſi conſulto Imperatore, ita languit, renouata ſimili

mili conſtitutione, per quam Pontificia poteſtas, ac dignitas A
imminuebatur. Illo autẽ temporis interuallo nulla peſtis, nulla ſterilitas, nulla eluuio, incendium nullũ, cladeſue admodum funeſta, & memorabilis fuit in Italia. Bella non ita atrocia, uti ante Conſtantinum, nulla Vrbs euerſa, terræmotus vnus fuit anno 801. quo tectum Baſilicæ S. Pauli, ac nonnulla alibi ædificia corruerunt: quæ conſtant è Sigonij annalibus.

Quartum tempus, quod valde luctuoſum, ſed varijs euentibus temperatum, eſt ab hac lege lata per Lotharium uſque ad annum 1059. quo temporis ſpatio indigniſſima a Romanis in Pontifices patrata, occiſis eorum duobus, vt cætera omittamus, de quibus infra agemus & quidem ſub annum eundem, quo ſancitum fuit, ut Pontifex Romanus haud conſecrari poſſet, niſi Imperatore, aut eius legatis præſentibus, grauiſſima peſtilentia fuit, & 847. vehementi adeo motu terra mota eſt, ut Aeſernia pene tota procubuerit, ac magna pars populi cum Epiſcopo ruinis obruta fuerit. Anno deinde 841. Saraceni Barium cepere, per annos triginta tenuerunt, atque inde egreſſi non modo omnem Apuliam, & Calabriam, quæ Græco Imperatori parebant, ſed ipſam præterea Campaniam infeſtam habuerunt, ac multa ſibi oppida ſubiecerunt. Anno autem 891. Fraxinetum in alpibus Cottijs, finibuſq. Prouinciæ occupantes, cuncta incurſationibus loca uicina fœdarunt, neque Othone adhuc magno viuente poſt annum 972. inde eijci potuerunt. Ex altera autem parte anno 877. Garilianum arcẽ ad amnem Lirim conſtructam occupantes, multas inferiori Italiæ uaſtitates, ac populis clades attulerunt, nec niſi anno 915. ſunt expulſi Ioanne x. Papa, cæteriſque vt Luitprandus ſcribit, adnitentibus. At 935. ijdem Genuam ceperunt, ac diripuerunt plurimis in ſeruitutem ductis, Anſidoniam præterea incenderunt, ſed & antea anno 846. agrum Romanum populati Apoſtolorum Baſilicas, quę extra urbem tunc erant, ſpoliarunt. Romæ illud etiam contigit inſolitum anno 847. ut incendium duos vicos exuſſerit, & baſiliſcus afflatu multos necarit. Ad hęc mala acceſſerunt Hungarorum populationes, qui ſub annum 901. irrumpentes in Italiam, cuncta vſque ad Tuſciam prædationibus, & incendijs fœdarunt, & aliquot minora oppida inflammarunt. Ludouicus autem Secundus anno 865. Capuam deleuit, & 869. Barium. Gręci porro, quibus hæ tum regiones parebant, ab obedientia Romani

B (margin, beside line 10)
C (margin, beside line 21)
D (margin, beside line 31)

Pon-

A Pontificis deſciſcere iam tum cœperunt.

Hæc igitur funeſta Italiæ contigerunt, oppreſſa, atque imminuta Pontificiæ poteſtatis dignitate ob Lotharij legem, quæ cum ſublata eſſet anno 884 per Hadrianum Tertium, mox acerbiora multa acciderunt. Romani enim per factiones euehere, ac deijcere Pontifices Romanos, ac multis modis vexare cœperunt, ita, vt Formoſus Arnulfum Germaniæ Regem coactus fuerit auxilio aduocare, & anno 928. Ioannes x. à factioſis Vrbis dominatum affectantibus fuerit interfectus, Et 941 Stephanus viij. à ſectatoribus Alberici Romani, cumque

B anno 963 Otho Ioannem xii. Roma, ſolioque Pontificali deieciſſet, Leo Octauus eſt per eum ſuffectus, datumque Imperatori, & Italiæ Regi, ut ipſe Pontificem conſtitueret, & Epiſcopis inueſtituras daret. quod plerunque durauit uſque ad Leonem ix. qui quamuis per Henricum Germaniæ Italiæque Regem fuiſſet electus anno 1049. monitu tamen Hildebrandi noluit Pontificem ſe gerere, niſi Cleri Romani ſuffragijs confirmaretur. quod ita ſequentes obſeruarunt, vt Stephanus ix. à Clero fuerit electus, ſicuti etiam Nicolaus ij. Alexander ij.

C & Gregorius vij. qui creati ſunt, & conſecrati, nulla Regum, vel Imperatorum habita ratione, aut expectato conſenſu, quamuis Gregorius vij. noluerit accipere conſecrationem, niſi perſpecta Regis voluntate. Hoc etiam temporis ſpatio, anno ſcilicet 1010. Florentini Fæſulas euerterunt. quod lib. 4. cap. 5. Villaneus refert.

Atque ita ab anno 824. vſque ad 1049. plerunque iacuit afflicta, & proſtrata Pontificis poteſtas in Italia per annos fere ducentos quinquaginta nouem, quibus etiam luctuoſiſſima tempora Italiæ contigerunt. Neque tamen, qualia, vel ante

D Vrbem à Gallis captam, vel cum Romani continenter bella cum Italis geſſere vſque ad Annibalis aduentum, quibus in vna Aequicolarum regione quadraginta Vrbes efferterunt, vel cum Annibal atrociſſima diritatis exempla edidit, deletis in una Apulia Vrbibus vndecim, ne cæteras nominemus. Nam, quid Socialia, Sullana, cæteraque bella ciuilia narrabimus? Quid Imperatorũ, qui vel Romani, vel Italici, aut Barbarici demum ſanguinis erant, crudelitatem incredibilem memorabimus? Quid terræmotus, diluuia, incendia, peſtes, ſterilitates poſt ętatem Conſtantini non auditas? quæ ſi producantur in medium, & cum his comparentur, minus infeli-

citatis

citatis cognoſcemus eſſe in noſtris, quæ recitauimus, tempo- A
ribus, quam illis. neque tamen hæc fuiſſet infelicitas, niſi op-
preſſa Pontificis Romani au&oritate.

Ab anno 1049. vſque ad 1083. Pontificum Romanorum po
teſtas cœpit ſpiritus ſuos iure attollere. Leo nanque Nonus à
clero Romano accipere auctoritatem voluit, legatiſque miſ-
ſis, Græcos ad fidem magna ex parte reuocauit. Northmanni
Saracenos Italia prorſus eiecerunt; nobiliſſimumque Neapo-
lis, & Siciliæ Regnum cœperunt inſtituere; quod feudi iure à
Romano Pontifice acceperunt. Stephanus ix. Henricum iij.
Germaniæ Regem de ſimonia accuſauit. Nicolaus Secundus B
à Cardinalibus potiſſimum deligi Papam decreuit, Alexan-
der ij. Henricum ad cauſam de Simonia dicendam euocauit,
Gregorius vero Septimus eundem priuauit Imperio. Et ni-
hil in Italia cladis eſt auditum, florente ſcilicet Romani Pon-
tificis auctoritate.

Quintum tempus eſt, cum rurſus arma ſumpta aduerſus
eam extinguendam. Henricus enim iij. Germaniæ Rex, mul-
torum criminum reus, cum ſpoliatus Imperio fuiſſet anno
1083 Gregorium vii. bello illato vexare cœpit, ex quo multa
in agro Romano, & Vrbe, flammis vaſtata, peſtis grauiſſima C
fuit, quæ Germanos inprimis milites abſumpſit, penuriaque
annonę in Italia huiuſmodi, vt prę victus inopia, inquit poſt alios
Sigonius libro de Regno Italiæ nono, multæ matres in liberos
fame ſollicitatæ ſæuierint anno 1084. Vrbe exactus Gregorius
Salernum ſe contulit, auxilio Roberti Northmani fretus, ac
protectus. fuit hæc Italiæ infelicitas annorum duorum.

Poſt hæc, Gregorio Septimo defuncto, ſubſtitutus eſt Vi-
ctor iii. anno 1086. qui ſequenti Romam profectus, cum, me-
tu Roberti, Henricus iii. Italia diſceſſiſſet, in ſuo ſolio ille præ-
ſedit, atque ex hoc uſque ad 1117. per annos triginta unum, D
nihil calamitatis in Italia fuit, Conrado ii. Henrici iii. filio,
qui à Patre ob ipſius flagitia deſciuerat, & Papæ adhæſerat,
ſuperiores oras Italiæ regente.

Sextum tempus Italiæ infelix fuit anno 1117. cùm Henri-
cus Quartus Tertii filius, à Paſchali Secundo, quem captum
cum Cardinalibus Roma abduxit, & iniurioſiſſime tractauit,
inueſtituras Epiſcoporum, metu belli, ac morte intentata, ex
torſit, & ſequentibus annis ex ordine quatuor Antipapas in-
duxit. Nam tunc Italia, inquit poſt alios Sigonius lib. x.
inaudi-

A inaudito ante multa ſęcula terræmotu concuſſa eſt: quippe eius impetu mœnia, templa, turreſque Vrbium paſſim cum ingenti mortalium ſtrage procubuerunt: fontes turbati, hiatus terræ ingentes apperuerunt, tremenda tonitrua, ac fulgura, quæ nulla hominum meminerat ætas, audita. quibus rebus perturbatus Henricus, cum multo triſtiora nunciarentur, e Germania literas ad Pontifices ueniæ deprecandæ miſit. Hæc ille. Paſchali ſucceſſit Gelaſius anno 1118. qui, cum Romam ſe contuliſſet, à ſectatoribus Henrici Quarti ita fugatus eſt, ut coactus fuerit in Franciam ſe conferre. atque eo anno gra-
B uiter, ait idem ſcriptor, frigore, fame, ac peſtilentia laboratum, ingenti terræmotu per quadraginta dies vniuerſæ prope Lombardiæ Vrbes afflictæ. Hęc ille libro decimo. Quæ nos latius perſecuti ſumus ſigno centeſimo cap. v. lib. xxiv. de Signis Eccleſiæ Dei. Fuit hæc infelicitas Italiæ annorum duorum plus minus.

Redijt ad tranquillitatem, bonaque illius Italia, ſub annum 1119. permanſit vſque ad annum 1161 per annos quadraginta, quibus nulla illi clades inſignior accidit, quæ ęrumnas ante imperium Conſtantini contingentes æquarit. non bellum
C paulo cruentius, non peſtis, terręmotus, ſterilitas, incendium ve memorabile euenerunt, nulla Vrbs exciſa, vigente nimirum Pontificis Romani poteſtate.

Septimum tempus calamitoſum præcipue fuit Italiæ anno 1143. vſque ad 1155. illo enim Romani à Pontifice defecerunt, ita, vt fuerint excommunicati. quin Eugenius iij. anno 1145. ab ijſdem vexatus in Gallias conceſſit, & 1154. interdicti ab Hadriano Quarto ob Vidonem Cardinalem violatum, totoque hoc temporis interuallo in contumacia perſtiterunt. rurſus anno 1159. Romæ Alexander Tertius legitime Ponti-
D fex eſt creatus; contra Victor Antipapa, cui Populus Romanus Romano fauebat, eſt conſtitutus. pro hoc ſtetit Fridericus Primus cognomento Ahenobarbus, aduerſus Pontificem legitimum, qui in Gallias profugit. Atque hoc tempore ab Ahenobarbo incenſa Aſta, Cherium, Derthona, Spoletum, ſubuerſum verò Mediolanum; multa item prœlia commiſſa, quibus tamen non illę cædes mortalium editæ, quas legimus ante imperium Conſtantini. Pax facta anno 1184.

Ex hoc uſque ad 1318. per annos centum quadraginta quatuor, maior Italiæ quies fuit, Mediolanum reſtitutum, con-

dita Alexandria, ſuum decus recepere Aſta, Cherium, Derthona, Spoletum, plurimæque Vrbes maxima incrementa ceperunt. &, quamuis eam Fridericus Secundus, eiuſque filij interturbarint, multæque fuerint editæ pugnæ, nunquam tamen hominum tantæ ſtrages fuerunt, quantas ante Conſtantinum memorauimus, nullus inſignior terræmotus, peſtis, fames, incendiumue fuit, nulla Vrbs euerſa. A

Octauum maxime infelix Italiæ fuit ab anno 1328. vſque ad 13.o cum ſcilicet Lodouicus Bauarus, aſſerens ſe ſupra Papam, in Italiam uenit; Romæ Antipapam creauit Petrum Corbarienſem, qui Nicolai nomen adſumpſit; & plurima indigniſſima aduerſus auctoritatem Pontificiam perpetrauit. B Fauerunt illi, eiuſque ſucceſſoribus, ac fautoribus plurimę Italicæ ciuitates. quæ late ſcribit Ioannes Villaneus lib. x. & xi. atque hoc tempore Padus, ruptis aggeribus, in agro Mantuano, & Ferrarienſi, plurima uaſtauit, hominum decem millia ſubmerſit. Arnus toti ferè Etrurię innumera damna intulit. Annoque 350. tanta in Italia fames fuit, ut ingens multitudo inhumano ſe ſe aluerit cibo. Nauclerus ait, tantam in Italia peſtilentiam fuiſſe, ut ne eius redditum non fuerit per aliquod tempus. Ab illa in primis Mediolanum fuiſſe uaſtatum, ſcribit Patriarcha; In Foro Iulij præterea, & Carnis horrendi terræmotus fuerunt, quibus multa hominum millia obtrita occubuerunt, Rhodum, Vedronum, Caſtrum Danielis. cum uicis quinquaginta in agro Goritiæ proſtrata ceciderunt. Quæ nos fuſius complexi ſumus lib. xxiv. ſigno c. cap. v. C

Si quod autem tempus Italiæ pernicioſum fuit, illud re uera cenſeri debet, quo abfuerunt Vrbe Pontifices Romani, Auenione conſidentes. Tunc enim Roma in maximum ſquallorem deuenit, in diuerſis Vrbibus Italiæ diuerſi Tyranni exorti, factiones excitatæ. Et nihilominus nunquam tam diras eſt D paſſa miſerias Italia, vt ante Imperium Conſtantini, nunquam tam ſæuis eſt bellis afflictata: &, quamuis poſt Auguſti Imperium non tam crebris fuerit agitata, incidit illa tamen in truculentiſſimos Imperatores, Romani, Italici, ac poſtremo Barbarici ſanguinis, à quibus, eorumque ſatellitibus, vt oſtendimus, miſerrimè illa, quamuis pax eſſet, dilaniabatur.

Ad ſummam, quæcumque contigerunt maximæ clades, ſiue ab hominibus adducerentur, ſiue diuinitus immitterentur, poſt Imperium Conſtantini, euenere, cum Pontificis Romani

A ni poteſtas imminuebatur, aut iniurioſe dignitas eius tractabatur. Acciderunt & alijs temporibus ob alias cauſas aliæ, ſed minores his, ſicut hæ minores ijs, quæ ante Conſtantinum contingebant. Sic, Clemente Septimo in arce Sancti Angeli obſeſſo, ætate noſtrorum parentum, fames, ac peſtilentia vniuerſam Italiam vexauit: ſic noſtra, ac recenti memoria fuere in aliquibus eius partibus lues, ſterilitas, ac terræmotus minores his, quos memorauimus, neque antiquis, vt apparet, ſi paria paribus conferamus, comparandi. E quibus omnibus fit euidentiſſimum, Romani Pontificis auctoritatem,
B poteſtatemque Italiæ cœlitus eſſe conceſſam ad ipſius fœlicitatem tum conſeruandam, tum promouendam. Quod longe etiam clariſſimum fit ex eo, quod multæ Chriſtiani olim nominis regiones, quibus Rex vnus præerat, in efferarum gentium Tyrannidem miſerrimè inciderunt, ac multis vaſtitatibus deformatæ viſuntur. Quæ quoniam nos fuſius aperuimus ſigno 99. de infælicitate hæreticarum nationum lib. xxiv. ne agamus actum, ſatis erit indicaſſe locum, vt lector inſpicere clariſſimam veritatis lucem poſſit, ac Diuinæ prouidentiæ euenta illuſtria cognoſcere, & admirari.

C

Redarguitur falſum, quod impius ſcripſit, Italiam fore inexpugnabilem, ſi vni pareret, ac per Pontificem fieri, ne vni obediat; cum ſæpius occupata, quamuis vni ſubiecta eſſet, oſtendatur, Pontificemque contendiſſe, ut Rex vnus eius, aut Imperator foret, ſed id non feliciter Italiæ Romæque accidiſſe.

D

Caput IV.

VERVM enimuero clamat impius, ſi foret vnus Italiæ Rex, inexpugnabilis illa eſſet, quod non modo pertinet ad Italiæ dignitatem, ſed etiam quandam beatitudinis partem: quaſi bona eius nullo modo poſſint ab alijs aut conuelli, aut diminui. Culpa vero Romani Pontificis, adijcit ille, fit, vt Italiæ totius non ſit Rex vnus. Hæc ille, falſiſſimè ſimul,

atque ineptiſſime. Nam ſæpius Rex vnus fuit Italiæ: & idem tamen cum tota Italia fuit adductus in alienam poteſtatem. En tibi Galba, Neronis ſucceſſor, Italia tota potitur, & tamen ſpoliatur ab Othone: hic obtinet eandem, ac pellitur inde à Vitellio: Vitellius à Veſpaſiano. Poſt hos innumeri fuerunt ante Conſtantinum barbarici ſanguinis, qui Italiæ Imperium, nomenque Imperatoris, ac poteſtatem ſibi aſſumpſerunt aduerſus eos, in quorum ditione erat Ital a. Seuerus Afer Italiæ Regno potitum Iulianum Italum deijcit. Maximinus Thrax Alexandrum Syrum, Philippus Arabs Gordianum, Decius Pannonius Philippos, Diocletianus Dalmata Carinum, Denique Conſtantinus ipſe Maxentium militibus Italicis, ac Romanis circumſæptum, Theodoſius eodē modo Eugeniū copias ex Occidēte innumeras trahentem; Valentinianus Aſpare Duce Ioannem. Quid, cum Rex Herulorum Odoacer Italiam cepit, an non vni Momyllo parebat Italia? cumque idem Rex per annos multos eam tenuiſſet, annon Theodoricus illi eam bello eripuit? cumque Theodorici ſucceſſores eidem diutius imperaſſent, cur à Iuſtiniani Ducibus expulſi fuerunt? Iuſtinus verò, Iuſtiniani ſucceſſor, cur excidit illius imperio, inuadentibus eam Longobardis? Commune hoc Italiæ fuit cum cæteris vel maximis, vel potentiſſimis regionibus, vt earum Reges fuerint victi, & ſub imperium exterorum miſſi. Aſsyrios olim latiſsime dominatos Chaldęi, Chaldæos Perſæ, qui & Aegyptios ampliſsime quondam regnantes vicerunt, Perſas Græci, Græcos Romani ſuperarunt. Annon Africam totam Rex vnus tenebat, cum Vandali rerum potiebantur? Cur itaque tam breui eſt à Beliſario domita, & adducta in poteſtatem? Hiſpanias nonne vnus Rex tenebat? quid igitur illam ſibi Saraceni ſubiecerunt? Atqui hæc omnia contigere ob neglectam magis, vel Dei religionem, vel, quæ hanc ſemper ſequitur, Pontificis Romani auctoritatem, vt ſigno 99. & centeſimo aperuimus. Blandimur nobiſmetipſis aliquando omnes, ſi facimus noſtros Scythis, Perſis, Parthis, Afris, Græcis, aut alijs fortiores. cuncti ſumus mortales; incolimus eandem terram, eundem ſpiramus aerem, membris eiſdem compacti ſumus, naturæ omnes eiuſdem: cuncta pendent à Deo, illiúſque vero cultu. ille robur dat, ille artem militarem docet, vſumque eius adducit, ac tollit.

Sed

A Sed, nunquid Italiæ felicius foret, ſi pareret uni? cur itaque tam truculenter à Romanis Itali omnes dilaniati? cur ipſi Romani, atque Itali cum cæteris à Mario, Sylla, Triumuiris, Octauiano, Tiberio, Caligula, Claudio, Nerone, Veſpaſiano, Domitiano, Hadriano, Commodo, Seuero, Caracalla, Macrino, Heliogabalo, Maximinis, Philippis, Gallienis, Aureliano, Carino, Maximiano, Maxentio, miſerrime dilacerati? ita, vt nunquam fuerit infelicius Italiæ toti, ac Romæ? An non hæc omnia ob oculos legentium nos poſuimus? quid igitur impius ſomniatur?

B Illud porrò falſiſſimum, fieri culpa Romani Pontificis, ne pareat uni Regi Italia. Vere enim, ſi pareret vni, ſed religioſo, ſed amanti Chriſtianæ pietatis, ſed obedienti legibus ſacris, quas Pontifex Romanus ſancit, & ab hoc penderet, huius nutum reſpiceret, aut, ſi placet, ſoli Pontifici Romano non modo in ſacris, ſed etiam in profanis, quot, ac quantis Italia bonis circumflueret? ut vere poſſemus illa canere?

Sed neque Medorum ſiluæ, ditiſſima terra,
Nec pulcher Ganges, atque auro turbidus Hermus,
C *Laudibus Italiæ certent: non Bactra, neque Indi,*
Totaque thuriferis Panchaia pinguius arenis.
Hæc loca non tauri ſpirantes naribus ignem
Inuertere, ſatis immanis dentibus hydri;
Nec galeis, denſiſque virum ſeges horruit haſtis:
Sed grauidæ fruges, & Bacchi Maſſicus humor
Impleuere: tenent oleæque, armentaque læta:
Hinc bellator equus campo ſe ſe arduus infert,
Hinc albi Clitumne greges.

Et:

D *Hic ver aſſiduum, atque alienis menſibus æſtas:*
Bis grauidæ pecudes; bis pomis vtilis arbos.
At rabidæ tigres abſunt, & ſæua Leonum
Semina: nec miſeros fallunt aconita legentes;
Nec rapit immenſos orbes per humum; neque tanto
Squameus in ſpiram tractu ſe colligit anguis.
Adde tot egregias vrbes, operumque laborem:
Tot congeſta manu præruptis oppida ſaxis:
Fluminaque antiquos ſubter labentia muros.
An mare, quod ſupra, memorem, quodque alluit infra?

Anne

Anue lacus tantos? te, Lari maxime, teque A
Fluctibus, & fremitu aſſurgen Benace marino?

Falſiſſimum eſt, inquam, culpa Romani Pontificis factum, quo minus Italia Regi vni pareat, quin longe ſecus. Diu contendit ille pro viribus, vt Rex vnus Italiæ foret, vel cum maximo iurium ſuorum detrimento. Quod ſi facto illius contigit, quod vult impius, ne eſſet vnus Italiæ Rex, cur per tot ſæcula a primis Italiæ colonis vſque ad Remp. Romanam conſtitutam nunquam paruit vni Regi Italia? Vbi tunc latebat ille, qui id impediret? Atqui nos docuimus ſigno 82. de cura B
Papæ in Catholicis tuendis, lib. decimonono, cap. 2. & ſequentibus, ſumma illum vi conatum, vt Italia tota Imperatori, ſiue Occidentali, & in Italia commoranti, ſiue Orientali, & in Græcia ſedes habenti, ſubiecta eſſet; idque vſque ad annum ſeptingeſimum quinquagenteſimum ſecundum; cum mutuis diſſidijs imperium fatiſceret, Hunnique, Gothi, Vandali, Heruli, Longobardique ad illius euerſionem conſpiraſſent. conatus eſt autem Pontifex, vt Italiæ Rex vnus eſſet, quamuis aſſeratur a multis, & inter hos a Græcis Pontificiæ poteſtatis hoſtibus, Conſtantinum donaſſe Silueſtro Occidentale Imperium, cuius quidem donationis iure vti noluiſſe ipſum, ſucceſſoreſque ipſius, ex magna parte apparet. Cum C
vero Italiæ Regnum, nequidquam laborante Pontifice Romano, à barbaris, & exteris diſciſſum fuiſſet, ac negligeretur quodammodo ab Orientali Imperatore, Leoque tertius videret Longobardos inſolentius ſe gerere, Carolum Magnum, cunctis Regiis virtutibus præſtantem, non modo Italiæ Regē conſtituit, ſed Imperatorem præterea Romanorum, atque Occidentis creauit anno 801. quod Eghinartus in eius vita, Ademarus, Rhegino, cæterique omnes teſtantur quamuis ad Papam ſpeciatim pertinerent Exarchatus Rauennæ, D
Pentapolis in Vmbria, Thuſciæ magna pars, Ducatus Romanus, Beneuentanuſque, cum plurimis Vrbibus, quæ cuncta ipſi parebant omnino ante aduētum Francorum in Italiam, uti nos docuimus ſigno 76. de admiranda progeſſione ſacræ poteſtatis cap 3. lib. 17. idem tamen Papa uoluit, profana multa iſtarum ditionum procurari, & adminiſtrari à Carolo Magno, & Italiæ Regibus, ut ſcilicet magis Italia coiret in unam poteſtatem. Ad tollendam verò Tyrannidem, atque vt Italicis ci-

A ciuitatibus fœlicius foret, ex illo plurimis earum reſtituta libertas, impoſitumque id oneris duntaxat, vt aduenienti Regi modicum frumenti tributum, quod Fodrum uocabant, militibus iter facientibus hoſpitium breue præberent, atque in aduentu Regis conſtitutum eſt, vt vacarent omnes Magiſtratus, iuraque acciperent in communibus rerum profanarum controuerſijs. quæ teſtatur aperte Otho Friſingenſis lib. 2. cap xij. de geſtis Friderici Primi, cuius ipſe æqualis, & conſanguineus fuit. quin adijcit, pro arbitrio plerunque hæc ab Italicis Ciuitatibus exſoluta, cum ſuperarent omnes alias
B Orbis potentia, diuitijſque, atque idcirco ad imperata facienda non facile adduci poſſent, & tamen, ut ab omni moleſtia ſe eximerent, non contentæ auertere à ſe, quocunque illæ modo poſſent, exercituum, militumque itinera, & hoſpitia, fodrique præſtationem, illud præterea curabant, ut Imperatores priuilegijs eas ſuis ornarent, ac munirent. Hinc Otho iij, annò 992. quod refert Sigonius, priuilegia libertatis, immunitatis ac ſecuritatis Venetorum Duci dedit.

Verum, languente Caroli Magni poſteritate, ac viribus, uirtutibusque antiquis deſtituta, nec valente ob infirmitatem
C ſuam ſuſtinere Italiæ dignitatem, cum nonnulli Principes eius magna ſpirarent, Regnumque hoc ſibi deberi contenderent, Pontifices Romani eis illud, Imperatoriamquè Maieſtatem ſunt elargiti. ac talis fuit Berengarius Primus Dux Foroiulienſis, Vido, & Lambertus Spoleti, & Berengarius Secundus, qui cum Tyrannide opprimeret Italicos, quod Luitprandus illorum temporum ſcriptor narrat, neque aduerſus irrumpentes barbaros, Vngaros, & Saracenos quidquam poſſet, atque ita decus Italiæ periret, pręcipue cum diſſentirent Itali inter ſe, ac ſępius exteros Reges aduocaſſent, Itali
D ijdem vocarunt Othonem Primum Germaniæ Regem potentiſſimum anno 951. qui, cum nefarios conatus Berengarij ex aliquã parte cohibuiſſet, neque tamen ille deſiſteret ab illicitis inceptis, eundem rurſus anno 961. aduocarunt, Italię Regnum polliciti. præterea vero Pontifex Romanus Ioannes xij. Imperatoriam dignitatem. Venit ille, & in hæc verba iurauit, vt eſt apud Gratianum dict. 63.

Tibi, Domino Ioanni Papæ, ego Rex Otho promittere, & iurare facio per Patrem & Filium, & Spiritum Sanctum, & per Lignum hoc uiuificæ Crucis, & per has Reliquias Sanctorum,

ctorum, quod, ſi, permitente Domino, Romam venero, Sanctam Romanam Eccleſiam, & te rectorem ipſius exaltabo ſecundum meum poſſe; & vitam, aut membra, nunquam, nec ipſum honorem, quem habes, mea voluntate, aut meo conſilio, aut meo conſenſu, aut exhortatione perdes; & in Roma nullum placitum, aut ordinationem faciam de omnibus, quæ ad te, aut ad Romanos pertinent, ſine tuo conſilio; &, quidquid de terra S. Petri ad noſtram poteſtatē peruenerit, tibi reddam; &, cuicumque Italicum regimen commiſero, iurare faciam illum, vt adiutor tui ſit ad defendendam Terram S. Petri, ſecundum ſuum poſſe. A B

Sed nihil minus Otho præſtitit Pontifici Romano. electionem nanque ipſius, Epiſcoporumq. inueſtituras, à quibus Carolus Magnus, & eius liberi ſemper abſtinuere, quamuis oblatæ eis fuiſſent à Papa, vt eſt apud Gratianum diſtinctione 63. ad ſe poſterosque Reges tranſtulit, donec vindicauit ab ipſis eas Gregorius Septimus, & Gregorij ſucceſſores; & tamen adeo fauerunt in Italiæ Regno Imperatoriaque Romanorum dignitate aſſequenda Germanicis Regibus Pontifices Romani, ce ſuo vire in profanis plurimum cedentes, quod ſcilicet Italiæ Regnum cuperent vni ſubiectum, quantum ratio permitteret, vt nihil vltra deſiderari poſſit. quod nos late perſecuti ſumus ſigno de cura Papę in Catholicis tuendis 81.cap. 4. & 5. lib. 19. Ac, licet Northmani poſt Othonis Tertij mortem Neapolitanum, Siculumq. Regnum, feudi iure, à Pontificibus Romanis. qui diu obſtiterant, vt conſtat ex Hermanno Contracto ad finem Chronici, obtinuiſſent; hi tamen rurſu effecere, vt Germanicis illud obediret, cum duxit Henricus Quintus, Friderici Primi filius, vxorem Conſtantiam, Rogerij Regis prolem. & ad Regni acquiſitionem plurimum opis contulerunt, vt è Fazelo, Crantzioque in Metropoli, ac Saxonia ſua explicauimus ſigno adducto. Sed Impietas Manfredi Regis, qua patrem Fridericum Secundum ſtrangulauit, Conradumque, & Henricum fratres extinxit veneno, & ſcelera infanda eiuſdem in omnes, compulere Romanos Pontifices, ut Carolum Ludouici Francorum Regis fratrem, Regem Neapolitanum crearent anno 1265. ut notat Villaneus lib. 7. cap. v. ex quo illud ad opulentiam, maximam potentiam, ciuitatumque magnificentiam, frequentiam, decuſque illuſtre peruenit. C D

Multæ

A Multæ porrò ex Italicis Vrbibus, maiorem nactæ libertatem, & opes, ex eo tempore, quo Gregorius Septimus, ſucceſſoreſque illius, Pontificiã Sedem ſuæ libertati reſtituerunt anno 1090. ad maximam dignitatem, imperiumq. ſunt euectæ, vt Venetiæ, Genua, & olim Florentia, Piſæ, Mediolanum. Pontifices autem Romani, quando nunquam potuerant Italici ſanguinis vllum totius Italiæ Regem conſtituere, quamuis id tentaſſent in Berengario Primo, Lamberto, Vuidone, ac Berengario Secundo, ac de ſuis iuribus plurimum conceſſiſſent in profanorum tractatione; per Carolum verò Ma-
B gnum Ciuitates Italiæ, in antiquæ libertatis ſtatum, à Longobardorum Tyrannide oppreſſas, reduxiſſent, quam magis illæ, ac magis tueri omnibus modis contenderunt, aduerſus exteros, & Italicos quoſdam, veluti Berengarium Secundum; idque tum toti Italiæ, tum verò Vrbibus illis maximæ dignitati, ac felicitati eſſet, neque ius vllum permitteret, vt vlli ius ſuum adimeretur, nihil ſanè Germanicis Imperatoribus abſtulere, id tamen potius curarunt, vt quælibet nationes, ſuo contentæ, in patrijs ſedibus conſiſterent, Imperiumque Italiæ ad exteros amplius haud veniret: quamuis Papæ, non medio-
C cri adhibita cautione, ad Italiæ res componendas Germaniæ Regem aliquando aduocarint, vt è Nauclero aperuimus lib. 19. cap. 5. de ſignis Eccleſiæ Dei. Atque ita tum Pontifices ipſi Romani, quas in Italia ſpeciatim proprias ditiones ex antiquiſſimo tempore habuerunt, defendere, ac ſibi omnino habere, tum verò, vt Italici Principes, ac Reſp. niſi quid deliquiſſent, vt ſuas tuerentur, maximè ſemper ſtuduerunt. Sic etiam non deſiit Italiæ Rex vnus, non quidem totius omnino, aut maximæ partis, ſed cui magna tamen vni feudorum iure pareret, ac ſumma inter Chriſtianos dignitate floreret, Ro-
D manorumque Imperatoris nomen ferret, obligatuſque eſſet ex iuramento, quod in Coronatione Germanici Regni præſtat, pro viribus, quas habuit ſemper maximas, neque ſunt adhuc omnino extenuatæ, tueri Eccleſiam Catholicam toto Orbe diffuſam, Pontificemque ipſum Romanum, qui præeſt illi Eccleſiæ ſummo iure, vt ſcilicet Italia, ac Roma glorietur, quòd habeat in profanis, & ſacris, Principes omnium ſupremos in Orbe, in illis Imperatorem, qui confirmatur à Papa, in his ipſum Papam Romæ conſidentem.

Minuit interim tamen Italiæ decus, Italicarumque ciuita-

tum potentiam, & dignitatem, quòd Romani Pontifices ex Vrbe Auenionem commigrarunt anno 1305. adeo pendet Italiæ felicitas à Papis: adeo falſum apparet, quod impie dicitur, impedimento eſſe, ne coniungatur illa in vnum. Ex hoc namque tempore ob ipſius abſentiam varij Principes, Tyrannorum more, patrias ſuas, Italicaſque ciuitates inuaſerunt, vt è Villanei, S. Antonini, Blondi, Sabellicique hiſtorijs conſtat. Tunc ſæuiſſima Tyrannide oppreſſerunt Piſas Vguccio Fagiolanus, Lucas Caſtruccius Caſtracanis, Mediolanum, & propinquas Vrbes Barnabas, & Ioannes Maria Vicecomites, Veronam Maſtinus Scaliger, Patauium Carrarienſes, atque alias alij diriſſimi Principes. tunc Veneti, ac Genuenſes mutuis inter ſe bellis, ac reliqui Italici Guelphorum, Gibellinorumque factionibus maxime ſunt attriti. & quamuis aliquando peccatum ſit per Apoſtolicas legatos in prophanis adminiſtrandis illud tamen eſt veriſſimum, tùm ſupramemoratos Tyrannos tum cæteros, qui crudeliſſime omnium dominati ſunt in Italia, fuiſſe inimiciſſimos Pontificiæ poteſtatis, quales Actiolinus Romani, Fridericus ij. aliique, vt, quando in terris nihil eſt ab omni vitio purum, conſtet Apoſtolicam poteſtatem cunctis examinatis longe minori ad extremum, ſi reliqua inſpiciamus, obnoxiam. Et quamuis Roma anno 1376, Romanorum Pontificum rurſus eſſe ſedes cœperit, diſſidia tamen, ac Tyrannorum vis non potuit extirpari, niſi poſt diutinum tempus, idque ob eã maximè cauſam, quod Vrbano vj. ſedente fuerit teterrimũ ſchiſma excitatum anno 1379. quod auctum à Principibus, Regibuſque nonnullis, maxima attulit Italiæ detrimenta. Extinctum eſt illud anno 1419. Martino v. Papa creato, aduerſus cuius ſucceſſorem Eugenium Quartum anno 1440. delectus eſt Antipapa Amadeus, Subaudiæ Comes, Felix Quartus dictus, cui cum nonnulli in Italia Principes fauerent, non mediocres quieti illius attulit turbas. Finis eſt huic ſchiſmati impoſitus anno 1450. Ex hoc, Italiæ Ciuitates magis adhuc, quam prius, excoli cœperunt, & plurima dignitatis, magnificentiæ, doctrinarum, rerumque omnium bonarum incrementa ſumpſerunt. maiora cepiſſent, niſi Italici quidam, & inter hos præcipuè Ludouicus Morus, contra Pontificis conſilium, bella miſcuiſſent, exteraſq. gentes in Italiæ viſcera immiſiſſent. Hiſpanos a ſcimus Neapolitanis poſt obitum Ioannæ Secundæ accitos,

Pat. lib. 2. & ſeq.

A tos, Pontifice Romano inuito. Verum de his omnibus quandò agere non poſſet eſſe, niſi valde inuidioſum; ſimulque res eſt notiſſima peritis, non eſt quod multa dicamus.

De communi maximorum Theologorum ſententia Concluditur; Papam non modo eſſe in ſpiritualibus Pontificem ſummum; ſed & omnium temporalium in terris Regem ſupremum, idque iure diuino, atque; hoc poſito, vt vult S. Thomas, & alij, iure naturali. Cap. V.

B IAM verò, ſi parere Italia iure vni deberet ille eſſet Pontifex Romanus. Nam, cum ponamus eum Chriſti Dei Vicarium, non modo illa obedire ipſi debet; ſed Orbis etiam totus, ſalua Regum, Principumq. legitimã poteſtate, quã vero, ac ſummo omnium ſacrorum Præfecto, qualem Chriſtiani omnes ponunt eſſe Papam, conuenit ancillari. Natura namque

C compatatum videmus, vt meliora, ac perfectiora deterioribus, & ignobilioribus dominentur. quòd ſi ſecus contingat, eſt præter inſtitutum naturæ. Hinc elementa ſeruiunt corporibus inanimatis, eaque ſic conſtant, & continent, vt in horum tranſeant naturam. hæc autem ſubijciuntur ijs, quæ motu intimo cientur, ac ſenſibus carent: vt herbæ, frutices, plantæ animantibus ſenſu præditis. Homo præeſt his omnibus omnium finis. In nobis porrò ſcimus eſſe, ac moueri corpus ab anima, in qua principatum ratio tenens, ad Deum, Deique cultum referre omnia debet. ac proinde, cum ponatur à Chri- *Ariſt. Pol c. 2.*

D ſtianis Papa Dei Chriſti Vicarius, totius diuini cultus moderator abſolutus; eius dominium dominia cuncta conſtituet, atque continebit. Sed, quando dominium (ſunt hæc ipſa verba Sancti Thomæ libro tertio de regimine Principum, cap. x.) quoddam eſt Sacerdotale, & Regale ſimiliter; aliud autem Regale ſimiliter, ſub quo Imperiale ſumitur, & ſic de alijs, vt infra patebit. tertium vero Politicum. quartum autem Oeconomicum. Primum cæteris antefertur multiplici via: ſed præcipue ſumitur ex inſtitutione diuina, videlicet Chriſti, cum enim eidem ſecundum ſuam humanitatem ſit omnis collata

poteſtas, vt patet Matthæi cap. 16. dictam ſuam poteſtatem A
ſuo communicauit Vicario, cum dixit; Ego dico tibi, quia tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam & tibi dabo claues Regni cœlorum; &, quodcumque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cœlis: &, quodcumque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in cœlis. Et mox: Quod ſi dicatur ad ſolam referri ſpiritualem poteſtatem, hoc eſſe non poteſt, quia corporale, & temporale a ſpirituali & perpetuo dependet; ſicut corporis operatio ex virtute animæ. ſicut ergo corpus per animam habet eſſe, virtutem, & operationem, vt ex verbis Philoſophi, & Auguſtini de immortali- B
tate animæ patet, ita & temporalis iuriſdictio Principum per ſpiritualem Petri, & ſucceſſorum eius, principium. Hactenus verba S. Thomæ. E quibus conficitur; omne dominium, quodcunque eſt, non modo in Italia, ſed in Orbe toto, habere principium, virtutem, & operationem à dominio Papæ, non ſolum ſpirituali, ſed etiam temporali, quod dedit ac dat illi Chriſtus, qui, vt inquit idem libro eodem cap. 15. temporaliter eſt Dominus Orbis, & directè ad ſpiritualem vitam ſuum ordinauit Principatum. Hæc ille. Quin eſt hoc adeo verum, vt ſcribat cap. 19. Videtur Vicarius Chriſti ha- C
bere plenitudinem poteſtatis, cui competit dicta prouiſio ex triplici genere: primo quidem, diuino; quia ſic videtur voluiſſe Chriſtus ex verbis ſuperius introductis, & infra etiam oſtendetur: ſecundo verò, ex iure naturali, quia, ſuppoſito ipſum primum locum tenere in Principatu, oportet eum dici caput, à quo eſt omnis motus, & ſenſus in corpore myſtico, per quod habemus, quod omnis influentia regiminis ab ipſo dependet. Amplius autem in communitate oportet attendere ad conſeruationem ipſius; quia hoc natura requirit huma- D
na, quæ ſine ſocietate viuere non poteſt. conſeruari autem nequit, niſi per dirigentem primum in quolibet genere hominum. & hoc eſt in actibus hominum primus Hierarcha, qui eſt Chriſtus, vnde eſt primum dirigens, & continens, & mouens; cuius vices ſummus Pontifex gerit. Rurſus autem dictum eſt ſupra, in primo libro, quod Princeps eſt in Regno, ſicut Deus in mundo, & anima in corpore. Conſtat autem, quòd omnis operatio naturæ ex Deo dependet, ſicut gubernante, mouente, & conſeruante; quia in ipſo mouemur, & ſumus, vt dicitur in Actibus Apoſt. & Propheta Iſaiæ cap. 26.

Omnia

A Omnia opera noſtra operatus es in nobis Domine. Similiter & de anima dici poteſt, quia omnis actio naturæ in corpore in triplici cauſæ genere dependet ex anima. Hoc autem videmus in Deo, qui gubernando, & dirigendo mundum permittit corruptionem particularis entis pro conſeruatione totius: ſic & natura facit pro conſeruatione corporis humani ex virtute animæ. Simile contingit in Principe totius Regni, quia pro conſeruatione regiminis ſuper ſubditos ampliatur eius poteſtas, imponendo taleas, deſtruendo ciuitates, & caſtra pro conſeruatione totius Regni. multo igitur magis hoc conue-
B niet ſummo, & ſupremo Principi, ideſt Papæ ad bonum totius Chriſtianitatis. Rurſus idem in 2. diſtinct. 44. q. 2. Poteſtas, inquit, ſpiritualis, & ſæcularis vtraque deducitur à poteſtate diuina, & ideo in tantum ſæcularis poteſtas eſt ſub ſpirituali, in quantũ eſt ei à Deo ſuppoſita, ſcilicet in his, quę ad ſalutẽ animæ pertinent, & ideo in his magis eſt obediendum poteſtati ſpirituali, quàm ſæculari. in his autem, quæ ad bonum ciuile pertinent, eſt magis obediendum poteſtati ſæculari, quam ſpirituali, ſecundum illud Matthæi, cap. 22. Reddite, quæ ſunt Cæſaris, Cæſari; & quæ ſunt Dei, Deo. niſi forte po-
C teſtati ſpirituali etiam ſæcularis poteſtas coniungatur, ſicut in Papa, qui vtriuſque poteſtatis apicem tenet. ſcilicet ſpiritualis, & ſæcularis, hoc illo diſponente, qui eſt Sacerdos, & Rex in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech, Rex Regum, & Dominus Dominantium, cuius poteſtas non auferetur, & Regnum non corrumpetur in ſæcula ſæculorum. Amen. Sequitur, recitans eadem verba, opinionem S. Thomæ Dionyſius Carthuſianus ſecundo ſententiarum diſt. 44. quæ-
D ſtione 5. addens, quibus per omnia concordant Alexander, Bonauentura, Petrus, Richardus, alijque communiter. Sic ille, aſſerens hanc communem Theologorum ſententiam in Papa eſſe apicem ſpiritualis, ac ſæcularis poteſtatis. Et verò ita voluit Alexander Halenſis in quarta parte ſummæ queſt. 10. part. 1. §. 2. in verbo. Pro Rege noſtro, & in tertia parte queſt. 40. membro 5. Hugo de S. Victore lib. 2. part. 2. cap. 4. S. Bonauentura in 4. diſt. 37. in expoſitione lit. dubio 4. lib. de Eccleſiaſtica Hierarchia par. 1. quibus addendi, quos addit idem opuſculo de auctoritate Papæ, affirmans idem ſentire Hubertinum de Caſale, & Petrum de Tarantaſia. præter hos

idem

Idem tradunt Rainerius Piſanus in ſua ſummma uer. Domi- A
nio. c. 5. B. Ioannes è Capiſtrano tractatu de auctoritate Pa-
pę, par. 1. ſecundæ partis num. 4. & 5. Gabriel. Biel. in expo-
ſitione canonis lect. 23. Egidius Rom. lib. de poteſtate Eccle-
ſiaſtica cap. 7. Alexander de S. Elpidio libro eodem cap. 6. Ia-
cobus de Viterbio, Gulielmus Cremonenſis S. Bernardus lib.
4. de conſideratione ad Eugenium, Auguſtinus Triumphus li-
bro de poteſtate Eccleſiaſtica, q. 1. art. viij. Aluarus Pelagius
de planctu Eccleſiæ cap. 13. Silueſter Prieras in ſumma ver.
Papa. 4. 10. &. 11. Ioannes Seleſtadienſis in Quadriuio, par.
1. Tartaretus in quarto, diſtinct. 18. q. vnica, Naclantus lib. B
de poteſtate Papę. quorum verba non adducimus, ne iuſto pro-
lixiores ſimus. Non grauabimur tamen afferre verba Hen-
rici Gandauenſis Doctoris Sorbonici, qui ante annos tercen-
tum floruit. Is igitur ſic quodlibet ſexto, q. 23.

De Iure diuino, & naturali ſacerdotium ſupereminet Im-
perio, & penes ipſum reſidet de Iure diuino, & naturali utra-
que Iuriſdictio, & ſuper ſpiritualia, & ſuper temporalia, &
ſimiliter eius immediata executio. Vnde in tempore legis na-
turæ ſimul ambo currebant, Regnum, & Sacerdotium, & om-
nes primogeniti Regum ſacerdotes erant, & Reges, & iuriſdi- C
ctionem in temporalibus exercebant. nec debebant diſtingui
illo tempore, quia nondum erãt ſacerdotes vocati ad ſpiritua
lis vitę exercitium, ſicut tempore gratiæ. ſicut etiam ambo
currere debebãt propter eandem rationem in lege Moſaica,
ſicut & cucurrerunt vſque ad Samuelem, ſub quo populus
petijt ſibi Regem, quem, quantum erat ex parte populi, Do-
minus conceſſit in onus propter peccata eorum. Vnde dixit
Dominus Samueli: Non abiecerunt te, ſed me, ne regnem
ſuper eos: diſponente tamen æterna prouidentia, quę mala
noſtra, & ea, quę concedit pro peccatis noſtris, in bonum con- D
uertit; hoc factum eſt in præſagium eius, quod futurum erat,
Deo ordinante in noua lege, & vt ſacerdotes expediti à iudi-
cijs temporalium aſſueſcerent imminente tempore aduentus
Chriſti vacare ſpiritualibus, qui veniens Rex, & ſacerdos ſi-
mul ſecundum ordinem Melchiſedech, qui ſimul erat Rex, &
ſacerdos Dei, ſacerdotium, quod per accidens ſecundum præ-
dicta ſeruile factum erat in lege Moſaica, in qua ſacerdotes ſub
iecti erant Regibus, ad libertatem ſacerdotij legis naturę re-
duxit: in qua in eadem perſona vtraque dignitas iuxta curſum

A legis naturę debuit reſidere, qui Rex, & Sacerdos debuit eſſe ordinarius ſuæ gentis & hoc principalius ratione, qua ſacerdos ſuper ſpiritualia principaliter, quàm ratione, quia Rex ſuper temporalia principaliter. Vnde, etſi fuiſſent Reges alij ab inſtitutione, qui non eſſent ſacerdotes, ſub quibus eſſent Sacerdotes non ordinarij, ſed inſtituti, illi ſubeſſe debuerunt illi, qui ſimul Rex eſſet, ac Sacerdos ordinarius; & hoc non tam ratione, qua Rex erat, ſed ratione, qua Sacerdos erat. Hęc ille, qui & paulo ante, Cum aliquid, inquit, fuerit difficile, vel ambiguum; tunc ad iudicium eſt Sedis Apo-
B ſtolicę recurrendum. & ſecundum hoc Sacerdos Apoſtolicus ſe habet ad Reges, & principes, tanquam architecti ad artifices. illi enim, propter quid, & regulas iudicandi ſciunt; iſti mechanici vero, tanquam experti in multis, ipſum, quia, ſciunt; propter quid autem, ignorant. propter quod debet illis leges dare, ſecundum quas debent iuriſdictionem ſuam exequi, & populum regere, nec aliorum leges recipere, niſi per ipſum prius fuerint approbatæ. Huiuſque Henricus. Nunc audiamus Sanctum Antoninum titulo tertio de dominio regnorum, cap. 2.

C Credimus, ait ille, immo ſcimus, quòd Papa eſt generalis Vicarius Ieſu Chriſti de tranſ. Epi. c. 1. & etiam ſuper omnes Infideles. etenim Chriſtus plenariam recepit poteſtatem. Vnde Pſal. Deus iudicium tuum Regi da, & iuſtitiam tuam filio Regis. & Matth. vltimo, Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo, & in terra. Nec videretur diligens, ſeu ſapiens paterfamilias, niſi & Vicario ſuo, quem in terra dimiſit, plenam ſuper omnes dimiſiſſet poteſtatem, vt patet in eo, quod dicitur ſuper homicidio, c. per humanam lib. 6. Ideo, & dicitur de Papa, qui non ſolum habet poteſtatem, ſed & plenitudinem
D poteſtatis. de vſu pallij. c. ad honorem, quia Petro, & ſucceſſoribus eius claues dedit Regni Cœlorum, dicens, Quodcunque ligaueris, & c. Oues autem non ſolum ſunt fideles, ſed etiam infideles per creationem, licet non ſint de ouili. Vnde & ſequitur, quòd Papa ſuper omnes habet iuriſdictionem de iure, licet non de facto. & probatur hoc in eo, quod legitur de elect. c. ſignificaſti. de maioritate, & obedientia. c. ſolitæ, de iudicijs. c. nouit. Igitur per hanc poteſtatem, quam habet Papa, dicendum eſt, quòd gentiles, etſi non habent legem, niſi naturæ, ſi tamen contra legem ipſam naturæ fa-

ciant,

ciant, licitè per Papam puniri poſſunt. Et mox: De Chriſtianis non eſt dubium, quod Papa eos iudicare poteſt, & punire, ſi A contra lege Euangelicam faciant, vel alias grauiter peccent, etiam temporaliter, vt patet in eo, quod notatur in. c. licet, de foro comp. & de iudic. c. nouit. §. 1. &, quamuis omittat Papa aliquando pœnas iuſtas, & debitas omnibus prædictis inferendas, vel quia facultatem nõ habet coercendi, vel propter pericula, & ſcandala, quæ incumbunt, vel euenire timentur, vel quia multitudini parcit, de temp. ordin. c. 2. & cle. de excom. c. latores, eſt tamen poteſtas faciendi hoc apud Deum. Hæc Sanctus. Cui conſentit Franciſcus Mayronis cognomento Doctor illuminatus, qui ſic in. iv. diſt. 19. q. 4. Plenitu- B do poteſtatis ſecundum vtramque iuriſdictionem concurrit in eandem perſonam. hoc patet auctoritate Chriſti: Cumque ligaueris &c. Dices forte, quod verum eſt in ſpiritualibus. Sed tunc arguo ſic: Quia in ſubordinatis, quidquid poteſt inferior, poteſt et ſuperior. Sed Papa eſt ſuperior ad Imperatorem, vt ſupra probatum eſt. ergo. Secundo, Quia Papa confirmat leges. hoc autem non poſſet, niſi poſſet, eas condere. Tertio ſic, Cuicunque datur auctoritas ad principale, datur & reſpectu adnexi, quia ſine eo non poſſet exequi: ſed tempora- C lia ſunt adnexa ſpiritualibus actibus. nullus enim poſſet celebrare miſſas ſine veſtibus, nec veſtes poſſunt haberi ſine bonis temporalibus. ergo. Sed contra Canoniſtæ dicunt quod in ſpiritualibus præſidet Papa, Imperator vero in temporalibus, Probo: Quia Imperatores dederunt bona temporalia Papæ, & Eccleſiæ. Sed hic dicitur quod de facto ſic fuit, ſed de iure Papa debet dare Imperium Imperatori, & alia bona temporalia. Hęc Franciſcus Mayronis. Similia Richardus de Media villa in 4. diſtinctione 24. quæſt. 5. ad 5. Moyſes, inquit, ex- D preſſius, quam Aaron figurauit Chriſtum, qui fuit ſummus Rex, & ſummus Pontifex, & ex conſequenti Vicarium eius in terris, in quo ſimul ſub Chriſto eſt vtraque poteſtas. Et art. 5. quæſt. 5. In omni, ait, re vna ex diuerſis rebus integrata oportet eſſe aliquod præeminens, quo diuerſæ partes teneantur in vnum, ſicut eſt anima in humano corpore, & corpus ſuper contrarietatem eleuatum, quod eſt cœlum in machina mundi. per virtutem enim cæleſtem conciliantur elementa, quæ contraria ſunt. vnde, cum Eccleſia ſit vnum corpus Chriſti myſticum ex diuerſis ſtatibus, & membris con-

ſtitu-

A ſtitutum ad obſeruationem huius vnitatis oportet eſſe vnum caput omnium ſtatuum cum Eccleſiæ, & membrorum vniuerſali regimine regitiuum, ſub quo diuerſi ſtatus Eccleſiæ, & membra diuerſa conueniunt ſecundum debitam proportionem in vnum, vt ſic conformetur Eccleſia militans ſuo exemplari in cælo.

Sequitur teſtimonium Roderici Sancij Epiſcopi Zamorenſis libro de origine, ac differentia principatus. Sic itaque hic par. 1. Nemo, niſi Chriſtus, vel eius Vicarius in terris, poteſt dicere illud, quod Propheta de Chriſto dixerat, Mihi. B inquit, alienigenæ ſubditi ſunt. nam propter vniuerſale dominium nullus mortalium eſt ei alienus, & non ſubditus: quia ſcriptum eſt de eo, Data eſt mihi omnis poteſtas in Cœlo, & in Terra. Et iterum. omnes gentes ſeruient ei, & dominabitur à mari vſque ad mare, Et iterum: omnis terra poſſeſſio eius. Et rurſus: Romanus Pontifex vice Chriſti principatur in vniuerſo Orbe, in ſpiritualibus, & temporalibus, & de illo loquuntur iura, auctoritates, & rationes ſuprà allegatæ. Et propè finem partis primæ concludit: Eſt vero naturaliter moraliter & diuino Iure cũ recta fide tenendum, Principatum C Romani Pontificis eſſe verum, & vnicum immediatum Principatum totius Orbis, nedum quoad ſpiritalia, ſed quoad temporalia, & Principatum Imperialem eſſe ab ipſo dependentem, & mediatum, miniſterialem, & inſtrumentalem eidem ſubminiſtrantem, & deſeruientem. foreque ab eo ordinatum, & inſtitutum, & ad iuſſum principatus Papalis mobilem, reuocabilem, corrigibilem, & punibilem, de quo mineſteriali Principatu pulchrè ait Iſidorus lib. de ſummo bono Poteſtates, inquit, ſæculares neceſſariæ non eſſent, niſi, quod non præualet Sacerdos efficere per doctrinæ poteſtatem, Prin- D ceps hoc impetret per diſciplinæ terrorem. Ecce, inquit, neceſſariæ non eſſent. Ex quo aperte innuit, quod in hoc mundiali regimine principatus ſæcularis de pura, & mera neceſſitate, vel etiam expedienti neceſſarius non eſt, niſi quando Eccleſia non poteſt. ſi ergo poſſet malos coercere, non eſt neceſſarius principatus Imperialis, & ſæcularis: cum includatur virtualiter in principatu Apoſtolico. Vnde Ambroſius ait, quod Pontifices ſummi ſolum pro curſu rerum temporalium Imperialibus legibus vtuntur. Reſoluendo igitur iſtum articulum, dicimus, quod in tota machina mundiali non eſt niſi

vnus Principatus, ideo non debet eſſe, niſi vnus vniuerſalis, & ſupremus Princeps, & Monarcha. Nam vltra prædicta illud natura ipſa docet. Vt enim inquit philoſophus in xij. Metaph. Entia nolunt male diſponi, ideo vnus eſt principatus, & vnus Princeps ſupremus totius Orbis, qui eſt Chriſti Vicarius: iuxta illud Danielis cap. viij. Dedit ei poteſtatem, & honorem, & Regnum, & omnes populi, & linguæ ſeruient ei. In illo igitur eſt fons, & origo omnis principatus, & ab eo cæteræ poteſtates defluunt. Hæc ille. A

Non omittamus Franciſcum de Silueſtris Ferrarienſem in cap. 76. lib. 4. aduerſus gentes. Conſiderandum eſt, inquit ille, ex doctrina Sanctæ Thomæ ſecundo ſententiarum, diſt. vltima in expoſitione literæ quod ſummus Pontifex habet in Eccleſia apicem, & excellentiam vtriuſque poteſtatis non ſolum ſpiritualis, ſed etiam ſæcularis: ideo illi præ omnibus obediendum eſt, & in ijs, quæ ad ſalutem animæ pertinent, & in ijs, quę ad bonum pertinent ciuile. Similiter, vt dicit idemmet S. Thomas in libro de regimine Principum lib. 3. c. 10. & 19. poteſt ratione supremę huius poteſtatis vnumquenque ratione delicti punire, & taleas, atque collectas pro Reip. Chriſtianæ conſeruatione inponere, ſicut & Rex in ſuo Regno poteſt. Hactenus Franciſcus. B C

Ex his apparet, hanc eſſe Theologorum communem ſententiam, Papam non modo eſſe Pontificem ſummum, ſed etiam Regem ſummum totius Orbis terrarum. Communis verò eſt hæc ſententia, ſiue numerum Theologorum, qui de hac re ſcripſerunt, conſideremus, ſiue auctoritatem, doctrinam, aut dignitatem. Nam, qui, & quanti, SS. Thomas, Bonauentura, Bernardus, Antoninus, Hugo de S. Victore, Alexander Halenſis, Aegidius Romanus, Franciſcus Mayronis, Dionyſius Carthuſianus, vt cęteros omittamus? Proferatur, quęſo, vllus eorum, qui ſecus tradiderunt, par alicui ex iſtis peritia, aut ſanctitate? Iam, quis non miretur, è ſingulis ordinibus religioſorum celebrioribus; atque è ſingulis nationibus, quæ ſint illuſtriores in Europa, ſummos ſcriptores in hac ſententia fuiſſe? Nam SS. Thomas, Bonauentura, Antoninus, & Aegidius Romanus e familia Columnenſi, Itali; Bernardus Burgundus, Hugo è S. Victore Gallus, Henricus Flander, Alexander Halenſis Anglus; Dionyſius Charthuſianus Germanus, Rodericus Sancius, & Aluarus Pelagius Hiſpani. D

A pani. & hic quidem cum Bonauentura, Franciſco Mayronis, Richardo de Media villa, & Alexandro Halenſi ex ordine S. Franciſci, S. Thomas è S. Dominici, Bernardus è S. Benedicti, Dionyſius è Cartuſianorum, Hugo è S. Victore è Canonicorum regularium, Aegidius & Auguſtinus Triumphus, Alexander de S. Elpidio, Iacobus Viterbienſis, Gulielmus Cremonenſis omnes ex ordine Eremitarum S. Auguſtini.

Doctores porrò Canoniſtæ ſic adhæſerunt huic decreto, vt infinitum ſit illos enumerare. receſentur multi à Lælio Zeccho in tractatibus Theologicis loco quinto, & à Doctoribus in B c. nouit extra de iudicijs. Hic factum, vt audacter dixerit Bartolus maturi vir iudicij l. 1. §. 1. D. de requirendis reis opinionem contrariam eſſe hæreticam.

Ex antiquis non habemus multos, qui hæc ſpeciatim tractarint. A diuina nanque prouidentia videmus hoc inſtitutum, vt plurimarum rerum veritas in Eccleſia paulatim ſæculis ſequentibus in apertum producatur, & eluceſcat. transformamur, ait Paulus 2. Corinth. c. 3. de claritate in claritatem tanquam à Domini ſpiritu: quod etiam ſcripſit S. Thomas. 2. 2. q. 1. art. 7. ſtatuens articulorum, qui credendi ſint, nu- C merum creſcere ſemper in dies, quoad explicationem diſtinctiorem, licet non quoad ſubſtantiam. Et nihilominus antiqui, verbis ampliſſimis extollentes Petri, ſucceſſorumque ipſius poteſtatem generatim videntur hæc dixiſſe. Ac, ne afferamus Latinos, Græcorum ſummos adducemus, atque eos, qui tenuerunt ſedes primarias Orientis, æmulas Romanæ. Igitur S. Cyrillus Patriarcha Alexandrinus ſic in Theſauro, vt citat S. Thomas libro contra errores Græcorum: Sicut Chriſtus accepit à Patre Ducatum, & ſceptrum Eccleſiæ gentium, ex Iſrael egrediens, ſuper omnem principatum, & D poteſtatem, ſuper omne quodcunque eſt, vt ei cuncta curuentur, pleniſſimam; ſic & Petro, & ſucceſſoribus eius pleniſſimè commiſit. Sanctus autem Chryſoſtomus Patriarcha Conſtantinopolitanus, ita libro ſecundo de Sacerdotio. Quanam item de cauſa, ait, idem ille ſanguinem effudit ſuum? certè, vt pecudes eas acquireret, quarum curam tum Petro, tum Petri ſucceſſoribus committebat. Et mox, explicans, Petrum ſuper omnia Dei bona conſtitutum: Dum ait Chriſtus, Quis fidelis ſeruus, & prudens, non hoc ait, quod ei ignotus ſit fidelis, ac prudens ſeruus, ſed quod exprimere velit, tum hoc

opus, quàm rarum ſit, tum quæ ſit functionis huius amplitu- A
do. contéplare itaque & præmiũ. Ignatius verò Antiochenus Patriarcha, qui Apoſtolos, Chriſtumque, vt volunt aliqui, vidit, ad Philadelphienſes, Principes, ait, ſubditi eſtote Cæſari milites Principibus, diaconi presbyteris, presbiteri verò, & diaconi, atque omnis clerus ſimul cum omni populo, & militibus, atque Principibus, ſed & Cæſare obediant Epiſcopo, Epiſcopus vero Chriſto, ſicut patri Chriſtus, & ita vnitas per omnia ſeruetur. Hæc Sanctus, volens eſſe Epiſcopo ſubiectum Cæſarē, ſicut patri Chriſtus, qui per omnia ſubiectus eſt, ſiue illa ſint ſacra, ſiue temporalia. addit, vnitatem per omnia B
ſeruandam, atque ita Epiſcopo debent omnia profana ſubiecta eſſe per adminiſtros, ac Dominos eorum. Ac, ne dicas, vti ſacrorum Præſuli dumtaxat, non etiam ſecundo loco vti omnium profanorum ſacro moderatori, adiecit, Per omnia. Clarius hæc S. Epiphanius, hęres. 29. Thronus Dauidis, & Regale, inquit, ſolium eſt Sacerdotium, quod in Eccleſia ſancta eſt. Chriſtus enim Dominus, Rex, & Sacerdos; Rex, quia ex ſtirpe Dauid, deinde vnigenitus; Sacerdos, quia ſecundum ordinem Melchiſedech ſacrificium obtulit, ipſum hoc ſuum Regnum vna cum ſummo ſacerdotio ſeruis ſuis ſum C
mis Pontificibus eſt largitus. Hæc ille, apertè aſſerens, Regnum profanarum rerum, ſacerdotiumq. ſimul eſſe in Pontificibus ſummis. quod eadem verba explicans S. Paulinus, ita cecinit, ad Cytherium:

Habes & illud: Ventris a fructu tui
In ſedibus ponam meis.
Qui ſermo Dauid quamlibet Chriſtus ſonet,
In Chriſto & illis concinit.
Qui Chriſtiani corporis collegio D
In ſede ponentur Dei.

Eadem tradit Procopius Gazæus in Iſaiæ cap. 16. quem refert Leo Caſtrenſis ibidem. Et attingit Damaſcenus orat. 2. in Natiuitatem Mariæ. Quin S. Ephrem Syrus, vt antiquiſſimos ex vltimo Oriente ſcriptores adducamus, in ſermone de Traſfiguratione demonſtrat, Petrum Chriſtianorum Principem fuiſſe, ſicut Moyſes Hebræorum Princeps fuit; qui diuina, humanaque ſimul omnia gubernabat. Hinc Macharius

A Aegyptius hom. 26. poſtea Moyſi ſucceſſit Petrus, qui nouam Eccleſiam Chriſti, nouumque ſacerdotium inſtituit. Et hom. 47. Virga Moyſis, ait, duplicem gerebat imaginem, occurrebat enim hoſtibus, tanquam ſerpens mordens, & enecans, Iſraeliticis vero erat vice baculi, quo innitebantur. Hæc ille, Summos Pontificesq́ inſtar Moyſis eſſe in Eccleſia Dei volens, atque iccircò nihil non ex iuſtitiæ præſcriptis moderari. quod ſane argumentum tetigerunt Henricus Gandauenſis, & Rodericus Sancius. Hæc verò omnia prædixerunt Ezechiel cap. 34. inducens Deum loquentem, Suſcitabo paſtorem vnum ſe-
B cundum cor meum Dauid qui paſcet eas. Et cap. 37. Seruus meus Dauid Rex ſuper eos, paſtor erit omnium eorum. Et Oſee, cap. 1. Erit numerus filiorum Iſrael, quaſi arena maris, quæ ſine menſura eſt, & non numerabitur, & erit in loco, vbi dicetur eis, filij Dei viuentis, & congregabuntur filij Iuda & filij Iſraael pariter, & ponent ſibimet caput vnum. Et Hieremiæ, cap. 33. Non interibit de Dauid vir, qui ſedeat ſuper thronum domus Iſrael. Hæc illi Dauidem vocantes, qui exemplo Dauidis, tum temporalia, tum ſpiritualia procuret, ſicuti Imperatorem Latini Cæſarem, vel Auguſtum
C vocabant, Aegyptij Reges ſuos Ptolemæos, aut Pharaones, Paſtorem verò appellant, quod Rex & paſtor; & paſcere dicatur. ſic enim populus ad Dauidem 2. Reg. 5. Dixit aut Dominus ad Dauid, tu paſces populum meum Iſrael, & tu eris dux ſuper Iſrael. Et pſal. 77. Et elegit Dauid ſeruum ſuum, & ſuſtulit eum de gregibus ouium, de poſt fœtantes accepit eum, paſcere Iacob ſeruum ſuum, & Iſrael hereditatem ſuam, &, pauit eos in innocentia cordis ſui. Quin à profanis etiam ſcriptoribus, & inter hos à Græcis, Reges Paſtores nuncupanutur. Et Homerus paſsim Reges vocat Ποιμένας λαῶν,
D Hinc Origenes hom. 2. in Geneſim, Vſus, inquit, obtinuit, vt, quia Præſules gentium, & populorum magiſtratus, tam apud profanos, quàm apud ſacram Scripturam Paſtores ſoliti ſint nuncupari, etiam hæc vox paſcere, regere, & imperare ſignificet. Nullus verò, ait Arnobius Pſal. 137. Apoſtolorum, præter Petrum, à Chriſto Domino nomen paſtoris accepit. ſolus enim Dominus Ieſus Chriſtus dicebat, Ego ſum paſtor bonus. Et iterum: Hoc ergo nomen ſanctum, & ipſius nominis poteſtatem poſt reſurrectionem ſuam Petro pœnitenti conceſsit, & negatus negatori ſuo hanc, quam ſolus ha-

bet, tribuit poteſtatem. Et Lucifer Calaritanus, alloquens Imperatorem Conſtantiũ lib. de non parcendo in Deum delinquentibus, Petro, inquit, dicit Chriſtus Ioan. vltimo Paſce agnos meos. Et iterum, Paſce ouiculas meas; & tu veniens lupus, vis eos; qui ſucceſſores inueniuntur extitiſſe beato Petro, vicem gerere mercenariorum, eos, quos iampridem per Hieremiam promiſerat populo ſuo dicens. Et dabo vobis paſtores ſecundum cor meum, & paſcent vos paſcentes cum diſciplina. Hæc ille, aſſeuerans, Pontifices Romanos eſſe eos paſtores, de quibus apud Hieremiam Deus ait, fore, vt à ſe dentur. A

Ex his omnibus liquet, Pontifici Romano in terris non modo ſummum Sacerdotium, ſed etiam ſummam Regalis Imperij poteſtatem collatam à Chriſto, ſacra, profanaque omnia regenda, non modo in Italia, ſed in Orbe toto, cum bono id publico cognouerit expedire. Neque vero his repugnant, quod Papæ interdum, Chriſti exemplo, quando ſeruos agunt eius ſeruorum, cum non poterant vel corda potentium dura mollire, vel ſublimium celſitatem flectere, ſuæ poteſtatis vires, aut Maieſtatis eminens culmen occuluere, factis, aut verbis conſonis humilitati conſpicuæ, humanæque vilitati, atque ob id non contrarijs veritati, vt deinde ſuo tempore, cum res exigit, ac patitur, ſummam dignitatem, poteſtatemque ſuam proferrent in medium. Sic Chriſtus aſſeruit ſe cum ſuis à tributis liberum, voluit tamen ea præſtare, ne quem vel hac in re ſcandalizaret, vt habetur Matth. c. 17. Et quamuis indignans obiecerit Phariſæis, quod ipſum non honoraſſent, vt habetur Ioannis cap. 8. noluit tamen fieri Rex ab ijs, qui non ipſius in primis dignitatem quærebant, ſed panem. quod ſcribitur eiuſdem c. 6. Et nihilominus vetuit occludi ora ijs, qui clamabãt ipſum Regem Iſrael, aſſeuerans, fore alioquin, vt lapides clamarent. quod Ioannis cap. 12. & Marci c. 10. habetur, ac Regem ſe fatetur interroganti Pilato, non qui tunc armis pugnaret, vel cuius Regnum foret vel omnino, vel tunc de hoc mondo, verum cui poteſtas omnis, non aliqua tantum danda mox eſſet, non in cælo duntaxat, ſed in terris etiam, quod eſt Matthæi cap. 28. quo tempore dixit Petro, Paſce oues meas, & ipſi dictum fuerat à Patre, Poſtula me, & dabo tibi gentes, hæreditatem tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terræ, reges eos in vir-

A ga ferrea, & tanquam vas figuli confriges eos. quod habetur Pſal. 2. Et ſede à dextris meis donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum: Virgaque emittatur è Sion. vt dominetur in medio inicorum, confringat Reges, conquaſſet in terris capita multorum. vt eſt pſal. 109. Neque ſimiliter, cum dicimus, à Dominio Sacerdotali, ac Regali ſimul, quale eſt Papæ, omnia dominia pendere, tolluntur aliorum dominia eorumque effectus: ſicut a directo dominio non extinguitur vtile, neque a dominio proprietatis dominium uſufructus. ſic Deus, cuius vices Papa in terris gerit, operans inti-
B me in omnibus rebus, non tollit earum formas, & effectiones, vt docet S. Thomas lib. 3. aduerſus gentes c. 67. & parte prima q. 105. art. 5. quamuis in ipſo viuamus, moueamur, ac ſimus, vt habetur Act. c. 17. ac poſſit agere, atque agat interdum ſine interuentu cauſarum ſecundarum, quod in miraculis maximis contingit, aut ipſis adhuc ſaluis, earum vires, effectuſue minuit, vel auget in totius vniuerſitatis bonum. Neque verò Pontifex cõquieſcere debet in huiuſmodi temporalium rerum tractatione, vilitate, ac ſpecie; ſed æterna, ac cœleſtia inprimis ita ſpectare, & inquirere, vt illa præ iſtis
C nihili ducat, in his deſudabit, atque elaborabit, memor eorum, quæ Chriſtus dixit, Non veni miniſtrari, ſed miniſtrare, quando, & hæc exteri viderunt. notum namque illud Ageſilai Regis, Regnum ſapientibus eſſe ſeruitutem. Quod verò Sancti Doctores aliquando dicunt, Regibus à Deo tradita Regna, ſic tradita eſſe ſcimus, vt pendeant à primo Pontificis ſummi Regno, atque illi famulentur: ſic enim Proſper libro de vocatione gentium, c. 33. Gratiæ Chriſtianę effectibus etiam ipſa, quibus mundus atteritur, arma famulantur. Et S. Gregorius ad Imperatorem Mauritium, libro 2. ep. 61.
D Super omnes homines, ait, dominorum meorum pietate cælitus data eſt, vt terreſtre regnum cœleſti regno famuletur. Eadem Leo ep. 73. ad Leonem Auguſtum. Et S. Thomas 2. 2. q. 40. art. 2. omnis perſona, inquit, vel ars, vel virtus, ad quam pertinet finis, habet diſponere de his, quę ſunt ad finem: bella autem carnalia in populo fideli ſunt referenda ad finem, vt ad bonum ſpirituale diuinum, cui clerici deputantur: ideo ad Clericos pertinet, diſponere, & inducere alios ad bellandum bella iuſta. Hęc ille vir, doctrina, & ſanctitate præcellens.

Concluditur, apud ſapientiſsimas quaslibet gentes, earum Pontificem ſummum, fuiſſe etiam vel Regem ſummum, vel pene Sacerdotes omnem profanorum poteſtatem. & ab Imperatoribus, atque a Regibus maximis Pontifici Romano imperia, & Regna maxima fuiſſe ſubiecta, atque illi in temporalibus ob legitimas cauſas omnino paruiſſe. A

Caput vltimum. B

CLARISSIMVM fit è ſuperioribus, omnium rerum Dominium ſupremum pertinere ad Pontificem Romanum iure diuino. quod ſi ponimus, vt poni debet, iure etiam naturali idem dicendum videtur Sancto Thomæ, Henrico Gandauenſi, & Roderico Sancio. & ſanè illuſtrioribus, ac ſapientioribus quibusquè gentibus hoc ius fuit, vt cũcta eſſent ſubiecta ſummis ſacerdotibus, ipſiq. Reges ijs obedirent, ac dicto audientes forent. C quod multo magis erit obſeruandum Chriſtianis, quorũ primi parẽtes omnia proijciebant ad pedes Apoſtolorum, Petro ijs præſidente, vt merito ad illos pertineat, quod Dauid canit, Subiecit Deus populos nobis, & gentes ſub pedibus noſtris. Athenienſes olim ſibi primas ſapientiæ laudes vendicare conabantur, atque ad eos inprimis ſpectat, quod Apoſtolus ait, Græci ſapientiam quærunt. Atqui Areopagus eorum penes quem prima omnium poteſtas erat, conſtabat e iudicibus, qui ſacerdotes eſſent, ſummuſque omnium ſacerdos rogans ſingulorum ſententias, ipſe ſuffragia colligebat. quod D Ioſephus teſtatur lib. 14 cap. 16. At Lacedæmonijs idem Sacerdos erat ſummus, ac Rex, vt habemus è Xenopontis libro de Rep. ipſorum. Iudices autem apud Aegyptios, ait Aelianus lib. 14. Variæ hiſtorię c. 34. ijdem quondam fuerunt, qui & Sacerdotes. In his princeps erat ſententia maximus natu & in omnes ſtatuẽdi ius habebat. Antiquitus, inquit Strabo lib. 17. Meroe (quæ eſt Metropolis Aethiopici Regni) ſumma poteſtas fuit penes Sacerdotes, tantaque auctoritas, vt nonnunquam, miſſo nuntio, mortem Regi imperarent, eique alium ſufficerent, teſtatur Euſebius in Chronico, in Perſide

non

A non niſi magnos Sacerdotes, regnaſſe. Adijcit Agathias libro ſecundo, publica omnia de conſilio ipſorum fuiſſe adminiſtrata, ac nihil ratum, vel legitimum fuiſſe Perſis, quod non eorum ſententia confirmaretur. Druidæ, ſcribit Cęſar lib. 6. de bello Gallico de omnibus controuerſiis publicis, priuatiſque conſtituunt, & omnes vndique parent eorum Iudicijs & decretis. Apud Germanos olim, quod Tacitus ſcribit libro de moribus eorum, ſacerdotes in publicis Conuentibus, vbi agebatur de ſumma rerum, ius habebant imperandi, ſilentiumque indicendi. Inter Slauos ijdem Regibus erant maiores, cum penderent ab auctoritate illorum, teſte Helmoldo lib. 1. cap. 12. Quid vero Romani? Numquid non apud illos ius erat Sacerdotibus in omnia tam ſacra, quàm profana? Hæc ſunt feſti verba cum Pont. Max. eſſet omniū Sacerdotum iudex, & arbiter rerum diuinarum, atque humanarum. Hæc Ciceronis lib. 2. de Legibus, dum loquitur de auguribus, qui Sacerdotes erant, maximum autem, & præſtantiſſimum in Rep. ius eſt augurum, cum eſt auctoritati coniunctum. neque vero hoc, quia ſum ipſe augur, ita ſentio; ſed quia ſic exiſtimare nos neceſſe eſt. quid enim maius eſt, ſi de iure quærimus, quam poſſe à ſummis Imperijs, & ſummis poteſtatibus comitia tollere? concilia vel inſtituta dimittere, vel habita reſcindere? quid grauius, quam rem ſuſceptam dirimi, ſi vnus augurum aliter dixerit? quid magnificentius, quam poſſe decernere, vt magiſtratu ſe abdicent conſules? quid religioſius, quam cum populo, cum plebe agendi ius, aut non dare, aut legem, ſi non iure rogata eſt, tollere? Hæc Cicero. Extant tantæ poteſtatis, qua Sacerdotes præditi erant, exempla plurima apud Valerium lib. 1. cap. 1. Quocirca Imperatores Summum Pontificatum ad ſe tranſtulerunt, quod viderent ei ſummum ius eſſe in omnia. quod adnotauit Dion. lib. 53. & patricij conqueruntur apud Liuium lib. 4 augures Pontificeſque communicari plebi. & Vlpianus tit. de Iuſt. & Iure leg. 1. §. 1. Publicum ius, inquit, eſt, quod ad Statum rei Romanæ ſpectat; priuatum, quod ad ſingulorum vtilitatem. ſunt enim quædam publicè vtilia, quædam priuatim. publicum ius in ſacris, in Sacerdotibus, in magiſtratibus conſiſtit. Sic Vlpianus, magiſtratibus præponēs Sacerdotes, & in ijs conſiſtere aſſerens ius publicum Romanorum. Cognoſcebant autem non modo illi cauſas pias, ac pauperum, quod Cice-

ro tradit oratione pro domo ſua, & de haruſpicum reſponſis, A
ſed etia teſtamentorum, quæ calatis comitijs fiebant; id Gellius docet lib. 15. cap. 26. Quin acta omnia, quæcunque aduerſus ipſorum præſcriptum tentata eſſent, irrita reddebant, ac, nequid fieret, vbi ita videbatur, intercedebant. Sic Igitur celeberrimæ omnium nationes, quarum conſuetudinem reliquæ minores imitari ſolebant, hanc legem ſeruarunt, vt ſacerdotio profana poteſtas omnino pareret, ac penes illud ſumma rerum profanarum foret. Neque ab hoc abſuere olim Mahometani, cum latius imperarent. eorum namque ſummus legislator ſtatuit, vt toti vniuerſitati præeſſet vnus Pontifex B
ſummus, quem Califam vocabant, illique poteſtas foret in omnia profana, ijſque adminiſtrandis deligeret ipſe præfectos, quos Amiras, ſiue Amireos, aut Amirantes dixere, ac pro libito amoueret. Id per multos annos Mahometani obſeruarunt, cum præter alia tenebant imperio Hiſpanias, Sardiniam, Siciliam, Cretam. quod tradunt Tyrius lib. 19. cap. 21. Ioannes Leo in tertia parte deſcriptionis Africæ, Zonaras tom. 3. in vita Michaelis Ducę. Receſſere deinde ab hoc inſtituto Mahometani, vmbramque illius tantum retinuerunt quod ſi Pontifices eorum ſummi, ac Præſules impiæ ſuperſti- C
tionis adhuc tuentur quandam ſpeciem dignitatis, & præſtantiæ, ſed re ipſa imperium totum eſt penes ipſos Reges. Atque ita videtur eo redacta res, quo ſcimus fuiſſe redactam apud Iudæos, inter quos ſanxerat Deus, vt omnium conſtituendorum poteſtas eſſet penes ipſos ſacerdotes, vt habetur Deuteronomij, c. 17. Quamobrem ſummus Pontifex corona triplici ornabatur, quod habet Ioſephus antiquitatum lib. 3. cap. xi. id erat tyara, cydariſque ipſius Regium diadema, vt vocat Hieronymus Epiſtola ad Fabiolam, factumque eſt non inſtituente Deo vt Rex Iudæis daretur, qui tamen, & à Sacerdotibus D
vngi ſolebat, atque ipſius poteſtas ſubiecta erat Collegio ſeptuaginta duorum, quod Synedrim vocabatur, ac Reges ipſos iudicabat. quod ſcribit Ioſephus antiquitatum libro 14. cap. 17.

Ad ſummam, ſapientiſſimis quibuſque gentibus, quarum fuere magna imperia, commune hoc fuit, vt ijdem forent Pontifices Maximi, ac Reges, ſiue in ſacra, & profana ſimul ſummum ius Sacerdotes haberent; vt iam, qui ſecus dixerit, non modo repugnet iuri diuino, quod Chriſtiani proferunt,

atque,

A atque, hoc poſito, iuri naturali, ſed etiam communibus illuſtriorum, prudentiſſimarumque gentium ſcitis.

Quamobrem fœliciſſimi, ac potentiſſimi quique Chriſtianorum Reges, & Imperatores, quod iure, inquit Franciſcus Mayronis, ad Pontifices Romanos pertinebat, id in effectu voluerunt eſſe illius. vt aperuimus ſigno 76. de admiranda progreſſione ſacræ poteſtatis lib. 17. cap. 3.

Sed, in vniuerſum, Põtifex Romanus, quid iure poſſit in temporalibus, liquet, quia multos Regia poteſtate, & Imperatoria priuauit, non propter hęreſim, flagitiauè duntaxat, verum

B & propter ignauiam. Sic Zacharias Papa depoſuit Chilpericum Regem Francorum, Innocentius Tertius amouit è Regni gubernaculis Sancium Portugalliæ Regem, vt eſt in cap. 2. de ſuppl. negli. Prælatorum; alijque alios accedente Epiſcorum, Procerumque conſenſu, vt Carolum Craſſum, Atahulphum, Venceſlumque Imperatores, ac Germaniæ Reges. Prętereà verò, ob publicum bonum, reiectis ijs, ad quos iure aliquin imperia magna ſpectabant, quamuis nihil omnino demererentur, ea detulerunt ad alios, qui nihil omnino iuris prius habebant. Huius autem rei duo ſunt illuſtriſſima exempla.

C Ac primum contigit in Orientali Imperio. Nam, cum legitimus eſſet illius Dominus Balduinus Secundus, Michael Palæologus id inuaſit, eiecto armis Balduino, qui ad Carolum Neapolis, ac Siciliæ Regem, confugiens poterat illud recipere: & nihilominus placuit Gregorio Decimo adiudicare Orientale imperium Michaeli Palæologo, & auferre illud Balduino: vt teſtatur Villaneus lib. 7. c. 44. Nauclerus gener. 43. Licet enim nulla eſſet in culpa omnino Balduinus, nihilominus vix fieri poſſe videbatur, vt imperium recuperari poſſet. Michael autem pollicebatur, ſe fore in fide Eccleſię Catholi-

D cæ vna cum Græcis. quod pro virili præſtitit ille, quoad vixit atque ita Gregorius Decimus abſtulit Iura Orientalis Imperij Balduino vero Domino, & dedit Michaeli, qui nihil iuris habebat.

Secundum contigit eodem tempore. Nam, cum fuiſſent electi à Germanicis Proceribus inter ſe diſſentientibus ex vna quidem parte Richardus Anglus Dux Cornubię, & ex alia parte Alfonſus Decimus Caſtellæ Rex veluti Reges Germaniæ, atque ad vnum ex iſtis neceſſariò pertineret Germaniæ Regnum, nihilominus placuit Gregorio Decimo illorum ne-

minem confirmare, atque admittere uel ad Imperium, vel ad Regnum, ſed iuſſit electoribus, vt aliem crearent. Ac tunc factus Rex, & Imperator, Rodulphus Auſtriacę familiæ parens, nequidquam reclamante Alphonſo Sic legitur huic à Papa ablatum ius Occidentalis imperij, quod habebat ad rem, datumque Rodulpho: quæ ſcribunt Nauclerus generatione 43. Villaneus lib. 7. c. 44. Polydorus Virgilius lib. xvi. ſub annum 1257. A

His addi poſſet, quod ſupra diximus ab Alexandro vi. Indias Occidentales, & Orientales æquis partibus inter Caſtellanos, ac Luſitanos fuiſſe diuiſas. quod cum multis de cauſis efficere poſſet ille, tum vero ea, quam S. Antoninus tradidit, quia ſcilicet Pontifex, Chriſti, Deique Vicarius quodcunque voluerit in terris, ligat, ac ſoluit ob publicum bonum; iuſque ipſi eſt infideles punire, cum iuxta lumen naturale nequaquam viuunt, atque omni Dominio priuare. atque ita non modo hæc poteſt, quatenus eſt neceſſarium ad ſalutem animarum, ſed etiam quatenus eſt vtile ad bonum publicum. Nam cum Chriſtus Petro dixit, paſce, iuſſit, vt ſubditos aleret omni ſubſidio ſpirituali, ac temporali, vt poſt clariſſimos Doctores adnotauit omni Virtutum genere florentiſſimus Franciſcus Toletus Cardinalis. B C

Concludamus itaque, ac ſtatuamus, Pontificem Romanum non modo eſſe ſummum ſacrorum Pontificem, ſed etiam Regem ſalua obedientium poteſtate, ac iure, profanarum rerum ſupremum in terris, idque iure diuino. quod ſi cum Theologis Chriſtianis concedimus, iure naturali, inquit S. Thomas, Henricus Gandauenſis, & Rodericus Sancius, cuncta illi ſunt ſubiecta. &, quando ſapientiſſimę quęque, atque Illuſtriſſimæ gentes ſanxerunt eum, qui ſummus Pontifex foret, eſſe etiam Regem ſummum inter ſuos, Chriſtiani multo id magis ſancient, iura harum gentium non infringentes. Iccirco, Imperatorum, Regumque maximorum vel conceſſione, vel approbatione, Imperia maxima ſunt Romano Pontifici in ipſis temporalibus ſubiecta. D

Quicunque igitur Italiam noluerit Pontifici Romano obedire, is contra ius diuinum, atque hoc poſito, contra naturale, & alia, quæ diximus, pugnabit, &, quod eſt inſtar omnium, ac ſupra omnia, contra ipſum Deum, qui, vt oſtenderet, id conſonam ſuæ voluntati, noluit euenire Italiæ tot

cla-

A clades poſt Conſtantinum, ſiue poſt amplificatam Papæ in Italia poteſtatem, quot antea narrauimus accidiſſe, terremotus ſterilitates, diluuia, peſtes, incendia, fulmina, exciſiones vrbium frequentiſſimas, maximas regionum vaſtitates populorum, gentiumque Italicarum miſerrimas interneciones, cruentiſſimas ſtrages, omnium bonorum rapinas, ac ſpoliationes, irruptiones exterarum nationum, quæ prioribus incolis cuncta auferrent, Imperatores barbarici ſanguinis, qui belluinis factis, & efferatiſſimus omnia proculcarent, euerterent, in cunctos mortales atrociſſimè ſæuirent. quod duobus
B Prioribus libris eſt explicatum. Contra autem, plurimis eſt Italia bonis mirabiliter amplificata; quæ fuſè aperuimus lib. 3. & 4. vſque ad cap. 3.

Quocirca, cum Pontificis poteſtas imminuta Romæ, & in Italia, ipſe iniurioſe tractatus renouatæ ſunt antiquæ clades, quamuis non omni, ſed tamen ex aliqua parte, vt lib. 4. cap. 3. abundè fecimus manifeſtum. Quibus autem temporibus Romani Pontificis auctoritas Romæ,
C & in Italia magis eſt dilatata, & aucta, tunc feliciora proſperitatis euenta Romæ, Italiæque diuinitus plerumque acciderunt. Vt verè hoc oraculum iam pronũciari poſ-
D ſit.

PAPAE, & Italiæ Status pariter procedunt.

EGO Frater Ioannes Baptiſta Plumbinus totius ordinis Hæremitarum S. Auguſtini Procurator Generalis atque in Romano ſtudio publicus lector atteſtor omnia, ac ſingula ſupra ſcripta, ea, qua potui, diligentia, ac ſtudio me perlegiſſe, & examinaſſe. nec quicquam, quod & Fidei Catholicæ, ac moribus Chriſtianæ Religionis aduerſetur, reperiri; quare approbo &c. die 22. Iunij. 1593.

Ego Frater Ioannes Baptiſta Plumbinus vt ſupra Confirmo manu propria.

Imprimatur P. Ioannes Çaragoça Magiſter Vice Reuerendiſſimi Magiſtri Sacri Palatij.

Imprimentur M. Antonius Viceſgerens.

INDEX

ABoriginum vrbes vndecim ſubuerſæ 26
Achæi Sybarim condunt 28
Actiolinus Romani diriſſimus Tyrannus Pont. Romani hoſtis 274
Aedificia Italiæ magna, quam olim non erant. 180. 181.
Aegypti felicitas, & ruina 34
Aequorum natio deleta à Romanis 41
Oppida quadraginta eorum diruta. ibi.
Aeneas quando venit in Italiam 25
Agyllæ dirutæ 55
Agriculturæ precepta, qui tradiderint eſt latinisolim 238
Agriculturæ inuanta ab Italis noua 238
Ageſilai dictam ſapiens 287
Alaricus Italiam deripuit & quando 252
Alexandri vi diuiſio orientalium & Occidentalium Indiarum 292
Alexandriæ ruina 4
Alexander iij Roma profugit 265
Alladij ſiue à Remuli impietas, & exitus 28
Alpes Graiæ vnde dictæ 23
Amyclæ à ſerpentibus deletæ 26
Aniceris Cirenaicus 3
Antonij bellum cum Octauio 57
Antenor Euganeis pulſis Patauium condit 25
Antiochiæ ruina 6
Antipolis poſteà Icniculum 13
Angli quot e quantam beneficia acceperint a Pont: Romanis 199
Angliæ epiſcopi Itali 200
Aocologia motus caeleſſes conſiderantis nulli olim periti latinis 231
Apollonius Cyrenaicus 33
Apina, & Argyripa Italicæ Vrbes 24
Ariſtippi duo philoſophi Cijrenaici 3
Areta Ariſtippi filia 3

Ar-

Arcades, & Aborigines quando in Italiam venerint 18. 19. 20
Argonautæ quando in Italiam venerint, quas vrbes condiderint 23
Ariſtodemus Tyrannus Cumarum, eiuſque euenta, geſta exitus infelix 33
Arithmetici nulli olim latinis 230
Artes liberales quando in Italiam venere 223
Archippè Vrbs hauſta hiatu ad facinam locum 27
Argorum ruina 6
Arbores quæ olim ante Conſtantinum non naſcebantur in Italia, medica Cytriorum, goſſipij, ſacchari 141
Athenarum ruina 6
Athlantidis diuiſio 16
Athiopum Rex omnio ſacerdotibus ſubiectus 288
Athenienſibus Areopagi principes erat ſacerdos 288
Auſones quando in Itatiam venerint 15
Auteliani diritas cladeſque iſlo imperante 99. 10. 6
Aurunca diruta à Rmanis 41

B

Babilonis ruina 4
Barium ab Illirijs conditam 39
Barnvbas Vicecomes Tÿrannus quando oppreſſit Mediolanum 274
Balduino ſecundo orientale imperium ablatum 291
Barbari Imperatores qui Romæ ſunt dominati 102
Bellum trium virum 59
Bella ciuilia Veſpaſiani; Galbæ othonis, Vitellij 778
Bella perpetua in Italia 124. 142
Beneuentum conditum à Diomede 24
Bola & Bouillæ exeiſæ à Coriolano 35
Boæ ſerpentes olim in Italia 124. 142
Boues octoni olim iungebantur aratro 140
Bohemia ſtudio Ro. Pont. ad Chriſtum conuerſa, & à ſquallore ſecundi eata 201
Brunduſium à iapygibus ædificatum 21
Brutiorum conſpiratio, & latrocinia 87
Britaniæ cuerſio Anglis irunpentibus 199
Britanni & Angli quid beneficij acceperunt à pont. Romanis 199
Bubaſti rina 4

Came-

C

Cameſene, & Cameſes 10.& ſeq
Califas ſummus Rex, & ſacerdos Mahometanorum 290
Caſtruccius caſtracanis Lucarum Tyrannus 374
Cardinalium collegium quam ſanctum 243
Carini luxus 100. 106
Caracallæ nequitia vitioſitas rapacitas, cladeſque illo imperante 93. 105
Catilin bellum 56
Caulonium dirutum à Dioniſio Tiranno 37
Caci hiſtoria 23
Caligulæ crudelitas rapacitas, impudicitia 70.71. 105.110
Caprearum diuiſio ab Italia 16
Carneades cyrenenſis 3
Callimachus poeta Cyrenenſis 3
Carthaginis opes, potentia, ciuium frequentia ruina 2.3
Cecoprs quando regnarit Athenis 1
Cæſaris, ac Pompei Bellum ciuile 16. & 57
Cenſus deſcriptio quos olim contineret 171
Chriſtophori Columbi laus 233
Chriſtus ſacerdos, ac Rex 283
Cicuta non ita nunc læthalis, vt olim 142
Cimbrorum irruptio in Italiam 49
Cyzici ruina 5
Cyrene quos philoſophos produxerit 3
Cyrenes felicitas antiqua, ruina 3
Cyrthæ potentia, ruina 3
Clades Vmbrorum, Samnitum, Hetruſcorum, & aliorum Italicenſium 42
Claudij imperatoris crudelitas, rapacitas, impudicitia 72
Clades magnæ imperante Antonino Pio 88
Clades e terra, aqua, aere & igne Italis olim contingentes 119
Coriolanus quot Vrbes anno vno in latio euertit 35
Commodi rapacitas, diritas, libido cladeſque illo imperante 89. 103
Conſtantinus quartam partem tributorum ſuſtulit 112
Coſmographi nulli olim latinis 230
Cortona, ſiue Crotonia Vmbrorum metropolis 20

Corinthi ruina 6
Colophonis ruina 5
Croto condita à Grecis 25
Crotoniatarum victoria e Sybaritis 36
Croto condita à Iapygib. 27
Cretenſium aduentus in Italiam duce Minoe, & Iapyge 21
Cremona incenſa 78
Cronus Cyrenenſis 7
Cumæ ædificatæ ab Hippocle 23
Cumarum ciues vexati & oppreſſi ab Ariſtodemo Tyranno 33
Cumarum potentia antiquis temporibus 53
Curetes qui 10. & ſeq
Çumarum ruina 5

D

Dardi deleti à Diomede 163
Dauni à Dauno ſocero Diomedis. ibi.
Dania per Rom. Pont. exculta 101
Debitores quam diriter olim tractarentur 116
Deciorum Impp. crudelitas 101
Dioſpolis ruina 4
Diluuium vniuerſale 9
Diluuium Atlantidis 16
Diluuium Deucalionis 16
Diomedes in Italiam quando venerit, & quam late regnarit 24
Diſperſio gentium quanto tempore extiterit poſt diluuium 9
Diluuiom Pomptini agri 47. 48
Dionyſii effera Tyrannis 38
Diocletiani Imp. crudelitas 101
Dialectici qui nunc & oliom 226
Dioptice ſcriptores nulli olim periti latini 231
Domitiani mores efferatiſſimi 88. 103

E

Ecbatana ruina 4
Egnatia ab Illyrijs condita 23

Electores imperij ſeptem à Papa conſtituti 194
Epiſcopi Itali ſancti 244
Epiſcopi quinam Reges, & Imperatores creent 293
Epiſcoporum dignitas in Italia 189
Eratoſthenes mathematicus Cyrenenſis 3
Eugubij antiquitas 17
Eugubium &, Iguuium idem 17
Euganei populi quas Vrbes condiderunt 23
Eugenius iiij. Roma profugit 265

F

Federicus Ancobarbus quot Vrbes in Italia ſubuertit 265
Felſina, quæ deinde Bononia, Tyrrhenorum metropolis trans Apenninum. 20
Florentia ex quo euecta ad magnam dignitatem 273
Fregellæ dirutæ 47
Fulmina olim quam crebra & damnoſa 126

G

Gallorum Druidæ quantum poſſent apud eos 289
Galli auctoritate. Pont. Romani adiuuante Italiæ Regnum pulſis Longobardis, Syriam, regnum Neap. Siculum, imperiumque Conſtantinopolis acquiſiuerunt. 10. & ſeq.
Galliæ quot, & quanta bona cnntuler unt Rom. Pont. 208
Gallieni luxus, & ſocordia cladeſq. illo imperante 98
Galli imperantis exitus 97
Galbæ mores 77. 111
Galli ciſalpini deleti 44
Galli irruperunt in Italiam, tercentumque annos eam vexarunt 32
Galli Romam diruerunt 37
Galli vbes vndecim ſubuerterunt in oris circumpadanis, & in uicos omnia redegere 37
Gentium diſperſio quo tempore, & quomodo contigerit 9
Genuæ ſtatus ac libertas 184
Genuenſes quid acquiſiuerint Hiſpanis 217
Genua ex quo tempore euecta ad magnam poteſtatem & dignitatem 237
Geographi qui nunc, & olim latinis 231

Gymnaſia publica omnium diſciplinarum nulla olim in Italia 222. & ſeq.
Gladiatorum miſeriæ 114
Gladiatorum ludi quando Romæ editi 43
Eorum ſanguis bibi ſolitus 161
Gnomonicæ nulli olim peritiores latinis 231
Gnoßi ruina 6
Græciæ quot, & quanta bona Rom. Pont. & Itali contulerunt 204
Goßypium non naſcebatur in Italia ante Conſtantinum 141

H

Hadrianus iv, interdixit Romanos ſacris 265
Hadriani Imp. crudelitas 87. 104
Hannibalis aduentus in Italiam, facta 44. & ſeq.
Heliopolis ruina 4
Henricus ij. iij. iiij. in Pontifices Rom. iniurij 264
Herbarum vires cognoſcere ex aſpactu tradidit Ioannes Baptiſta porta 238
Herbarum vires ac naturam qui tradiderunt & latinis 234
Heliogabali Imp. crudelitas, rapacitas, libido, clades illo imperante 94. 106
Hercules quando venit in Italiam 23
Hercules ſuſtulit morem hominum ſacrificandorum Romæ ſiue Saturniæ 14
Hiria condita à iapygibus 21
Hipponium dirutum à Dionyſio Tiranno 37
Hiatus terrarum, Vrbiſque ijs hauſtriæ 121
Hiſpani quot, ac quanta bona acquiſiuerunt ope Roe. Pont. & Italorum 213
quibus gradibus ad maximam felicitatem peruenerint, & quibus deiecti 219
Hiſpanorum clades antiquæ 211
Horologiorum inuenta ab Italis 232
Honorius, & Valentinianus imminuerunt maxime Pont. poteſtatem 251

Iapix

I.

Iapyx, & Iapygia 21
Iapyges quas Vrbes in Italia condiderunt 21
Ianus, qui & qualis 12. & 13
Ianiculum prius Antipolis 13
Illyriorum irruptio in Italiam, & dominatus 29. 30
Incendia Romæ nata 60
Incendium horribile e veſuuio 50
Incendia, quæ Romæ euenerunt, inundationes, peſtes, direptiones libro primo, & ſecundo 123. 127
Inundatio Tyberis imperante Traiano 76
Imperium Romanum quamdiu ſteterit 186
Imperatores Romani plerique illud in animo habebant vt omnem virtutem tollerent, & plerique ipſorum occiſi 108
Imperatorum quoto quiſque tempore imperarit, qualis fuerit; cuius gentis, & quæ clades cuilibet euenere toto libro ſecundo
Imperatores romani quam crodeles in ſuos propinquos 81
Ioannes Maria Vicecomes Mediolani Tyrannus 274
Ioſephi Marrochiani Regis crudelitas 3
Ioui latiali ſacrificabantur homines 14
ſuſtulit Hercules hunc morem 14
Italiæ ſtatus regnante ſaturno 10
Italia cameſene & ſaturnia 13
Italia ab auſonibus deinde à Sicanis occupata 15
Italia Tyrrhenia dicta aliquando à Græcis 21
Italorum mores ſub aduentum Troianorum 26
Itali. ac Romani in Aſia trucidati iuſſu Mithridatis 51
Italicenſes agri ter diuiſi colonijs Romanis 61
Itali imperante Auguſto amandati in varias oras extra Italiam 61
Italia vaſtata bellis ciuilibus 60
Italiæ Vrbes ab Hannibale euerſæ 46
Italiæ populi omnes antiqui deleti à Romanis præter aliquot Vmbrorum, & ligurum 65
Italia direpta à barbaris inperante Gallieno 98
Italia direpta ac vaſtata à barbaris imperante Aureliano 99
Italiæ loca olim peſtilentia 123
Italia inperpetius ruinis ante Conſtantinum 134
Italiæ tellus nunc fecundior, quam ante Conſtantinum 140

Ita-

Italia magis olim inculta, quam nunc 143
Italiæ quot Vrbes numerentur à Plinio
Italiæ habitatores quot olim, & nunc 169. 5. & ſeq.
an olim maiores, quam nunc Vrbes 170
decem & ſeptem nunc maximæ quantæ olim nullæ 171
Italicis fundi communes 184
Italia ſine artibus liberalibus vſque ad vltima tempora 222. & 5.
Italiæ felicitas vigente Pont. Rom. autoritate, infelicitas ea proſtata 251. & ſeq.
Italiæ maxima vaſtitas adducta, cum pont. Ro. eſt captiuus abductus 256.
Italia quandiu fuerit abſque vno Rege 259
Italia quandiu ſortita fuerit vnum Regem 267. 268
Italia habet duos ſummos Principes rerum ſacrarum & profanarũ 273

L

Lacedæmonij idem Rex, & ſacerdos 288
Latinorum populi quinquaginta tres excisi 43
Labici excisi à Coriolano 35
Lamus qui 22
Leges duodecim tabularum earumque aſperitas 36
Læſtrigones qui, & quam late in Italia dominati 22
Lepontij orti ab Orobijs
Leges nefandæ ante Conſtantinum in Italia 261
Ligures antiquiſſimi Italiæ populi 18
Ligurum latiſſimum imperium 18
Liburnorum irruptio in italiam 18
Lycaon quando regnauit in Arcadia 18
Lydi Tyrrheno duce quando Italiam petierint 20
Vmbris adimunt tercentum caſtella 20
Ligures prope excisi à Romanis 49
Libido fæda eteffrenis antiquorum 118
Linguarum peritia deerat antiquis 224
Linguæ latinæ ſcientia qualis nunc in Italia 261
Locri conditi à Grecis 29
Loca Italiæ olim peſtilentia 123
Longobardi quando in Italiam venerint 261

Ludo-

Ludouicus Bauarus, quid Egerit in Italia 266
Ludouicus Morus italiam perturbauit Romano pontifice inuito 274

M

Mazaeæ ruina 5
Marij crudelitas 51. 52
Macrini Imp. diritas 94. 106
Maximini Imp. crudelitas incredibilis 95. 106
Maximiani Herculei crudelitas 101
Maxentij vitioſitas 106
Manna olim non erat in italia 142
Mathematici qui nunc, & olim in Italia 229
Magnetis uſus inuentus à flauio Analphitano 233
Maſtinus ſcaliger Veronæ Tyrannus 274
Mahometes inſtituit vt ſummus ſacerdos Caliſa dictus omnibus ſuis ſectatoribus dominaretur 290
Megalopolis ruina 6
Megaræ ruina 6
Meſſapus Meſſapiam occupat, ac denominat 24
Melpum euerſum à Gallis prope padum 36
Metapontum ſubuerſum à ſamnitibus 41
Medica arbor olim non erat in Italia 142
Meteoroſcopi nulli olim peritiores latinis ſcriptores 231
Mechanica inuenta,
Medici qui olim latinis & qui poſt Conſtantinum 234
Mediolanum à duobus Tyrannis oppreſſum Pontifice Ro. abſente 274
Meroe Metropolis Aethiopiæ 288
Mycenarum ruina 6
Mores nefandi ante Conſtantinum in Italia 113
Molæ ad aquam nullæ olim, nunc ab italis inuentæ 237
Monaſteria magnificentiſſima Italiæ 180
Muſicæ ſcientia quæ nunc, & olim latinis 215

N

NEronis crudelitas rapacitas luxuries nequitia 73. 103. 11
clades que illo imperante contigerunt 73

Nini

Nini ruina 4
Nicomediæ ruina 5

O

OEnotrus quando venerit in Italiam & qui fuerit 18
Oenotrij Auſonijs expulſis, atque Vmbris imminutis Italiam denominauerunt 19
Octauiani bella cum Lepido, Pompei cum Antonijs 57
Octauiani crudelis dominatus 66
Octauiani Auguſti imperium quale 67
Ordines religioſi inſtituti, & confirmati à Pont. Rom. in Hiſpania 216
Ordines religioſi ab Italis inſtituti, aut in Italia commorrantibus 246
Orobij Bergomum, Comumquam ædificant, ab his orti lepontij 23
Orchomeni ruina 5
Othonis Imp. mores 72
Othonis 1. Imperatoris iuramentum Ioanni Papæ perſtitum 271
Ouidij Pollionis mira crudelitas 66

P

Padus quam latem antiquitus inundaret 18. 21
Partenophe vnde dicta 23
Patribus olim pro libito licebat filios occidere 115
Paſcere eſt idem quod Regere, ac Regia poteſtate vti 285
Perſepolis ruina 4
Pergami ruina 5
Pelaſogorum in Italiam aduentus 19
Vmbris adimunt Cortonam 20
Phaleriam Agyllas, & Vrbem Regiam condunt 22
Pelaſgi ſpinam condidere ad oſtium Padi 19
Peſtilentia Romæ maxima 43
Peluſgorum peſtilentia ſæua 25
Pediculorum terra 29
Peſtes, quæ olim contigerunt 125
Philippi Imp. mores 97

Piſau-

Pelaſgi condunt Rauennam 19
Eorundem votum execrabile 26
Eorum diſceſſus ex Italia 26
Piſaurum hiatu hauſtum 68
Picenum olim non ita, vt nunc habitatum 179
Phaetontis incendium 88
Phitecuſæ diuiſio ab Italia 16
Phoceæ ruina 5
Pontificis Romanis dignitas, poteſtaſque diuturna 186
Pontificis Romani honores delati à maximis Imperatoribus ac Regibus 188
E quam remotis regionibus veniant ad illum legati 189
quibus Imperatoribus ac Regibus imperium, regnumque abrogarit 161
quæ regna illi tributum preſtent, aut præſtarint 191
quàm remotis regionibus creet epiſcopos 161
quinam epiſcopi à Papa confirmati Reges & Imperatores creent 191
quibus nomen Regis dederit 196
eius poteſtas in multis alijs 161
Pontifex Romanus eſt omnium temporalium dominus ſupremus omni iure 271
Pontificis abſentia quantam mali attulerit Italiæ & qui Tyranni exorti 274
quando id & cur non curarit 273
Pontifex Romanus per multa ſæcula contendit vt vnus Italiæ Princeps foret 270
Pontifices Romani in cauſa æternæ veritatis nihil vnquam diſſidens ſanxerunt 241
Pontificam Romanorum ſucceſſio plures habuit ſanctos, ac martyres quã ceteræ 240
Pœtæ latini qui nunc & olim 225
Polonia per Pontif. Ro. & Italos ad Chriſtum perducta & exculta 202
Pictores ſculptoreſque nulli olim celebres e latinis nunc non ita 236
Pontificis Romani beneficia ad exteras nationes profecta 188. & ſeq.

R

Reges olim vocabantur paſtores, & cur 283
Regna debent parere cum Rege ſacerdotibus 283
Regnum Neapolitanum ſubiectum Northmannis, Germanis, Gallis 272
Reges Romani quales
Rheginorum nobilis victoria 36
Rhegium conditum à Græcis 29
Romanorum pontifex ſummus antiquus omnia diuina & humana iura tractabat ac regebat 282
Roma quandiu ſteterit in libertate 183
Romę quantus olim populus 175
Romæ non magnum decus ante Craſſum 174
Romæ aliqua ædificia 172
Romæ antiquæ magnitudo 172
Balnea, amphitheatra, lacus, campi, & alia precipua 173. & ſeq.
Roma quoties direpta, incenſa euerſa ante, ac poſt conſtantinum 129
Romæ clades Auguſto imperante 25
Romæ conditæ ſtatus 30
Romanorum clades 42
Rome comparatio cum Vrbibus aliis quoad imperii felicitatem 6.7.
Quenam ſingularia, & maxima illi olim fuerin 9
Rudium ab illiriis conditum 30

S

Saraceni que loca occuparint in Italia 262
Sancti Italici auctores ordinum religioſorum Romæ propinqui 245
Sancti Italici 244
Saccarum olim non naſcebatur in Italia 141
Sacrificandorum hominum mos in Italia 114
Salaſſi deleti ab Auguſto 65
Sallyes caſi à Romanis 94
Samnitum Vrbes in vicos redactæ 54
Saticium diruum à Romanis 40
Saturno ſacrificabuntar homines 13
Saturnus qui & qualis fuerit 10. & ſeq.
Sardis ruina 4

Seleu-

Seleuciæ ruina 4
Sertorij bella 55
Septimij Seueri diritas rapacitas, clades illò imperante 90. 105
Serui cum lubebat occidi inpune poterant à dominis olim 115
Serici conficiendi ars apud Italos nulla olim 238
Sygæ potentia, ruina 3
Sidonis ruina 4
Sinopis ruina 4
Smyrnæ ruina 4
Sicani ex Hiſpania venere in Italiam, & quando 15
Siciliæ diuiſio ab Italia 16
Siculi Italiæ indigenæ expulſi à Pelaſgis ſiciliam caperunt ac denominarunt 20
Syllæ crudelitas 53. 54
Sybaris condita ab Acheis 28
Sybaritanum mores 35
Sybaris infeliciſſimum excidium 35
Sirenes quales, & quas Vrbes habitarent 23
Sicani expulſi à Grecis e Tibure, Cora, & Catyllo
Siculi erant Entennates Tellenenſes, Ficulnenſes, Corniculani, Tyburtini 20
Spina euerſa à Gallis 36
Imperium maris habebat ibidem
condita à Pelaſgis 19
Ad eam ſe contulit Diomedes 32
Slauorum Sacerdotes omnia poterant apud ipſos 289
Spartani arentum condunt 28
Spartaci bellum 55
Sterilitates, quæ olim contingerunt 121

T

Tamæ potentia, ruina
Tanis felicitas, & ruina 3
Tarentum conditum à ſpartanis 29
Tarquinij diruti 53
Templa Italiæ magnifica 174
Terræmotus ante Conſtantinum 119
Terræmotus imperante Traiano 87

Terræmotus Atlantidis inſulæ 15. 16
Thaebarum ruina 6
Thaebarum felicitas, & ruina 4
Thoſſaliæ montis altiſſimi inquo confugere homines à diluuio 16
Theologi qui nunc & olim 227
Theologi communiter definiunt Papam totius orbis Dominum in commune bonum 282
Theodoricus Rex maxime Pont. Ro. coluit, & quomodo obierit, cum non coluit 255
Theſmenæ prouinciæ felicitas antiqua, & ruina 3
Tyranni, qui Italicas Vrbes oppreſſerunt Pontifice Romano Romano abſente 274
Titi crudelita imperante patre 79
Tiberio imperante quæ clades contigerint 69
Tyrrheni quando in Italiam venerint eorumque imperium 20.21
Duodecim Colonias trans Apenninum circa Padum condidere. 20. 21
Tyburtini à Siculis Italiæ indigenis 20
Titanes qui 11
Tiberij imperatoris crudelitas intemperantia rapacitas nequitia. 68. 103
Tyri felicitas & ruina 6
Totilæ Regis incredibilis humanitas in Romanos captos 258.
Tributa immenſa quibus onerabantur omnes Imperio Romano ſtante. 119
Traianus decem millia gladiatorum dedit vno munere 87
Trium virum bella, & diritas 57
Troiani in Italiam profecti 25
Troiano bello confecto quot populi in Italiam venerut. 24. & ſeq.
Trina Vrbs Italiæ deleta à Diomede 24

V

Valeriani imperium quale eius exitus, ac ſeruitus infelix 98
Valentianus iv imminuit maxime Ro. Pont. autoritatem. 250
Verona à Maſtino ſcaligero oppreſſa 274
Venetiæ ex quo tempore prouectæ ad magnam dignitatem & poteſtatem 273
Venetiarum dignitas & potentia 179. 184

Ven-

Ventorum procellæ antiquitus 116
Veſpaſiani rapacitas 19. 111
Veſtalium Virginum diritas 114
Veij excisi à Romani duce Camillo 36
Veiorum magnitudo 36
Virgines Italicæ ſanctæ 248
quibus impreſſa ſtignata diuina 248
Vigilius Papa cum redijt in Italiam tunc omnes Gothi deleti 256
Vitellij Imperatoris mores 77
Vmbri ſuperfuerunt à diluuio & cur, quando 17
Vmbris altiſſimi montes 17
Ab ijs prognati multi populi in Italia 17
Imperium illorum latiſſimum, & vetuſtiſſimum in Italia 17
Vmbrorum populi tredecim deleti 23
Vrbes tredecim Pellaſgorum excisæ in ſabinis 26
Vguccio fagiolanus Tyrannus piſarum 274
Voragines olim contingentes vrbeſque ijſhauſtæ 221
Vrbes Italiæ libertatem conſecutæ per Carolum Magnum 182
quid olim præſtarent aduenienti Imperatori in Italiam, earumque vatus 183
Vrbes olim in orbe Romano maxima numerantur ab Auſonio 171
Vrbes Italiæ nunc maximæ decem & ſeptem, quantæ olim nullæ 171
Vrbes Italiæ quot numerētur à Plinio Strabone Ptolomeo & quot nunc ſint 141
Vrbes Italiæ præſtantes ante imperium Romanum conſtitutum exciſæ 138
Vrbes quot imperante Hadriano in Italia, & quot antea 136
Vrbes Italiæ mirabiliter deſolatæ 125
Vrbes exciſæ à Sylla in Italia 52
Vrbes dirutæ à Regibus Romanis 32
Vrbes antiquæ felices olim, nunc dirutæ emunerantur 3. & ſeq.
Vrbes à barbaris vaſtatæ inperante Aureliano 190
Viticæ magnitudo ruina 3
Vſuræ antiquis quam vſitatæ & graues 116
Viticæ magnitudo, ruina 3
Vulſinium fulmine conflagrauit 127
Vulſinum dirutum 43
Vuæ è ſpinis olim non erant in Italia 142
Vmbro fluuius terminus antiquus Vmbrorum 12

IL FINE.

REGISTRVM.

abc ABCDEFGHIKLMNOPQRSTVXYZ.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq.

Omnia ſunt integra Folia.

ROMAE, Apud Guglielmum Facciottum.

M. D. XCIV.

Vita Nova
di M. Sillitti
Latina-(B. Piave)
, 1969

Digitized by Google